IVLII

CÆSARIS BVLENGERI DIATRIBÆ,



AD ISAACI CASAVBONI
Exercitationes aduersus Illustrissimum Cardinalem Baronium.

In duas partes diuisæ.

CVM INDICE DIATRIBARVM,
& materiarum locupletissimo.





LVGDVNI,
Apud Hæredes Gulielmi Rouillij,
SVB SCVTO VENETO.

M. DC. XVII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.



ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO D.D. IOANNI CARDINALI BONSIO BITERRENSI EPISCOPO,



Iulius Cæsar Bulengerus S. D.



GEBAM Parisiis, Cardinalis Illustrissime, cùm venere in manus meas Exercitationes Isaaci Casauboni ad primam partem Annalium Illustrissimi Cardinalis Baronij, quas auidè legi vt ab homine erudito, & magni in literis nominis, licet impio, quo aliquid in historia temporum, maximè de fidei Christianæ initiis quod minus tralatitium esset ex earum lectione addiscerem. Sed in ipso statim aditu spes meæ frustra fuère. Animaduerti enim in XVI. illis Casauboni Exercitationibus, duo tantum capita vrgeri, alterum de Romani Pontificis, quam Hildebrandinam appellat, omnipotentia; alterum de Sacramento corporis Christi. Certe tota epistola ad Serenissimum magnæ Britanniæ Regem, quæ accuratissima, & artificij plenissima est, non aliò pertinet, quàm vt Apostolici Patris potentiam exagitet, auctoritatem in inuidiam trahat, monarchiam omnium Principum odio & contemptui subiiciat. Crediderim eius epistolæ lectione leuibus multorum animis eos motus iniectos esse, vt sicuti Anglia iugum Pontificiæ monarchiæ excussit, ita & censuras Pontificias reliquæ Europæ ceruicibus amouendas, ius interdicendi, communione fidelium abstinendi, suspendendi ob grauiores, si quæ sunt, noxias Beatissimo Patri eripiendum esse sibi persuaderent. Qua de re pluribus locis in hac mea responsione data opera in antecessum differui, studióque id egi, vt Ecclesiæ Catholicæ fidem iam inde ab Apostolorum temporibus, veterum Patrum auctoritate testatam efficerem. Iam verò præter Epistolam in Exercitationibus à pagina 251. ad paginam 773. omnis Casauboni opera in eo impenditur, vt Primatum Beati Petri labefactet, auctoritatem Papæ insuper habendam ostendat, tum verò vt in Eucharistia verum ac reale Christi Domini corpus esse neget, res significatas pro signis, corpus pro pane, sanguinem pro vino, sacrificium corporis Christi pro memoria sacrificij crucis, atque adeò pro Sa-

ℊ 2 cra

cramento Eucharistiæ à Patribus vbique poni doceat. De varijs sacræ Eucharistiæ appellationibus pleraque habet egregia, quæ hominem eruditum, & in legendo diligentem sapiant, quæque à Doctoribus Catholicis harum rerum minus pro dignitate curiosis cognosci expediat. Reliqua omnia quæ sexdecim Exercitationibus agitantur, aut leuia sunt & friuolaria, aut si cuius ratio haberi debet, in quo Illustriss. Cardinalem Baronium non iniuria reprehendat, illud petitur ab humanioribus literis, ad res fidei non pertinet. In ijs multus est ad nauseam, in quibus vulgati veterum Patrum interpretes, quorum fidem Illust. Cardinalis Baronius secutus est, allucinati sunt, illum Græca non consuluisse, ignorasse, neglexisse inuidiose exprobrat, sæpe cauillatur, & in re clara fucum facit, Illustrißimum Cardinalem Bellarminum indignis modis exagitat, Maldonatum, Turrianum, Soarem, siue, vt ipse contumeliose indigetat, Suarium, viros doctißimos lacerat & proscindit. Equidem Illustrißimum Baronium nusquam in tanto opere caspitasse præstare non ausim, sed omnino leuia sunt illa, & extra res fidei in quibus allucinatus est. Forte in historia temporum, in vocula Hebraica, Græca, Latina aliquid peccauit, in re graui vbi veræ & solidæ doctrinæ caput agitur, inoffenso pede semper ingreditur. Super hîs, & responsione quam meditabar, Parisiis tibi consilium meum aperueram, Cardinalis Illustrißime, probaras, & currenti stimulos addideras. Si Lutetia excedere mihi non contigisset, iamdudum quicquid hoc est operæ formis excussum & publicatum esset. Verum in itinere isto Italico, dum tenuem librorum meorum supellectilem, vt per loca militibus infesta, aut prædonibus Turcis obnoxia tuto deportetur prospicio, menses aliquot sine hac opera elapsi sunt. Vt autem in nomine tuo quicquid hoc scriptionis est, apparere vellem, in causa fuit, quod ei consilio auctor & fundus fuisti, quod vt quamprimum ad opus aggrederer, incendisti. Adde quod nemini iustius Illustrißimi Cardinalis defensio, quàm Illustrißimo Cardinali potuit inscribi. Tu Pontificiæ auctoritatis vt par est addictißimus, Tu Catholicæ fidei defensor acerrimus, Tu Sanctißimæ Eucharistiæ cultor deuotißimus. Cui verò corporis Christi patrocinium magis offerri debuit, quàm ei qui sanctißimum Christi corpus sacro ore conficit, cui agni illius intemerati defensio, quam ei qui agnum intemeratum ad altare consecrat, qui ipse moribus, innocentia, mansuetudine verè agnus & est, & audit? Cui denique auctoritatis Pontificiæ approbatio iustius debetur, quàm ei qui Pontificia auctoritate in Pontificum, in Cardinalium amplißimum collegium merito suo allectus est? Tantus est in te Christianæ Pietatis sensus, tam constans Catholicæ fidei Zelus, tam ardens honoris Dei studium, tam firma in Christianißimum Galliæ regem deuotio, tam certa in Serenißimam matrem eius Mariam fides, tanta denique rerum omnium

moderatio, vt ab omnibus merito tuo diligi, à me ſingulariter coli, obſeruari, ornari debeas. Jta meretur eruditio tua, probitas tua, nobilitas tua ex qua Florentiæ plures Juſtitiæ Duces olim extiterint, plurimi legationibus, & publicis muneribus emicuerint. Huc accedunt promerita in me tua, & perilluſtris viri Petri Bonſij frátris tui Florentiæ Senatoris Clariſſimi, qui me omnibus officijs magis in dies demereri pergit. Deum Opt. Max. précor, venerórque, Illuſtriſſime Cardinalis, vt vitam tuam, ſalutem, & omnia dignitatis ornamenta in maius augere perſeueret. Vale. Datum Piſis Kal. Februar. anno Domini CIↃ. IↃ. CXV.





LECTORI BENEVOLO.

MIRABERIS, opinor, amice Lector, cur è Græcis Patribus in hac responsione præter aliorum morem tot loca verbis Græcis adscripserim. Vt admirari desinas moneo, duabus me rebus vt id facerem adductum esse. Prima est æmulatio Casauboni, qui vt Illustrissimos Cardinales Baronium, & Bellarminum aliena tantum fide, non sua, verba Patrum recitare ostendat, & sibi amplius fidei tribuat, ipsissima Patrum verba recitat, cui par reponendum esse putaui. Altera est meo animo legitima, quod plerumque qui aliena fide Patrum scripta citant, aliena pro genuinis, vera pro falsis obtrudunt, cùm interpretes aut quædam de suo addant, aut mentem auctoris ad liquidum non capiant. Quod tamen in Illustrissimos Cardinales Baronium & Bellarminum conuenire non potest, quos linguarum peritissimos fuisse eorum scripta testantur. Prolixior in responsione ad Epistolam fui, dum venena omnia quæ variis Exercitationum locis Casaubonus aspserat colligo & deleo. Quod dum perficio, non mihi consilium fuit vestigiis verba eius sequi, & eundem ordinem tenere, quem ille dum in Pontificem Romanum tonat, ac fulminat, tenuit. Quod hic mihi non minus factu facile ac promptum fuit, quàm in meis ad Exercitationes eius Diatribis, in quibus verba eius vestigio pressi, & ab ordine quem instituit ne latum quidem vnguem discessi. Sed his ad Epistolam eius quasi prolegomenis, crimina omnia quibus aduersarij Pontificem onerant vt purgarem, diluerémque veterum Patrum auctoritate laboraui. Qua in re hunc modum tenui, ne Casaubonum, aut alium quempiam contumeliosius appellarem, ne in Caluinum, Bezam, Plesseum, aut alios durior aut inclementior essem, ne meis libentius, quàm veteris Ecclesiæ Patrum verbis fidei Catholicæ præcipua capita tuerer, aut aduersariorum mendacia reuincerem, ne potentissimum Angliæ Regem sine præfatione honoris appellarem. Si quid à Casaubono viro doctissimo bene, piè, ex historiæ fide scriptum est, illud vltro complexus sum: Si quid Illustrissimus Cardinalis humani ingenij lege allucinatus est, non dissimulaui, & in difficili tot annorum decursu, maxime vbi res

fidei

fidei non agitur, cæspitare & labi eum potuisse agnoui. De Regibus, ac Principibus nostri sæculi vel tacui, vel honorificè scripsi. Denique id studio egi, vt scriptio mea auctoritate vtriusque instrumenti, & veteris Ecclesiæ fide nixa, nemini offensionem, omnibus veri studiosis vtilitatem afferret. Quod si ex voto perfeci, quæso te, Beneuole Lector, vt quæ veritatis studio scripta sunt, veritatis studio sine aliquo præiudicatę opinionis sensu legas, & lecta, si merentur, probes. Vale.

DIATRI



DIATRIBARVM INDEX AD EXERCITATIONES
aduerſus Illuſtriſſimum Cardinalem Baronium.

AD PRIMAM ADVERSVS
Illuſtriſſ. Cardinalis Baronij Apparatum Exercitationem.



IVLII CÆSARIS BVLENGERI DIATRIBÆ

AD ISAACI CASAVBONI Exercitationes aduersus Illustrissimum Cardinalem Baronium.



AD EPISTOLAM DIATRIBE I.



LEGI Exercitationes tuas ad Illustrissimi Cardinalis Baronij prolegomena in Annales,& primam eorum partem (Doctissime Casaubone) & ex earum lectione, vt soleo è cæteris scriptis tuis. fructum aliquem eruditionis cepi. Exorsus sum ab illa vehementi, accurata,eloquentiæ,& artificij plenissima epistola tua ad Serenissimum, Potentissimúmque Principem, Iacobum magnæ Britanniæ Regem, quem fidei defensorem indigetas. Vellem persuasionis suæ defensorem appellasses: nec enim ea fides esse potest,quæ ab Ecclesiæ Catholicæ fide.sacrarum literarum verbis, & mente, vnanimi veterum Patrum consensu discedit. Prima frons epistolæ tuæ mirificè mihi placuit, quæ cum Catholicis loquitur,& si cum Catholicis non sentit: veritatis enim,quam à Deo accepimus, eam esse naturam ais, vt cùm vinci ab hostibus suis nequeat, carere tamen hostibus non queat: οὐδεμιᾶς δεῖται βοηθείας ἡ τῆς ἀληθείας ἰσχύς, ait S. Chrysostomus, ἀλλ' ἐὰν μυρίους ἔχῃ τοὺς σβεννύντας αὐτήν, οὐ μόνον οὐκ ἀφανίζεται, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτῶν τῶν ἐπηρεάζειν ἐπιχειρούντων φανερωτέρα ἂν εἴη. Vis veritatis nullo eget auxilio, quæ licet mille habeat aduersarios eam extinguere conantes, nunquam euanescit, sed per eos ipsos, à quibus oppugnatur illustrior euadit. Oppugnata est olim ab Ario, Ærio, Macedonio, Montano, oppugnatur hodieque à Luthero, Caluino, Beza, Casaubono, sed oppugnata vincit, & exercita tot hostium iniuriis, magis in dies ac magis enitescit. Vera admones ex Apostolo Ecclesiam; στύλον, καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας εἶναι, columnam & firmamentum esse veritatis, ad quam veri amantes se recipere, quam veluti salutare sidus intueri debent, vt monet B. Cyrillus apud Leontium de Sectis, Act. IX. δεῖ δὴ ἄρα τούτων ἀποφοιτᾶν, ὡς καὶ ἐκ γῆς ἀλλοτρίας τῆς ἀπεψυγμένης, καὶ νεκρᾶς τοῦ νοῦ διαθέσεως μεταφοιτᾶν εἰς Σιὼν, τουτέστιν εἰς τὸ ἀληθὲς, ἵνα νοῶμεν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ, ἐν ᾗ γεγονότες κατοψόμεθα τὸ τοῦ θεοῦ δοκοῦν. Oportet, inquit, ab illis discedere,& vt ex aliena terra, ita ex emortua. & exanimi mentis dispositione transire ad Sionem, id est, ad veritatem, vt intelligamus Ecclesiam Christi, in qua positi quod Deo placitum est cognoscemus. Vbi enim Ecclesia est, ibi & spiritus Dei; vbi autem est Spiritus Dei, ibidem est Ecclesia, & omnis gratia; Spiritus verò veritas est.

Quapropter qui non participant eum, neque à mamillis matris nutriuntur in vitam, neque percipiunt de corpore Christi procedentem nitidum sanguinem, sed effodiunt lacus detritos de fossis terrenis, ait B. Irenæus lib. 3. cap. 4. Illa autem Ecclesia, columna fidei est, & firmamentum totius veritatis, cuius tu antiquitatem eleuare frustra niteris, cùm in antiquitate veritas,& in veritate antiquitas elucescat.

Doctissimum Clementem audi libro 7. Stromaton δι' αὐτῶν τῶν γραφῶν ἐκμαθήσεσθαι ἀποδεικτικῶς, ὅπως μὲν ἀπεσφάλησαν αἱ αἱρέσεις, ὅπως δὲ ἐν μόνῃ τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τῇ ἀρχαίᾳ ἐκκλησίᾳ ἥτ' ἀκριβεστάτη γνῶσις, καὶ ἡ τῷ ὄντι ἀρίστη αἵρεσις. Ex ipsis, inquit, scripturis necesse est vt clarissimè discamus, quomodo hæreses aberrarint, & in sola veritate, & veteri Ecclesia cognitio sit exactissima, & reuera optima secta: deinde subiicit, vt autem qui à Circe in feras mutati sunt, homines esse desierunt, ita qui recalcitrat aduersus Ecclesiasticam traditionem vir Dei esse desinit,& vt cū vna via tantū regia occurrit, quæ rectà ducit quò tendimus: plures autem semitæ, quarum aliæ ad rupes, aliæ ad rapidum fluuium, aut mare ferunt, libentiùs via militari & regia ingredimur, semitis neglectis, ita & cùm alij alia de veritate dicant, à

traditione Ecclesiastica discedendum non est. Ibidem ἐκκλησιαστικὴν ὀρθοτομίαν τῶν δογμάτων appellat, rectitudinem ecclesiasticam dogmatum. Sed agnoscis standum esse decretis Ecclesiasticis, & eum tanquam Ethnicum habendum, & Publicanum, qui Ecclesiæ audientem se non præbuerit, asseris tamen duo genera hominum veritati esse infestissima, quorum alij καινοφωνίας, & nouas doctrinas inducant, alij studio capti præpostero defendendæ antiquitatis non veræ, ipsam veritatem, qua nihil antiquius, oppugnent. Verè sentis, nihil Ecclesiæ infestius esse duobus illis hominum generibus, qui diuersis, imò in speciem contrariis illam modis oppugnent. Certè apud nos qui Catholici & sumus & dicimur, nulla est καινοφωνία, nulla doctrina recens & noua, sed vetus, cum ea quæ à Christo, quæ ab Apostolis, quæ à Patribus acceperimus, inconcussa fide teneamus, defendamus, veneremur. Neque enim voces illæ hypostaseos, ὁμούσιος, Missarum, Sacerdotum, sacrificiorum nuper repertæ sunt, sed ab Apostolis & Patribus acceptæ, ab Ecclesia sancita. Quæ sit illa antiquitas non vera de te quæro. Antiquos ritus apud Ethnicos & Gentiles veræ nihil pietatis habuisse sat scio, Ecclesiæ Catholicæ antiquitatem à Christo, ab Apostolis, à Patribus arcessendam esse, & in illa antiquitate nihil à vero abhorrere defendo. ὅτι γὰρ μεταγενεστέρας τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τὰς ἀνθρωπίνας συνηλύσεις πεποιήκασιν οὐ πολλῶν δεῖ λόγων, ait Clemens Alexan. lib. 7. non multis verbis opus est, vt appareat conuentus illos hæreticorum Ecclesia Catholica posteriores esse. Christi enim doctrina ab Augusti & Tiberij æuo cœpta est, Pauli & reliquorum Apostolorum à Christo ad Neronis imperium: Hæreses autem post Adriani ætatem proseminatæ ad Antoninũ vsque seniorem pullularunt: ὧν οὕτως ἐχόντων συμφανὲς ἐκ τῆς προγενεστάτης, καὶ ἀληθεστάτης ἐκκλησίας τὰς μεταγενεστέρας ταύτας, καὶ τὰς ἔτι τούτων ὑποβεβηκυίας τῷ χρόνῳ κεκαινοτομῆσθαι παραχαραχθείσας αἱρέσεις. Ex quibus apparet Hæreses istas, quæ postea natæ sunt, tractu temporis adulteratas, ac innouatas ab antiquiori & verissima Ecclesia defecisse. Addit vnam esse Ecclesiam, quæ, vt monadem decet, omnia excedat, & nihil simile, aut secundum habeat. Hæreses plures, quarum aliæ ab auctore nomen sortitæ sint, vt à Valentino, Marcione, aliæ à loco vt Peratici, aliæ à gente vt Phryges, aliæ ab instituto vt Encratitæ, aliæ à dogmate vt Docitæ, & Æmatitæ. Antiquitate igitur Ecclesia Catholica nititur, quæ à Christo ipso instituta, ab Apostolis propagata, à Patribus contra hæreses propugnata, in eodem vestigio hæret, nec se de statione demoueri patitur: vna est, non multiplex, vnus Deus, vna fides, vnum Baptisma, inquit Hieronymus c. 4. ad Ephes. Hæreses multiplices, quæ ab vno discedunt multæ sunt. μόνην εἶναι φημὶ ἀρχαίαν, καὶ καθολικὴν ἐκκλησίαν εἰς ἑνότητα πίστεως μιᾶς, ait Clemens Alex. lib. 7. vnam esse aio antiquam, & Catholicam Ecclesiam in vnitatem fidei vnius. Ideo vnam in Ecclesia vocem esse oportet, cuius sit vnus Spiritus, vnum corpus. Ioan. Chrysostomus homil. 36. in c. 1. ad Corinth. καὶ γὰρ μόνην ἐν ἐκκλησίᾳ δεῖ φωνὴν εἶναι καθάπερ ἑνὸς ὄντος τοῦ σώματος.

Non vna vox est Lutheri, non vna Caluini, Casauboni, sed multiplex, aliud Beza docet, aliud Petrus Martyr, aliud Casaubonus, quid, inquis, est antiquitas non vera, nisi latens sub larua nouitas. Tibi canis, Casaubone, non musis. In Ecclesia nulla antiquitas non vera, nulla antiquitas nupera est: antiquitas non vera, vetus est mendacium, quod in vetere Ecclesia nullum fuisse agnoscis. Doctrina antiqua, vt à Christo est, ita & vera est. Hæreses non minùs arguit nouitas, quàm reuincit veritas. Nouitas est Christum mendacij arguere, verbis eius obrogare, derogare, auctoritatem Apostolis & Patribus detrahere, quæ omnia cùm à te fiunt, nouo more fiunt, tantus amor nouitatis mentem tuam velut afflatam pestilenti sidere inuasit. Antiquitate nos tuemur, non illa quam Ethnici & Gentiles in ritibus prophanis opponebant, sed illa quam à Christo Ecclesiæ parente acceptam pertendimus, in qua veritas non lasciuia, sed toto corpore attinetur. Inuidiosum est, sed ridiculum quod debitum vni Deo, cultum creaturis variè & multifariam esse communicatum à nobis ais. Vni Deo debitus cultus, vni Deo redditur, cùm rebus creatis non communicatur, vt Dei maiestas res omnes creatas deprimit, & transcendit incomparabiliter, ita & cultus Deo debitus supra rationem est eorum quæ creata sunt, nec cum iis communicari potest aut debet. Cerimoniæ, quas improbas ad Dei cultum, nos per signa extrinseca vocant, & per res aspectabiles ad Deum inaspectabilem rapiunt. Nulla est, nulla esse potest sine signis extrinsecis ac cerimoniis religio, B. Augustinus lib. 19. in Faustum c. 11. in nullum nomen religionis seu verum, seu falsum homines coagulari possunt, nisi aliquo signaculorum visibilium consortio colligentur. Christus Dominus lutum & saliuam ad oculos cæci adhibuit, in Baptismo aquam, ad morbos oleum, in genua procubuit, manus imposuit, Publicanus manibus pectus aduerberauit, in lege Moysi cerimoniæ frequentes, apud Lutherum, Caluinum, & alios non infrequentes, in

tes, in veteri Ecclesia ritus Baptismi non sine veste candida, sale, & aliis plerisque ceri-moniis fuêre, in quibus tamen religionis proram, & puppim, aut salutis anchoram Patres non posuêre, sed in aquæ aspergine per Christi Domini verba efficaci, & salutifera. Doles cum Vigilantio martyrum reliquias pretioso velamine operiri pios ac verè Catholicos viros puluerem linteamine circumdatum venerabundos osculari. Doleo & ipse tuam vicem, qui cum Vigilantio desipere, quam cum S. Hieronymo & Catholicæ Ecclesiæ fide sapere malis. B. I. Chrysostomum audi Homi. 8. de statuis. ὢ πόση τῶν ἁγίων ἀρετὴ, οὐχὶ τὰ χρήματα αὐτῶν μόνα, οὐδὲ τὰ σώματα, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ ἱμάτια τῇ κτίσει πάσῃ πάντοτέ ἐστιν αἰδέσιμα. ἡ ῥάβδος Μωϋσέως θάλασσαν τὴν ἐρυθρὰν ἔσχισε, τὴν πέτραν ἔρρηξε, τὰ ὑποδήματα τῶν τριῶν παίδων τὸ πῦρ κατεπάτησε. ἡ τέφρα τῶν ἁγίων μαρτύρων πονηροὺς ἀπελαύνει. O quanta, inquit, est Sanctorum virtus, non modò eorum res, corpora, verum & vestimenta omni creaturæ venerabilia sunt. Virga Mosis rubrum mare secuit, petram rupit, calcei trium puerorum ignem calcarunt. Cinis S. Martyrum Dæmones abigit. B. Ambrosius epist. de S. Nazario. Honoro in carne Martyris exceptas pro Christi nomine cicatrices, honoro per confessionem Domini sacratos cineres, honoro in cineribus semina æternitatis. Cur non honorent corpus illud fideles, quod reuerentur & Dæmones, quod afflixerunt in supplicio, sed glorificant in sepulcro. B. Augustinus Epist. 103. ad Quintianum, reliquias beatissimi Martyris Stephani non ignorat sanctitas vestra quam conuenienter honorare debeatis. Consule caput viij. lib. xxij. de ciuitate Dei, & agnosces non de nihilo esse, quod Ecclesia vetus, à qua deficis, tantum honoris Sanctorum habuit reliquiis, in quibus Deus ipse honoratur. Mirabilis Deus in sanctis suis, ait Rex & Propheta: inde illa in præsidio sanctorum posita fiducia, & tam sollicita eorum inuocatio. B. Paulinus,

Celse iuua fratrem socia pietate laborans
Vt vestra nobis sit locus in requie.

Idem in Natali B. Felicis,

Pauperis an venerande tui trans nubila vocem
Accipis aure Dei, nec temnis, sed petis illic
Quam mihi deportes Christo miserante salutem.

Prudentius de S. Laurentio,

Quod quisque supplex postulat
Feri impetratum prosperè,
Et tristis haud vllus redit.

D. Augustinus sermone de B. Petro, Beatissimum Petrum Piscatorem modò genibus prouolutis adorat gentium multitudo; quia, vt B. Epiphanius in Anchorato ait, ὁ τιμῶν τὸν ἅγιον, τιμᾷ καὶ τὸν κύριον, ὁ ἀτιμάζων τὸν ἅγιον, ἀτιμάζει καὶ τὸν κύριον, quod idem S. Ioan. Damascenus sæpe inculcat, & Nicephorus Patriarcha Constantinop. Qui honorem Sancto defert, Domino defert, qui in seruum iniuriosus est, in Dominum est iniuriosus. Nicephorus Patriarcha vocat sanctos πορθμείας πρὸς τὸν θεὸν ἀνάγοντας τὰ αἰτήματα, καὶ κατάγοντας τὰ δωρήματα, Portitores & tabellarios ad Deum, ad quem deferunt quæ petimus, à quo donata reportauit. Inde ille quem hodie videmus, cultus imaginum & adoratio. Eusebius lib. 7. Histor. eccl. c. 18. Christi Domini & Apostolorum Petri & Pauli, τὰς εἰκόνας διὰ χρωμάτων ἐν γραφαῖς σωζομένας, ὡς εἰκὸς τῶν παλαιῶν ἀπαραλλάκτως οἷα σωτῆρας ἐθνικῇ συνηθείᾳ παρ' ἑαυτοῖς τοῦτον τιμᾶν εἰωθότων τὸν τρόπον. Imagines pictas asseruarásque fuisse ait Cæsareæ Philippi, vbi & imago quam Æmorhoisa sanata Christo posuit, cum veteres solerent immutabiliter quasi seruatores, vt mos erat Gentilium, illos hoc modo honorare. In Paneade enim erant adhuc gentiles, & tamen quia à Christo, Petro, & Paulo à morbis liberati, posuerunt illis imagines, ad quas miracula patrasse Deum scribit Eusebius. B. Ioh. Chrysostomus, B. Meletij imagines adeo celebres fuisse ait oratione in S. Meletium, vt vulgo in annulis, vitreis, parietibus exsculperentur. B. Gregor. Nazianzenus ep. 49. ad Olymp. Dio-Cæsareæ in Ecclesia imagines sculptas extitisse ait. Tertullianus lib. de pudicitia in calice pastorem cuius humeris ouis incumberet expressum fuisse. B. Basilius orat. in S. Barlaam, imaginem Barlaam manu exsculpta in Ecclesia expictam. Prudentius de S. Cassiano,

Erexi ad cœlum faciem, stetit obuia contra
Fucis colorum picta imago martyris.

Vnde liquet patum ex historiæ & veri fide hæc à te verba subdita esse, quæ nouitas initio cùm induceretur orientem, & occidentem inter se commisit, & aliquandiu etiam collisit. Nō enim nouitas fuit in imaginibus ponendis, sed in oppugnandis: Pessimo enim exemplo Leo Conon Isauricus à Iudæis corruptus imagines sanctorum, quas iam inde ab Apostolis

Ecclesia complexa erat, vt sibi non ad inruendum modò, sed etiam ad inuitandum proponeret in Oriente passim euertit, & veteris pietatis cultores omnibus supplicus necauit. Quare & à Pontifice Romano cœtu piorum motus est, cùm acquiescere veritati detrectatet, imò dominatu etiam totius pene Italiæ meritò priuatus. Gregorius Nyssenus homil. 44. de Abraham, ait sæpe se vidisse expictum sacrificium quod meditabatur in filij corpore Abrahamus, ἰδὼν πολλάκις ἐπὶ γραφῆς εἰκόνα τοῦ πάθους. B. Athanasius cap. 38. centum capitum ad Antioch. absit vt imagines colamus pro diis, quod Græci faciunt. Indicamus modò affectum, & studium testamur in eum quem imago repræsentat. Ideoque vbi deleta est imago lignum igni permittimus. Quemadmodum autem moriens Iacob vertiçem virgæ Ioseph adorauit, non eum honorem habens virgæ, sed virgam tenenti, ita non imagines ipsas, sed eos qui expressi sunt imaginibus honoramus, τὸν πόθον πρὸς τὸν χαρακτῆρα τοῦ προσώπου τῆς εἰκόνος ἐμφανίζοντες. Cyrillus Alexandrinus epist. ad Theodos. iuniorem, imagines honorandas esse ait, ob archetypa, αἱ εἰκόνες τιμῶνται διὰ τὰ ἀρχέτυπα, ita malo, quàm ὡς ἀρχέτυπα. Eusebius libris de Demonstratione Euangel. scribit ætate sua iuuenes, quos Abrahamus hospitio excepit, eodem loco depictos, quorum medius sit qui honoratissimus est, ἐπὶ γραφῆς ἀνακείμενοι. B. Gregor. Nazianzenus in Stelitcutico monet imagines in publico positas sua ætate, vulneris à Iuliano illati testimonium prætulisse, εἰκόνες ἐν δημοσίᾳ προκείμεναι. Damascenum lege oratione tertia de imaginibus, vbi plura veterum Patrum testimonia profert, quæ tuum errorem reuincant. Prudentius in hymno de S. Hippolyto,

Picta super tumulum liquidis species viget vmbris,
Effigians tractis membra cruenta viri.

Septima Synodo act. 2. Basilius scribit se sacris imaginibus honorem habere, & in omnium oculis eas adorare, quod cùm ab Apostolorum traditionibus Christiani acceperint, meritò faciunt, vt eas adorent, id est, honorent ob Archetypa: vulgatum enim est alium cultum esse ciuilem qui magistratibus, & viris honoratis debetur, ita fratrem Esau adorat Iacob, alium esse religiosum ob virtutem, quo Nabuchodonosor Danielem adorauit, δουλείαν vocant, alium Deo debitum, qui cum creaturis communicari non debet, vt maiestas Dei cum hominibus communicari non potest, λατρείαν indigetant Concil. Ephes. Nicephorus Patriarcha Constantinopol. epist. ad Romanum Pontificem scribit se complecti, & salutate venerabiles imagines Christi, & castissimæ eius Parentis, quibus adorationem meritam se exhibere ait, ἀσπαζόμενοι ἅμα τῇ τοῦ παντων σωτῆρος σεβασμίᾳ εἰκόνι, πεσείμων αὐτῆς τὴν κατὰ τιμὴν προσκύνησιν. D. Hieronymus in c. 1. Ionæ iudicat moris esse, vt in toreumatis vasorum & signis imagines Apostolorum cælentur: vij. Synodus eundem honorem imagini habendum pronuntiat, qui prototypo habetur, quia hypostasis quæ vna est, non natura cuiusque imagine exprimitur: παντὸς μιμητικοῦ εἰκονιζομένου οὐχ ἡ φύσις, ἀλλ' ἡ ὑπόστασις εἰκονίζεται. Imago idem est cum Archetypo non natura, sed hypostasi, seu imitamento hypostaseos. In imagine adoratur hypostasis prototypi, quæ pingitur non materia imaginis, ἐν τῇ εἰκόνι ἡ εἰκονιζομένη τοῦ ἀρχετύπου ὑπόστασις προσκυνεῖται.

S. Ioan. Damascenus orat. 1. de imaginibus, ne tibi, inquit, durior videatur adorationis vox, qua imagines adorare nos profitemur. Adorauit Iacob Esau fratrem, non vt Deum, sed vt hominem: aliud enim est adoratio latriæ, aliud adoratio, quæ honoris causa ob dignitatem exhibetur merentibus. προσεκύνησε Ἰακὼβ Ἠσαῦ, ἀλλ' οὐχ ὡς θεῷ. ἑτέρα γὰρ ἡ τῆς λατρείας προσκύνησις, καὶ ἑτέρα ἡ ἐκ τιμῆς προσαγομένη τοῖς κατὰ τὸ ἀξίωμα ὑπερέχουσι. Trullana Synodus sub Iustiniano habita est, in qua Agnum digito Ioannis ostensum inter venerabiles imagines expressum fuisse docemur ἔν τισι τῶν σεπτῶν εἰκόνων γραφαῖς ἀμνὸς δακτύλῳ τοῦ προδρόμου δεικνύμενος ἐγχαράττεται.

B. Anastasius Sinaita homil. de noua Dominica, scribit Christianos quoties oculos ad imaginem Christi conuertunt eo animo esse, quasi è cœlo Christus eos aspectet, quem ideo & adorant, & apud imaginem eius in genua procedunt, προσκυνοῦμεν, προσπίπτομεν. Ioannes Chrysost. aduersus Iulianum Atheum homil. 1. An non imagines, inquit, in Ecclesiis positæ, vt à fidelibus adorentur, Iuliani diritatem ac sæuitiam apertè testantur οὐχὶ τὰ ἀναθήματα τὰ ἅγια ἐν ταῖς ἐκκλησίαις κείμενα εἰς προσκύνησιν τῶν πιστῶν.

Anathemata propriè donaria, hic tamen imagines esse aio. Idem de vestim. sacerdot. ἔγωγε καὶ τὴν κηρόχυτον γραφὴν ἠγάπησα εὐσεβείας πεπληρωμένην. Amaui, inquit, cera fusam imaginem pietate plenam. Vidi enim Angelum pictura expressum persequentem fugientes Barbaros, S. Athanasij verba superioribus accedant, καὶ διὰ τὸν Χριστὸν προσκυνῶ τὴν εἰκόνα τοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ τὴν εἰκόνα τοῦ Χριστοῦ αὐτὸν προσκυνῶ τὸν Χριστόν. Et ob Christum adoro imaginem

ginem Christi, & per imaginem Christi ipsum Christum adoro. Euagrius lib. v. c. 18. Histor. scribit Anatolium hominem conscelleratum in carcere ad pedes imaginis B. Mariæ accidisse manibus post terga deuinctis. ὑπὸ τῷ εἰκόνι τῆς θεοτόκου κατὰ τὴν εἱρκτὴν καλινδεῖσθαι ἠωρημένης ἐνδεδεμένον, καὶ ὀπίσω τὰς χεῖρας ἀπεστρίφθαι. In VII. Synodo luculenta de sacrarum imaginum cultu verba sunt, quæ te fugere non debent. Imago Christi cum adoratur, Christus ipse, cuius imago est, adoratur, non materies, in qua vultus velut in speculo expressus est, licet ab ipsa materia separatus. Si quis expressam in speculo sui imaginem exosculari velit, non materiam, sed imaginem spectat, quæ fugientem fugit, aduolat ad accedentem, quia aliud est imago in materia expressa, aliud est materies, ita & qui adorat imaginem Christi, licet ad materiem accedat, non tamen materiem, sed Christi imaginem adorat. Vbi imago quæ colitur deleta fuerit, materia prioris imaginis inops, inhonora iacet. Si tibi fuerit in annulo vultus regis expressus, & eo signetur, cera, pix, lutum, idem sigillum in diuersis rebus cernetur, quia sigillum in annulo aliud est, & diuersum in annuli materia: ita imago Christi in diuersis materiis manet in persona Christi, & à materia separatur vt vmbra nequit à corpore, ita neque imago Christi à persona eius separari, sed in vmbra obscurum est corporis vestigium, in imagine clarius. Et vt in Solis radio vmbra spectandam se præbet, ita & imago Christi per figuram & picturam. Quod si res, quæ semper est melior, ea est, quæ non semper est, & id quod est per existentiam melius est, eo quod est per priuationem, quod clarum est dignius obscuro, imago melior vmbra, quæ tamen cùm in sanctis miracula patrarit, longè meliùs imago patrabit.

DE PONTIFICE ROMANO.

DIATRIBE II.

DVRIOR es in Pontificem Romanum, Casaubone, de te nihil malè meritum, imo salutis tuæ studiosissimum, quam literis ad Christianissimum Galliarum regem, & Illustrissimum Cardinalem Perronium missis expetere se, de eaque sollicitum esse plerunque testatus est. Quæ te, malum, intemperiæ agitant, vt hominem tui amantem, Principem optimum, maximum, in summo rerum humanarum fastigio positum, tanta styli diritate insecteris. De Turcorum Principis Tyrannide, & in Christianos homines impotenti dominatu taces, & de totius Ecclesiæ capite, Christi vicario infanda pronuntias. Non iniquo animo fers Romanum imperium per summam iniuriam Constantino vltimo, Principi maximo ab homine impio ereptum, Constantinopolim euersam, Græciam, Macedoniam, Thraciam, Asiam, Ægyptum, Aphricam, aliásque plurimas gentes cum incomparabili populi Christiani clade perdomitas, & quod intolerabile est, cultu Christi Domini spoliatas, & id pessimè te habet, quod Pontifex Romanus in administratione Ecclesiæ Petri successor, Christi Vicarius, Romam veterum principum liberalitate, totius Europæ consensu, sine vi, sine sanguine, sine cuiusquam iniuria, nongentos & amplius annos quieto iure, legibus æquissimis, iusto dominatu, pacificus, concordiæ parens, obtinet. Non malo more factum tibi videtur, quod regibus Iudææ extinctis Pontifex Hierosolymis in summo dignitatis regiæ apice perseuerarit, quod Leuitæ omnes ac Sacerdotes Decimarum decimas ex Dei mandato ad eum detulerint, & ea te cura coquit, quod Pontifex in Christi Ecclesia omnium consensu maximus, in sacræ amplitudinis arce sedet, quod Ecclesiæ Dei clauum tenet, quod ad eum Sacerdotes, Episcopi, Patriarchæ, non decimatum decimas, sed ex opulentis beneficiis spicilegia quædam aliquando deferre teneantur. Non inuides Angliæ regi amplissimum regiæ maiestatis titulum, cuius tamen dominatus & iure & longinquitate, Pontificis Romani maiestate inferior est, & Pontifici maximo Christi apud homines vicario suam auctoritatem detractam cupis. An æquius fuit Anglosaxonas, Scotobrigantas, & Normanos in Britanniam prouinciam imperio Romano tot iam annos armorum lege subditam irrumpere, quam Romanum Pontificem sine vi, sine hominum strage ea vrbe nongentos iam & amplius annos potiri, quam ei Romanorum ciuium ac totius Italiæ consensus, Pipini, Caroli magni, Ludouici Pij, reliquorumque Principum auctoritas cum pietate coniuncta toties addixit. Ius eius forte ac dominium in ea vrbe angustius esset, si vt Turcorum, vt Germanorum, vt Gotthorum, vt Anglorum, reges & imperatores per incendium & cædes ad tantum imperium sibi viam molitus esset.

Non tibi dolet, quod Caliphæ Turcorum Pontifici, non ita pridem tot Sultani, tot populi, tot prouinciæ, tantam obseruantiam exhibuerunt, tam ampla vectigalia persoluerunt, & ea te cura mordet, quod Pontifex Romanus religionis ac fidei post Christum Dominum parens, nongentos iam & amplius annos Romæ in solio imperij sedet, apud omnes Principes in honore, in gratia, in veneratione esse perseuerat; Abducito, si lubet, à sacro capite sacerdotium, & in Romano Pōtifice solum Principem, tot sæculis eo loco positum intuere, an eo vsque proiectæ impudentiæ futurus es, vt honorem & obseruantiam quæ principibus debetur, maximo & potentissimo Principi denegare audeas. Non est potestas nisi à Deo, quæ à Deo sunt, ordinata sunt, qui resistit potestati, resistit ordinationi Dei, ait Apostolus: velis opinor, imperium ei detractum, in re aut filios tuos transferri, de sacerdotio patum sollicitus. Moueat te pietas quæ Pipinum, quæ Carolum Pipini filium ad obsequium Romano Pontifici deferendum mouit: interfuit Reipublicæ Christianæ in sanctissimo Ecclesiæ capite, regiam maiestatem, amplissimum principatum reperiri, ne cerdones, sartores, aliique spiritus contumaces, imperij impatientes, duris ceruicibus, incircumcisis auribus, ingenij præfracti, perfrictæ frontis tantæ maiestati illuderent. Doles igitur Romanum Pontificem aliquid posse, subditos eius in prouinciis quibus imperat æquissimo imperio regi, reges omnes ac principes Christiani orbis ad eius genua procumbere, & ei honorem habere quem olim habitum Caligulæ, habitum Maximini filio, habitum Diocletiano historiæ loquuntur, quibus ad oscula pedum principes ac reges procubuisse compertum est, quem ipse olim Episcopis, Abbatibus, Sacerdotibus omnibus habitum fateris, nec animaduertis pietatis imperio factum, vt per initia nequaquam exigenti Pontifici honor haberetur, quem per vim & metum à primatis olim principes extorserunt: Nescio quo loco Pipinum Galliarum regem, reliquosque imperatores & reges habeas, eos ne desipuisse, maiestatem suam proiecisse, dignitatem imminuisse putes, qui honorem Pontificibus religionis aspectu habuerint, pro stratoribus esse, pedites ingredi voluerint, cum Pontifices equo veherentur, quem ipsi reges fræno regebant, hoc scio eos de vicario Christi, de successore Petri, de fidei Christianæ capite magnificentius ac verius quam tu Casaubone sentias, qui Principem longè maximum, tot annorum curriculo in sacri imperij solio positum, quem supra maiestatem suam esse tot Reges, tot Imperatores, tot Principes ipsi infrà positi agnouerunt, impie & impudenter laceras & proscindis. Anastasius in vita Syluestri tibi indicabit quem honorem Constantinus magnus Pontifici Romano habuerit, quam amplis reditibus Ecclesias, quam largis muneribus dotarit: ab eodem Prudentius lib. 1. in Symmachum sacerdotes omnes Romanos amplissima dignitate auctos testatur his verbis,

Denique pro meritis cælestibus æqua rependens
Munera Sacricolis, summos impertit honores
Dux bonus, & certare sinit cum laude suorum,
Nec pago implicitos per debita culmina mundi
Ire viros prohibet.

De Pipino Francorum Rege docebit Iuo Carnotensis: Audiens, inquit, Rex Beatissimi Pontificis Stephani aduentum nimis festinanter in eius venit occursum, & descendens de equo suo, cum magna humilitate terræ prostratus eundem suscepit Pontificem, cui & vice stratoris vsque in aliquantum locum iuxta eius sellam properauit, & cum gloria ad palatium duxit; de Ludouico II. Anastasius in Nicolao excellentissimus, quem cum vidisset Augustus, obuius in aduentum eius occurrit, frænumque Cæsar equi Pontificis suis manibus apprehendens, pedestri more quantum sagittæ iactus extenditur traxit. Dices, opinor infra maiestatem imperatorum fuisse quod ad fræna Pontificis purpurati incederent, ad osculum pedum procumberent, id temere & inconsiderate honori B. Petri datum, nimiam fuisse eam humilitatem. Peccauit forte Clodouæus apud Hincmarum in vita S. Remigij qui coronam auream B. Petro promissam ad papam Hormisdā transmisit, à quo regnum appellata est. Sigebertus in anno DL. Ipse vero Rex misit Romam coronam aureā cum gemmis, quæ regnum appellari solet. Quare Innocentius 3. Pontif. serm. 1. in festo s. Syluestri. Romanus, inquit, Pontifex in signum imperij vtitur regno, & in signum Pontificij mitra. Sed mitra semper vtitur & vbique regno vero nec vbique nec semper, quia Pontificalis auctoritas & prior est, & dignior, & diffusior quàm imperialis. Hermoldus lib. 1. c. 8. veniente Domino Adriano in castra rex festinus occurrit, & descendenti de equo tenuit strepam, duxitque per manum eum in tentorium. Honorem igitur hunc habuerunt Petro reges & imperatores, qui iurati cum Romæ coronantur spondent, se nihil edicturos de omnibus quæ ad Pontificem aut

cem aut Romanos pertinent fine Pontificis ipſius conſilio c. fundamenta, de electionibus in vr. Et in Roma nullum placitum aut ordinationem faciam de omnibus quæ ad ſanctitatem ſuam, aut ad Romanos pertinent ſine veſtro conſilio. Hincmarus Remenſis ep. 3. c. 13. Apocriſiariorum miniſterium ſumpſit exordium, quando Conſtantinus Magnus Imp. Chriſtianus effectus, locum, & ſedem ſuam, vrbem ſcilicet Romanam, Papæ Syluestro edicto priuilegij tradidit, & Bizantium migrauit. Tunc reſponſales tam Romæ ſedis, quàm & aliarum præcipuarum ſedium in palatio pro Eccleſiaſticis negotiis excubabant, aliquando per Epiſcopos, aliquando per Diaconos hoc officium gerebatur Liutprandus Cremonenſis Epiſcopus in legatione ad Nicephorum Phocam Imperatorem Conſtantinopolitanum hæc habet. Conſtantinus Imperator Auguſtus, qui hanc ex ſuo nomine condidit ciuitatem S. Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, vt erat Coſmocrator, multa donaria contulit, non in Italia ſolùm, ſed in omnibus pene Occidentalibus regnis, nec non de Orientalibus, atque Meridianis, Græcia ſcilicet, Iudæa, Perſide, Meſoporamia, Babylonia, Aegypto, Libya, vt ipſius teſtantur priuilegia, quæ penes nos ſunt. Sanè quicquid in Italia, ſed & in Saxonia, Baioaria, omnibúſque dominij mei regnis eſt, quod ad Apoſtolorum beatorum Eccleſiam reſpicit Sanctiſſimorum Apoſtolorum Vicario contulit &c. Cur Imperator veſter non idem facit, vt ea quæ ſuis in regnis ſunt, Apoſtolorum Eccleſiæ reddat. Vtut ſit, Romanus Pontifex ſiue à Conſtantino Magno, & aliis Imperatoribus, ſiue à Pipino, Carolo Magno, Ludouico II. tot ornamenta imperialis dignitatis accepit, per nongentos plus minus annos ea iure poſſidet, debetur id Vicario Chriſti, ſucceſſori Petri, Eccleſiæ Chriſtianæ principi, vt ampliſſimam maieſtatem, & reditus ea maieſtate dignos obtineat, vt rebelles & transfugas a fide coercendo, reliquos Principes auctoritate ac imperio in officio contineat, & qui rerum ſpiritualium principatum habet, in rebus corporeis ac ciuilibus non vltimo loco cenſeatur. Sed verba tua, Caſaubone, iam audiamus.

DE PRINCIPATV ROM. PONTIFICIS.

DIATRIBE III.

VERBA tua ſunt, Sedes Romana quæ prima inter Patriarchales quondam ſatis habebat cenſeri, Domina eccleſiarum eſſe, atque agnoſci dudum eſt cum voluit. Miror te, Caſaubone, cum aduerteris Romanam ſedem primam inter patriarchales habitam, non item attendiſſe eandem à Patribus vocari omnium Eccleſiarum, quæ toto orbe ſparſæ ſunt, dominam & parentem. Certe D. Ireneus libri 3. cap. 3. errorem tuum ante mille quingentos annos clariſſimè damnauit, his verbis: Ad hunc Apoſtolatus Petri principatum, propter potentiorem principalitatem omnem Eccleſiam conuenire oportet; Tertullianus libri de pudicitia cap. 1. 13. 21. Pontificem Romanum vocat Pontificem maximum, Epiſcopum Epiſcoporum, bonum paſtorem, benedictum Papam, Apoſtolicum B. Cyprianus lib. 1. 10. 11. principalem Eccleſiam Petri, cathedram à qua vnitas ſacerdotis exoriatur. lib. 1. ep. 8. vnum eſſe Deum ait, vnum Chriſtum, & vnam Eccleſiam, & Cathedram vnam ſuper Petrum Domini voce fundatam, aliud Sacerdotium conſtitui non poſſe, lib. 4. ep. 8. Romanam Eccleſiam ab omnibus alijs pro matrice & radice Catholicæ Eccleſiæ eſſe agnoſcendam. Siquid in te oris eſſet, agnoſceres vtique in veteri Eccleſia Romanam ſedem non modò inter patriarchales primam habitam, verùm & omnium Eccleſiarum Dominam ac parentem, quod diſerte Patres ſupra docuerunt. Athanaſius ad Felicem, ob id vos, prædeceſſoreſque veſtros Apoſtolicos præſules in ſummitatis arce conſtituit, omniumque Eccleſiarum curam habere præcepit. Notum eſt illud Hieronymi ad Damaſum, ego nullum primum niſi Chriſtum ſequens beatitudini tuæ, id eſt, Cathedræ Petri communione conſocior, ſuper illam petram Eccleſiam ædificatam eſſe ſcio. Proſper lib. de ingratis,

Sedes Roma Petri quæ paſtoralis honoris
Facta caput mundo, quidquid non poſſidet armis
Religione tenet.

Non me clàm eſt Græcos homines ſuper ea re verbis velitatos, & Romano Pontifici controuerſiam ſtatus feciſſe, alij principatum Eccleſiæ à principe vrbe Roma, non à Petro petendum eſſe duxerunt. Ita enim Zonaras in Conſtantino, καὶ πρότερον ἐπισκοπὴν ὂν τὸ Βυζάντιον τῆς Θρᾳκικῆς Ἡρακλείας εἰς τιμὴν ἀνήγαγε πατριαρχικὴν τῇ πρεσβυτέρᾳ ῥώμῃ τὰ πρεσβεῖα τηρῶν

ῥῆσας διὰ τὴν πρεσβυγένειαν, καὶ τὸ ἐκεῖθεν τὴν βασιλείαν ἐνταῦθα μετενεχθῆναι. Byzantium, qui episcopatus erat Thraciæ, Heracleæ, ad Patriarchatus honorem extulit, veteri tamen Romæ principatu seruato propter ætatis reuerentiam, tum quia Roma imperium Constantinopolim translatum esset. Idem Zonaras in ἑρμηνείᾳ Canonis tertij secundæ Synodi, quem nos subdititium & adulterinum merito credimus, Principatum Pontificis Romani agnoscit: Canonis verba sunt, τὸν μὲν τῆς κωνσταντίνου πόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς, μετὰ τὸν τῆς ῥώμης ἐπίσκοπον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν ῥώμην. Constantinopol. Episcopum habere Principem honorem, post Roman. Episcopum, quia ea vrbs est noua Roma. Zonaras in interpretatione Græca Canonum, quam in serenissimi magni Hetruriæ Ducis Bibliotheca legi, hæc habet, τὴν πρόθεσιν τὴν, μετὰ, ἔνιοι τοῦ χρόνου δηλωτικὴν ἔφασαν εἶναι, καὶ οὐχ ὑποβιβασμοῦ τῆς τιμῆς πρὸς τὴν πρεσβυτέραν ῥώμην. Χρῶνται δὲ πρὸς κατασκευὴν τοῦ οἰκείου λόγου τῷ εἰκοστῷ ὀγδόῳ κανόνι τῆς ἐν χαλκηδόνι συνόδου, μεμνημένῳ τοῦ παρόντος κανόνος, ἐπάγοντι δὲ ὅτι καὶ ἡμεῖς τὰ αὐτὰ ψηφιζόμεθα περὶ τῶν πρεσβείων τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας κωνσταντίνου πόλεως νέας ῥώμης. καὶ γὰρ τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, οἱ πατέρες εἰκότως ἀποδεδώκασι τὰ πρεσβεῖα, δευτέραν δὲ εἶναι τὴν κωνσταντίνου πόλιν, καὶ ἴσα πρεσβεῖα ἔχειν τῷ τῆς νέας ῥώμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ, εὐλόγως κρίναντες τὴν βασιλείᾳ, συγκλήτῳ τιμηθεῖσαν πόλιν, καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύουσαν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι ῥώμῃ, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκείνην μεγαλύνεσθαι πράγμασι, δευτέραν μετ' ἐκείνην ὑπάρχουσαν. Φασὶν οὖν ὅτι ἐπεὶ τῶν ἴσων ἀξιοῦσι τιμῶν, πῶς νοηθήσεται ἡ, μετὰ, πρόθεσις ὑποπτώσεως δηλωτική. ἡ δὲ ἰουστινιανοῦ ἑκατοστὴ τριακοστὴ νεαρὰ ἄλλως διδάσκει νοεῖσθαι τὸν κανόνα. φησὶ γὰρ θεσπίζομεν κατὰ τοὺς τῶν ἁγίων συνόδων ὅρους τὸν ἁγιώτατον πρεσβυτέρας ῥώμης πάπαν πρῶτον εἶναι πάντων τῶν ἱερέων. τὸν δὲ μακαριώτατον ἐπίσκοπον κωνσταντίνου πόλεως νέας ῥώμης δευτέραν τάξιν ἐπέχειν μετὰ τὸν ἀποστολικὸν θρόνον τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης, τῶν δὲ ἄλλων πάντων προτιμᾶσθαι. ἐντεῦθεν οὖν ἐναργῶς δείκνυται ἡ, μετὰ, πρόθεσις ὑποβιβασμὸν δηλοῦσα, καὶ ἐλάττωσιν. καὶ ἄλλως δὲ ἀδύνατον ἂν εἴη τὸ ταυτὸν τῆς τιμῆς καὶ ἐν ἀμφοτέροις τοῖς θρόνοις φυλάττεσθαι. ἀνάγκη γὰρ ἐν ταῖς ἀναφοραῖς τῶν ὀνομάτων ταῖς πρεισμένας αὐτῶν, τὸν μὲν προτερεύειν, τὸν δὲ δευτερεύειν, καὶ ἐν καθέδραις ὅτε συνέλθοιεν, καὶ ἐν ὑπογραφαῖς ὅτε τοῦτο δεήσει. ἡ γοῦν τοῦ, μετὰ, ἐξήγησις ἡ λέγουσα τοῦ χρόνου δηλωτικὴν εἶναι τὴν πρόθεσιν, καὶ οὐχ ὑποβιβασμοῦ βεβιασμένη ἐστὶ, καὶ διανοίας οὐκ εὐθείας, οὐδὲ ἀγαθῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐν τῷ τρούλλῳ συνόδου τριακοστὸς ἕκτος κανὼν ἀριδήλως δείκνυσι τὴν, μετὰ, πρόθεσιν ὑποβιβασμὸν δηλοῦσαν, δεύτερον λέγων τὸν θρόνον τῆς κωνσταντίνου πόλεως λογίζεσθαι μετὰ τὸν τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης. &c. Præpositionem hanc, μετὰ, quidam aiunt significare Constantinopolitanum Episcopum esse posteriorem tempore non honore, Romano. Idque confirmant auctoritate 28. Canonis Synodi Chalcedon. quo præsentis canonis mentio continetur, & dicitur, & nos eadem de priuilegiis Sanctissimæ Ecclesiæ. Constantinop. statuimus, quæ noua roma est. Etenim throno veteris romæ, quia vrbs illa imperat, Patres merito principem locum dederunt, voluerúntque secundum tribui Constantinopoli, & Sanctissimum thronum nouæ romæ eundem habere principatum, merito iudicantes vrbem imperio & senatu honoratam, & iisdem priuilegiis vrentem quibus vetus roma rerum Domina, in Ecclesiasticis etiam rebus ex æquo cum ea attolli, & secundum locum tenere debere. Sic igitur illi argumentantur, & par honor vtrique vrbi datur, quî fieri potest vt præpositio, μετὰ, significet inferiorem gradum? Sed Iustiniani nouella 130. aliter canonem intelligendum ostendit. Ait enim, declaramus secundum definitionem Sanct. Synodorum Sanctissimum Papam veteris romæ primum esse sacerdotum omnium: Beatissimum autem Constantinop. nouæ romæ secundum locum tenere post Apostolicum thronum veteris romæ, & aliis omnibus anteponi. Vnde liquido apparet, præpositionem, μετὰ, significare subiectionem, & inferiorem gradum. Verum & aliter fieri non potest vt idem honor vtrique tribuatur. Necesse enim est cum nomina vtriusque throni teferuntur, alterum primum esse, alterum secundum, & in sedendo quoties conueniunt, & in subscribendo quoties opus est. Interpretatio igitur præpositionis μετὰ, quæ astruit significare tempus non subiectionem, est violenta & praua. Sed & Trullanæ Synodi 36. Canon perspicue indicat, præpositionem, μετὰ, significare subiectionem, qui ait sedem Constantinopolitanam secundam esse post romam. Vtrunque Canonem secundæ & quartæ Synodi subdititium & adulterinum esse credimus. Quod non existimauit Zonaras, qui vt Græci recentiores primatum romanæ sedis, non à Beato Petro, sed à principatu vrbis Romæ petendum putarunt. Sic enim Anna Alexij Imperatoris filia lib. 1. Alexiadis cum reliquis Ecclesiæ Constantinopolitanæ schismaticis sentit, ὅτι μεταπεπτωκε καὶ ἡ τῶν θρόνων ἀρχιερατικὴ τάξις, translato Constantinopolim imperio, translatus est & ordo, Principatúsque throni Pontificij. Apud Barlaamum Franciscus aiebat vere, ἀλλ' ἐν ῥώμῃ ἀπόστολος τε κατὰ θεὸν, τέλους ἔτυχεν, ἀναγκαῖον οὖν τὸν ταύτης ἐπίσκοπον τὸν ἐκείνου τόπον ἐπέχειν, Sed Romæ Apostolus in Domino mortuus est: necesse est igitur, vt Romæ Episcopus locum eius obtineat.

respondet

respondet Barlaamus igitur quia Christus Dominus Hierosolymis mortuus est, Hierosolymitanus Episcopus principatum Ecclesiæ tenere debet, vt qui locum obtineat primi nostri Pontificis & tanto maior Romano futurus est, quanto Christus Petro. ἐπεὶ οὖν ἐστιν ὁ δεσπότης ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν Ἱεροσολύμοις τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ὑπέστη θάνατον, εἰκὸς ὁ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος πάντων πρῶτος, καὶ τοσοῦτον μείζων τοῦ Ῥώμης, ὅσον καὶ ὁ Χριστὸς τοῦ Πέτρου.

Quod & ante hunc Nilus Thessalonicensis eodem argumento defendit, & Græci plerique omnes nostra ætate mordicus tenent. Sed veteres patres non ex eo tantum quod Romæ mortuus sit Petrus, Romano Pontifici principatum attribuunt, at quod Petrus à Christo princeps Ecclesiæ constitutus Romæ imperij Ecclesiast. domiciliū posuerit, qui principatus in successores eius transiit. B. Augustinus ep. 162. qui posset non curare conspirantem multitudinem inimicorum, cum se videret Romanæ Ecclesiæ, in qua semper Apostolicæ Cathedræ viguit principatus, per communicatorias literas esse coniunctum. B. Hieronymus in dialogo aduersus Luciferianos c. 4. Ecclesiæ salus à summi sacerdotis dignitate pendet, cui si non exsors quædam, & ab hominibus eminens donatur potestas, tot in Ecclesiis efficientur schismata, quot sacerdotes. Agnoscis, Casaubone, opinor, vnde mali labes orta: neque enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata schismata, quam inde quod sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur, ait Cyprianus lib. 1. epist. 3. Optatus Mileuit. eleganter lib. 2. Ergo quia probamus eam esse Catholicam Ecclesiam quæ sit in toto terrarum orbe diffusa, eius iam sunt commemoranda ornamenta, quæ quinque sunt dotes, inter quas Cathedra est prima. Igitur negare non potes scire te in vrbe Roma Petro primo Cathedram Episcopalem esse collatam in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus, vnde & Cephas appellatus est, in qua vna Cathedra vnitas ab omnibus seruaretur, ne singuli Apostoli singulas sibi quisque defenderent, vt iam schismaticus & peccator esset, qui contra singularem Cathedram alteram collocaret, vnde sequitur Casaubonum schismaticum, & peccatorem esse, qui contra singularem Cathedram ire audeat, & aliam opponat nuperam, & inanem. In Epistola Valentiniani imperatoris quarta Synodo hæc verba leguntur, ἵνα ὁ μακαριώτατος ἐπίσκοπος τῆς Ῥωμαίων πόλεως ᾧ τὴν ἀκρότητα τῆς ἱερωσύνης ὑπὲρ πάντας ἡ ἀρχαιότης παρέσχε, χώραν, καὶ ἰσχὺν ἔχῃ περὶ πίστεως καὶ ἱερέων ἀνακρίνειν, vt beatissimus Episcopus Romæ vrbis, cuius sacerdotium omnibus superius antiquitas nobis prodidit, locum & facultatem habeat de fide, & sacerdotibus iudicandi. Hic locus ita concipitur in noua editione conciliorum. Vulgo legitur, ᾧ τὴν ἱερωσύνην κατὰ πάντων ἡ ἀρχαιότης παρέσχε, male, quia non respondet Latino textui, ex quo in Græcum vertitur. Dixeris forte, Petrum, cui Domini oues commissæ sunt, primum Antiochiæ sedisse, deinde Romæ, ideóque Antiochenum Episcopum propriè Petri successorem, & Ecclesiæ caput habendum. Respondeo, B. Petrum Ecclesiæ principem, non modò Antiochiæ, verùm & Hierusolymis, & pluribus aliis in vrbibus, Reipub. Christianæ tum primùm nascenti præfuisse, iurisdictionisque primariæ munera quædam obiisse, sed spiritu Dei demum eo ductum, vbi terrarum & orbis caput & imperij domicilium erat, vt expeditior Ecclesiasticæ rei administratio esset, eaque longius in dies fundi ac disseminari posset: non ex eo tamen sedis Apostolicæ iura, priuilegiaque manant, quod vniuersi caput, ea vrbs haberetur, sed quod ibi eximius Christi vicarius, cui Ecclesiæ gubernacula commissa erant, imperij Ecclesiastici sedem esse voluerit, eamque sanguine suo firmarit, τῆς γὰρ βασιλευούσης εὐσεβῶς ἰθυνομένης πόλεως κοινὸν ταῖς ἁπανταχοῦ ἁγίαις ἐκκλησίαις τὸ κέρδος γίνεται. Cum enim vrbs imperans, & domina piè & sanctè dirigitur, commune lucrum est sanctis Ecclesiis vbicunque sunt, vt patres asserunt Ephesino Concil. p. 176. ibidem pagin. 183. 191. Romana Ecclesia dicitur Apostolica Cathedra per eminentiam. ἀποστολικὸς θρόνος. Φίλιππος τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου πρεσβύτερος· Κελεστῖνος ὁ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἐπίσκοπος. Quanquam omnes vrbes ab Apostolis insessæ Apostolicæ Ecclesiæ dici possunt. Sic enim Nicephorus Patriarcha Constantinop. Antiochiam sedem Petri appellat, epist. ad Leon. Armen. τῆς Ἀντιοχείας ὁ τοῦ κορυφαίου Πέτρου μεγαλώνυμος θῶκος ἐφ' ὕβρει τῶν ἁγίων συνεκδραμεῖ ἐκτυπώσεως: quæ Antiochia sedes Petri Apostolorum principis, in sacrarum imaginum iniuriā consentit. B. Augustinus serm. 15. de sanctis, Petrum fundamentū Ecclesiæ Dominus nominauit, & ideo digne fundamentum hoc Ecclesia colit, supra quod ædificij Ecclesiastici, altitudo consurgit. B. Epiphan. p. 192. ὁ Χριστὸς γινώσκων τίς ἐν πρώτοις ἄξιος ἐστι ταχθῆναι, ἐξελέξατο τὸν Πέτρον ἀρχηγὸν εἶναι τῶν αὐτοῦ μαθητῶν. Christus cum sciret cui ex suis primæ deferendæ essent, Petrum elegit, quem cæteris discipulis ducem ac magistrum præficeret. B. Chrysostomus sermone de cruce, ὁ σταυρὸς τὸν Πέτρον κορυφαῖον ἐποίησε, Crux Petrum cæterorum caput effecit, soli enim Petro Dominus dixit, sequere me, vt Christi crucem cum

principatu tolleret Dionysius de Diuinis nominib. cap. 3. καὶ πέτρος ἡ κορυφαία, καὶ πρεσβυτάτη τῶν θεολόγων ἀκρότης, petrus summum, antiquissimumque Theologorum fastigium. Maximus in vita B. Dionysij, ὁ πέτρος τὴν ὑψηλοτάτην ῥωμαίων βασιλεύουσαν ῥώμην καταλαβὼν, κἀκεῖσε κηρύξαι ἄνωθεν ἐπετράπη, ἵνα ὡς κορυφαῖος τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἐν τῇ τάξει τῆς ἀποστολῆς γεγονὼς πρῶτος ἐν ῥώμῃ γένηται ἐν τοῖς ἀγῶσι συμμέτοχος τῶν τοῦ χριστοῦ παθημάτων. καὶ γὰρ ἡ πόλις ὡς μεγάλοις συνεχομένη σφάλμασι μειζόνων ἔχρῃζε τρόποις διορθωθῆναι, ἵνα οὗ ἦν ἡ πλάνη βαρυτάτη, ἐκεῖ γένηται καὶ ἡ χάρις μεγάλη, petrus cùm venisset Romam gentium Dominam vrbium apicem, illis fidem prædicare à Deo iussus est, vt princeps Apostolorum primus in ordine muneris Apostolici, Romæ esset in certaminibus passionum Christi socius. Ea vrbs enim vt magnis occupata morbis, maioribus indigebat remediis, vt vbi erat error grauissimus, ibi esset maxima gratia; non temerè igitur, nec de nihilo est illa iussio Constantini magni auctoritate Christi nixa quam Gennadius inter constitutiones Canonicas in hæc verba refert. ἀποφαινόμεθα ἵνα ἡ ἱερωτάτη ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία τὴν ἀρχὴν ἔχῃ ὡς ἐπὶ τοῖς τέσσαρσι θρόνοις ἀλεξανδρείας, ἀντιοχείας, ἱερουσαλὴμ, κωνσταντινουπόλεως, οὕτω καὶ ἐν πάσαις ταῖς καθόλου κόσμου ἐκκλησίαις. Edicimus vt sacrosancta Ecclesia Romana principatum habeat in omnibus totius orbis Ecclesiis sicut & in quatuor sedibus, Alexandrina, Antioch. Hierosolymitana, Constantinop. Ideo Damascenus libro de transfiguratione Christi πέτρον ὡς πρόεδρον, καὶ πάσης ἐκκλησίας δεξάμενον τὰ πηδάλια, Petrum vt cæterorum antistitem, & præsidem, qui totius Ecclesiæ gubernacula susceperat, Petram à Domino appellatam ait. Quare & Synodis œcumenicis ac consiliis Patriarchæ alij sibi honori ducebant, si absentis Pontificis Romani vices, eius mandato agerent, & eius nomine præessent, vt indicat Euagrius lib. 1. Histor. c. 4. κυρίλλου τοῦ θεσπεσίου διέποντος καὶ τὸν κελεστίνου τόπον, τὴν ἐπισκοπὴν τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης πρυτανεύοντος. Ephesino consilio, cùm admirabilis & diuinus Cyrillus præesset, & locum teneret Celestini Episcopatum veteris Romæ administrantis. Ibidem aiunt Episcopi, κατεπειχθέντες ἀπό τε τῶν κανόνων, καὶ ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἁγιωτάτου πατρὸς ἡμῶν, καὶ συλλειτουργοῦ κελεστίνου τοῦ ἐπισκόπου τῆς ῥωμαίων ἐκκλησίας. Se coactos canonibus, tum Epistola sanctissimi Patris, & in sacro ministerio socij ac collegæ Celestini Romani Episcopi, Nestorium Episcopatu pellere lib. 2. c. 11. Dioscorus incusatur quod secunda Synodo Ephesina Leonis veteris Romæ Episcopi tomum orthodoxæ fidei regulam non admiserit. οἱ λέοντος τοῦ τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης ἐπισκόπου διακονούμενοι ταῖς ἀποκρίσεσι φάσκοντες διόσκορον ἀνὰ τὸ δεύτερον ἐν ἐφέσῳ συνέδριον, μὴ δέξασθαι τὸν λέοντος τόμον ὀρθοδοξίας ὅρον τυγχάνοντα. cap. 1 v. Dioscorus vna cum eiusdem erroris sociis μὴ δεξάμενος τὴν λέοντος ἐπιστολὴν ἐπισκόπου τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης. quod non admisisset Epistolam Leonis Episcopi veteris Romæ à Patribus condemnatus est, aliis venia data, οἳ καὶ διετέλεσαν μέχρι τοῦ παρόντος ἑπόμενοι, τῷ ἁγιωτάτῳ ἐπισκόπῳ λέοντι, καὶ πάσῃ τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ. qui in hunc vsque diem Leonem sanctissimum Episcopum, & œcumenicam Synodum audire ac sequi perseuerarunt. Subiungunt, ὅθεν ὁ ἁγιώτατος καὶ μακαριώτατος ἐπίσκοπος τῆς μεγάλης καὶ πρεσβυτέρας ῥώμης λέων, δι' ἡμῶν καὶ τῆς παρούσης συνόδου μετὰ τοῦ τρισμακαρίου καὶ πανευφήμου ἀποστόλου πέτρου, ὅς ἐστι πέτρα καὶ κρηπὶς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως θεμέλιον, ἐγύμνωσεν αὐτὸν τοῦ τε ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος. Quare sanctissimus, & Beatissimus Episcopus magnæ & veteris Romæ Leo per nos & præsentem Synodum vna cum ter Beatissimo, & bene nominato ac celeberrimo Petro qui est Petra & fundamentum Catholicæ Ecclesiæ, & basis orthodoxæ fidei, spoliauit Nestorium Episcopali dignitate, Socrates lib. 2. c. 8. Eusebium Antiochiæ Synodum habendam curasse ait, quæ nihili facta est, οὐδὲ ἰούλιος παρῆν ὁ τῆς μεγίστης ῥώμης ἐπίσκοπος, οὐδὲ μὴν εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ ἀπεστάλκει τινα, καίτοι κανόνος ἐκκλησιαστικοῦ κελεύοντος μὴ δεῖν παρὰ τὴν γνώμην τοῦ ἐπισκόπου ῥώμης τὰς ἐκκλησίας κανονίζειν. Sub Constantio Imperatore, quia neque Iulius maximæ Romæ Episcopus aderat, nec quenquam qui suas vices ageret, miserat, cùm tamen Canon Ecclesiasticus vetaret ne præter sententiam Romani Episcopi Ecclesiæ Canones & decreta facerent. lib. 2. c. 11. εὐσέβιος διεπρεσβεύετο πρὸς ἰούλιον τῆς ῥώμης ἐπίσκοπον αὐτὸν κριτὴν τῶν κατὰ ἀθανάσιον γενέσθαι παρακαλῶν, καὶ πρὸς αὐτὸν καλεῖν τὴν δίκην. Eusebius oratorem misit ad Iulium Romæ Episcopum, vt ipse iudex aduersus Athanasium esset hortans, & vt ad se causam vocaret, c. 15. Episcopi ab Arrianis pulsi ex Asia Romam veniunt, & Iulio Pontifici Romano res, rationésque suas indicant. ὁ δὲ ἅτε προνόμια τῆς ἐν ῥώμῃ ἐκκλησίας ἐχούσης, παῤῥησιαστικοῖς γράμμασι ὠχύρωσεν αὐτοὺς, καὶ ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν ἀποστέλλει, τὸν οἰκεῖον ἑκάστῳ τόπον ἀποδιδοὺς καὶ καθαπτόμενος τῶν προπετῶς καθελόντων αὐτούς. Ipse cum priuilegiis Romana Ecclesia emineret, per literas libertate & potestate plenissimas confirmauit eos, & ad orientem remittit, suo cuique loco restituto, & iis acerrime correptis, qui temere Episcopos sustulerant illi auctoritate Pontificis Romani suis redduntur Ecclesiis, c, 18. παρὰ κανόνα ποιοῦντας, διότι εἰς τὴν σύνοδον αὐτὸν οὐκ

ἐκάλεσαν

ἐκάλεσαν, τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ κανόνος κελεύοντος μὴ δεῖν παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου ῥώμης κανονίζειν τὰς ἐκκλησίας. Iulius Pontifex Romanus literis corripuit Asiaticos Episcopos, quod præter Canones facerent, qui se ad Synodum Antiochenam non vocarint, cùm Ecclesiastici Canones verent præter sententiam Romani Pontificis Eccles. decretum aliquod, & canonem sancire. cap. 37. Vrsacius & Valens iubentur apud Pontificem Romanum Nicæam Synodum admittere, & consubstantialem filium patri agnoscere. τῷ ὁμοουσίῳ συνθέμενοι διὰ τοῦ ἐπιδοθέντος βιβλίου τῷ ἐπισκόπῳ τῆς ῥώμης. Consentientes, & admittentes consubstantialem Patri filium per libellum quem Romano Pontifici dederunt. Eusebius libro 5. Histor. Euangel. c. 6. scribit sub Clemente Petri successore cùm fides Christi Corinthi collabasceret Romanam Ecclesiam misisse scripta opportuna & idonea Corinthiis, quibus eos inter se conciliaret, eorúmque fidem innouaret, & traditionem quam non ita pridem ab Apostolis acceperant. ἐπέστειλεν ἡ ἐν ῥώμῃ ἐκκλησία ἱκανωτάτην γραφὴν τοῖς κορινθίοις, εἰς εἰρήνην συμβιβάζουσα αὐτούς, καὶ ἀνανεοῦσα τὴν πίστιν αὐτῶν. c. 20. scribit Victorem quarto-decimanos in Asia piorum communione mouere voluisse, quod quartadecima Luna Pascha celebrarent. ὁ μὲν τῆς ῥωμαίων προεστὼς Βίκτωρ ἀθρόως τῆς ἀσίας πάσης ἅμα ταῖς ὁμόροις ἐκκλησίαις τὰς παροικίας ἀποτέμνειν, ὡς ἑτεροδοξούσας, τῆς κοινῆς ἑνώσεως πειρᾶται. Valente Imperatore Arriano, qui bene de pietate sentiebant Episcopi aiebant, δεῖν καταφεύγειν ἐπὶ λιβέριον τὸν ῥώμης ἐπίσκοπον, καὶ τὸν οὐαλεντινιανὸν αὐτοκράτορα, ἀσπάζεσθαί τε τὴν ἐκείνων πίστιν μᾶλλον ἢ κοινωνεῖν τοῖς περὶ τὸν εὐδόξιον. &c. ἐντειλάμενοι μὴ διαφερθῆναι περὶ λιβέριον περὶ πίστως, ἀλλὰ κοινωνῆσαι τῇ ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ. Oportere confugere ad Valentinianum Imper. & ad Liberium Rom. Episcopum, & amplecti magis eorum fidem, quàm communicare cum Eudoxio, cùm præcepissent iis quos miserant legatos ne discederent à fide Liberij, sed vt communicarent Rom. Ecclesiæ, ait Socrates lib. 4. cap. 12. eodem libro c. 37. Episcopi Catholici Alexandria, reliquisque sedibus à Valente pulsi, cùm se Romam recepissent, vbi Valens Antiochia egressus est, Damasi literis & auctoritate aduersus Imperatorem fulti in sedes suas redierunt. πέτρου τε ἐπανελθόντος ἀπὸ τῆς ῥώμης μετὰ γραμμάτων δαμάσου τοῦ ῥώμης ἐπισκόπου βεβαιοῦντων τὴν τοῦ ὁμουσίου πίστιν, καὶ τὴν τοῦ πέτρου κατάστασιν. Idem lib. 7. c. 36. Perigenes Patris Episcopus ordinatus erat, quem cùm non admitterent ciues, Pontifex Romanus iussit eum Corinthi Metropoleos Episcopum esse, cùm prior Episcopus mortem obiisset, cui Ecclesiæ toto vitæ tempore præfuit. ὁ τῆς ῥώμης ἐπίσκοπος ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐνθρονισθῆναι ἐν κορίνθῳ τῇ μητροπόλει, τοῦ ἐκεῖ ἐπισκόπου τελευτήσαντος, καὶ τῆς ἐκεῖ ἐκκλησίας διὰ βίου προέστη. Si quæ inter alios Episcopos controuersia de iure aut fide exorta esset, acquiescebant illi & stabant Romani Pontificis decreto c. 40. βασιλεὺς θεοδόσιος τοῖς παροῦσιν ἐπισκόποις ἐνθρονίσαι τὸν πρόκλον ἐπιτρέψει. τὸ γὰρ καὶ τοῦ ἐπισκόπου τῆς ῥωμαίων κελεστίνου ἐπιστολαὶ παροῦσαι ἐγένοντο σύμψηφοι, ἃς ἐκεῖνος ἀπεστάλκει διδάσκων ὅτι ἐξ ἑτέρας πόλεως ὀνομασθέντα, ἢ καὶ ὄντα ἐπίσκοπον εἰς ἄλλην μετατιθέναι. Imp. Theodosius Maximiano mortuo permisit Episcopis præsentibus, vt Proclum Episcopum instituerent: quod & Celestini Rom. Pontificis præsentes Epistolæ permittebant, quas ille scripserat docens nihil prohibere Episcopum ex altera sede, in alteram transferri. Apud Theodoretum lib. 1. Histor. c. 10. Patres Nicæni concilij in Synodica Epistola ad Alexandrinos scribunt id apud omnes in Oriente Prouincias de Paschate se perfecisse, vt eum Romanis consentirent, & eorum fidem sequerentur, ὥστε πάντας τοὺς τῆς ἑῴας ἀδελφοὺς τοὺς τοῦ (ita lege non τὸ) πρότερον μὴ συνάπτοντας σύμφωνα ῥωμαίοις καὶ ὑμῖν τὸ πάσχα ἄγειν. lib. 5. c. 9. Damasus cùm Apollinaris hæresin serpere longius cerneret, non solùm Apollinarem, verùm & Timotheum eius discipulum καθελὼν ἀπεκήρυξε, solio deturbauit, & cœtu piorum mouit, scripsitque ad Orientales Episcopos, ὅτι τῇ ἀποστολικῇ καθέδρᾳ τὴν ὀφειλομένην αἰδῶ ἡ ἀγάπη ἡμῶν ἀπονέμει, ἑαυτοῖς τὸ πλεῖστον παρέχετε, υἱοὶ τιμιώτατοι, Quod Apostolicæ cathedræ debitam reuerentiam vestra caritas tribuit, vobis ipsis plurimum præstatis filij carissimi. Sozomenus lib. 2. c. 8. Pontifex Romanus Iulius cognita causa Athanasij, & aliorum Episcoporum qui Romam confugerant, ἐπειδὰν πάντας ὁμονοοῦντας εὗρε περὶ τὸ δόγμα τῆς ἐν νικαίᾳ συνόδου, ὡς ὁμοδόξους αὐτοὺς εἰς κοινωνίαν προσήκατο. οἷα δὲ τῆς πάντων κηδεμονίας αὐτῷ προσηκούσης διὰ τὴν ἀξίαν τοῦ θρόνου ἑκάστῳ τὴν ἰδίαν ἐκκλησίαν ἀπέδωκε, καὶ τοῖς ἀνὰ τὴν ἕω ἐπισκόποις ἔγραψε μεμφόμενος, ὡς οὐκ ὀρθῶς βουλευσαμένοις περὶ τοὺς ἄνδρας. ὀλίγους δὲ ἐκ πάντων εἰς ῥητὴν ἡμέραν παρεῖναι ἐκέλευσε, διελέγξοντας δικαίως ἐπ' αὐτοῖς ἐξενεχθεῖσαν τὴν ψῆφον, ἢ τοῦ λοιποῦ οὐκ ἀνέξεσθαι ἠπείλησεν, εἰ μὴ παύσαιντο νεωτερίζοντες. Vbi omnes vna mente complecti ea quæ in Nicæa Synodo decreta erant animaduertit, vt eiusdem secum fidei in communionem eos admisit, & vnicuique suam sedem restituit, quod ad eum propter Apostolicæ Cathedræ maiestatem omnium Ecclesiarum cura pertineret, tum ad orientis Episcopos scripsit, questus quod durius orthodoxos Episcopos accepissent, mandauitque vt pauci ex omnibus stato die Romæ

essent, vt agnoscerent se super iis iustam tulisse sententiam, aut in posterum non impune relicturum interminatus est, nisi ab istis innouationibus abstinerent: rescripserunt illi non sine stomacho & virulentia, & per litteras confessi sunt Ecclesiam Romanam omnibus honori & reuerentiæ esse, quæ fuerit schola & locus exercendis Epistolis, & Metropolis ab initio pietatis, quanquam ipsi fidei primi Præcones ex oriente Romam profecti sunt. Ibidem ait εἶναι νόμον ἱερατικὸν ὡς ἄκυρα ἀποφαίνειν τὰ παρὰ γνώμην πραττόμενα τοῦ ῥωμαίων ἐπισκόπου, legem esse sacerdotalem, vt ad Synodos Romanus Pontifex vocetur, adeo vt irrita sint quæ fiunt præter sententiam Rom. Episcopi. Hæc opinor apud veteres Ecclesiæ patres obuia, & tibi Doctissimo, ac πολυμαθεστάτῳ non ignota, abunde sunt, vnde agnoscas Romanam sedem non modo inter Patriarchales primam habitam, verum & Ecclesiarum omnium arbitram, ac moderatricem fuisse. Pergis porro, & æstu styli longius proueheris, aisque: Et Romanus Pontifex postquam potestatem suam in rebus Spiritualibus ad vltimum fastigium perduxerat, pertæsus fortunæ suæ, quasi nihil dum egisset, ad temporalem dominationem animi mentem conuertit.

Verba sunt atrocia, non ferenda, præter æquum, præter verum ab homine in quo sit aliquis fidei ac religionis, ne dicam humanitatis, sensus aliena. Itáne vero Pontifices Rumanos ais potestatem suam in rebus spiritualibus ad vltimum fastigium adduxisse, quam illis Christus Dominus plenam, absolutam, in altissimo fastigio positam attribuit? quæ maior, aut sublimior potestas esse potest, quàm ea quæ Petro à Christo Domino tribuitur dicente, tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris in terra, erit ligatum & in cælis, quodcunque solueris in terra, erit solutum & in cælis. Quæ sublimior, aut dignior potestas, quàm vt Romani Pontifices claues cæli teneant, claudere, aperire merentibus cælum, absoluere, damnare, vincire, soluere possint, & non modo potestatem hominum, sed Dæmonum contemnere ac frangere valeant. Testes eximiæ illius potestatis Ananias & Sapphira, qui cum apud Petrum Christi vicarium, Ecclesiæ caput mentiri de rebus suis ausi essent, mortui derepente ex piorum cœtu elati sunt. Testis Simon ille magus, qui cum per aërem igneo curru auriga Dæmone veheretur, ad Petri imperantis iussum de curru deturbatus, & ad humum allisus est, vt Arnobius, Optatus Mileuit. & Eusebius produnt non est potestas nisi à Deo, quæ à Deo sunt, ordinata sunt, qui resistit potestati, resistit ordinationi Dei. Si ad rerum ciuilium administrationem, ad corporum gubernationem ordinaria & legitima potestas necessaria est, si Duces, Reges, Imperatores, in rebus publicis & imperiis publicæ saluti procurandæ instituendi sunt, cur in animis regendis & eorum salute procuranda, quæ longe corporum salute dignior est, non erit vnus aliquis in quo summa potestas reperiatur, qui summo iure præsit, qui omnibus consulat, omnibus medeatur & vt in corpore ægro ad totius corporis salutem noxia & tabida membra, quæ reliquis labem minantur, resecet, aut exurat: vre, seca, verbera, inquiebat ille, & per vnius exitium omnibus medere. Non igitur Pontifex Romanus subdolis artibus, & velut occultis cuniculis sibi iter ad fastigium illud aperuit, sed à Deo Opt Max. amplissimam potestatem accepit, & ad summum Spiritalis imperij fastigium euectus est. In Ecclesia Iudæa quam vmbram, ac typum Ecclesiæ Christianæ fuisse fateris, vnus Pontifex fuit, in quem spiritalium ad diuinarum rerum cura incumberet, vna ciuitas vbi sacerdotij caput esset, & hodie vnum in Ecclesia Christiana caput esse, in quo velut in cardine tota res Ecclesiastica versetur, à quo salus omnium secundum Deum, Dei ipsius mandato pendeat, qui de rebus sacris dictata det, esse dnrius feres? Fuit iam inde ab ipsis Ecclesiæ cunabulis, & erit quandiu Ecclesia firmis, & æternis radicibus incolumis ad supremum vsque orbis senescentis exitium stabit, fuit qui vice Christi Ecclesiæ summo iure ipsius Christi voluntate præesset, cuius administratio reliquorum Principum administratione tanto dignior est, quanto animi salus, & dignitas, corporis dignitate & salute sublimior. ei iam olim imperatores & reges potentissimi capita submisere sponte, ex officio, pietatis ac religionis respectu ad genua prouoluti, & eum opibus amplissimis auxere, agros, vrbes, Prouincias ad maiestatem eius tuendam addidere, imperium in eo maius agnouere, & vt Christi vicario se, suaque omnia illi vltro addixere. Age vero, Casaubone, regna omnia Christiana cogitatione percurrito, per omnes Europæ Prouincias illos oculos emissitios explicato, intendito, eorum nomina citato, in quorum corpora & fortunas impotens Pontificis Romani dominatus immodice grassatur. Non Itali, opinor queruntur, quorum alij qui terrena & ciuili eius ditione tenentur, qui priuato imperio parent, qui vectigalia & tributa vt Domino, vt Principi ciuili pendunt, tanta rerum omninm moderatione, tanta humanitate, æquitate, indulgentia reguntur, vt cum nullo genere hominum in Italia melius agatur, quam

tur, quam cum iis qui Pontifici Romano subditi sunt & vectigales. In iis ciuitatibus non arma, non latrocinia, non immania onera, non vis, aut sæuitia dominatur, sua legibus vis, suus magistratibus honor est, omnes æquo iure vtuntur, plebecula non opprimitur, pauperes non onerantur, diuites non exuuntur, nobiles per iniuriam exilio non mulctantur, quisque auitis bonis, aut labore partis, sine periculo, sine inuidia fruitur, omnes in alta pace, & solidis animi ac corporis bonis acquiescant: alij sunt in Italia Duces, & Reges, aliæ Respublicæ, ciuitates & liberæ & splendidæ, omnes Rom. Pontificis studium in alenda pace probant, nemo de iniuria conqueritur. Numquid à Romano Pontifice regnum Siculum, aut Neapolitanum in quæ ius ei est non imaginarium, sed legitimum armis sollicitatur, an Veneti prouinciis suis, an Genuenses, Pontificis artibus spoliantur, an de imperio cum Serenissimo Hetruriæ duce aut aliis principibus ferro contenditur, an Lucensis Respublica, an ditio Mediolanensis, an Pedemontana prouincia tentatur, & Romanis opibus infestatur. Germani, opinor, Flandri, Galli, Hispani, in otio degunt, nec illorum otium à Pontifice Romano euertitur. Imò si quæ discidia, si quæ bella in Europa oriuntur, quis ad incendium exstinguendum promptius aduolat, quam Pontifex Romanus, quis auctoritatem suam interponit, vt ab armis discedatur, quis de odiis sopiendis, animis conciliandis, pace ineunda magis anxius, magis est sollicitus, quis legatos Cardinales cum amplissima auctoritate, ad motus componendos, ad fœdera sancienda, diligentius mittit. Vnum habes quod obiicias, illum eos qui à fide Christi defecerunt, qui errorum flammas in Europa hodieque ventitant, qui hæreseon incendia disseminant grauius insectari. Fugit te ratio, Casaubone, id vnum studiose agit, vt eos ab errore leniter abducere, ad veræ fidei cultum adducere, ad salutis curam & cogitationem humanitate, consilio, literis amantissimis reuocare conetur: Doctorum hominum scriptis eos ad officium trahit, fidei lumen accendet, nebulas erroris discutit, quasi filios animi ægros vt resipiscant monet, remedia suauissima adhibet, nihil intentatum relinquat quo à salute & veritate fugitiuos & extorres bene merendo retrahat. Sed, inquies, Angliæ regem diris deuouit, regnum eius in prædam reliquis regibus dedit, Gallos, Hispanos, Flandros ad Britanniæ magnæ exitium incendit, armauit.

Asperitas illa summa est, acerbitas inusitata, quam in ouem gregis sui benignissimus Pastor pro imperio distrinxisse negat, aut si aliqua seueritate vsus est, eam delicto imparem, & pro re tenuem esse ait, bono fini, vt Rex ille Potentissimus resipiscat, in se descendat, & Ecclesiæ iudicium, ac imperium maius agnoscat. Vt enim non ea mens fuit Diuo Paulo cum Corinthium illum incestum Satanæ tradidit, vt eum exitio perderet, sed vt ei sensum peccati sui, ac pœnitentiam iniiceret, ita non est ea mens Apostolico Patri cum Angliæ regem diris deuotionibus defigit, vt eum ad interitum animæ vocet, sed vt hac quasi medicina languentem, ac propè depositum exsuscitet, ac in integrum restituat. Magno velit emptum Romanus Pontifex, vt Rex ille potentissimus, potentiam suam ad pietatem qua Reges Angliæ olim nobiles fuêre conuertat, & conscientiæ stimulis vrgentibus animæ labem idonea pœnitentia delere, & medicinam ab eo, qui facere vult, & potest, accipere studeat. Sed si destinata mente in contumacia perseuerat, quid mirum si Pastoris seueritas in eum nihil remittit.

Quæro de te, Casaubone, si pater aliquis familias, rerum suarum arbiter ac legitimus dominus, vltrò tibi agros aliquot suos, officiis ac beneficiis deuinctus, vectigales fecisset, multos annos eius donationis validæ & immotæ fructum cepisses, nullo interpellante, nullo reditus annuos interuertente, & nouus aliquis homuncio terræ filius, aut si fortè, vir aliquis princeps, supercilio tumens derepentè emergeret, qui te vi & armis de longi temporis possessione deiiceret, in contumelias prorumperet, rebus & verbis iniuriosus esset, an benignè factum diceres, an armis, an iudiciis ius tuum persequi velles. Agnoscis, opinor, quid velim. Erat Anglia veterum Regum voluntate, ac iudicio Pontificibus Romanis vectigalis, siue mera Regum liberalitate, & pietate id factum dicas, siue aliæ causæ donationis huius ignotæ nobis, veteres illæ quidem intercesserint. Vnus aliquis maiorum nostrorum memoria repertus est, qui à parentum suorum iudicio & auctoritate deficeret, donationem tot sæculis firmam irritam haberet, probris Pontificem oneraret, imò in eius iniuriam Catholicam fidem eiuraret, oppugnaret, ditione sua extorrem pelleret, rebus & verbis in Pontificem iniurius esset, quid homini sano, pio, & Christianæ fidei Principi in hac causa faciendum fuisse putes. Pontifex tamen Optimus, Maximus armis ius suum persequi non aggressus est, non Italiam, non Galliam, non Germaniam ad vindicias petendas incendit, hominem de errore deducere, ad mentem reuocare, scriptis, auctoritate, consilio flectere, vincere, sui compotem facere conatus est: vt vidit eum obduruisse, in partes obiisse, in contumacia perseuerate, à fide

Catholica penitus profugiſſe, imò ſubditis ſuis ab eadem defectionem imperaſſe, per vim & tormenta pietatem exegiſſe, eandem ſcriptis oppugnare, fidei caput appetere, demum totius Europæ commotus iudicio, ſeueritate in furentem vti, membrum rabidum & emortuum reſcindere, ne longiùs labes ſerperet coactus eſt. Hodie tamen, vt ſemper antea, Pontifex Max. eo animo eſt, vt ſi contumax ac refractarius ille Rex reſipiſcere hæreſin eiurare, ſubditos ſuos ad officium compellere velit: ambabus, quod dicitur, vlnis eum amplecti redeunti ad meliorem mentem obuiam ire, & vt pater ille pius prodigum filium epulo & viſceratione, peccati veniam petentem, excipere velit; ille verò contra ſtimulum calces inquieto & pertinaci ſtudio iacit, omnium animos aduerſus optimum parentem inflammat, inuidiam apud omnes creare, odia commouere conatur. Sed qua XVI. tuis Exercitationibus, non modò tota Epiſtola B. Petri, & ſucceſſorum eius principatum eleuas, aut verius laceras, in id argumentum pauca ſubiiciam.

DE B. PETRI AC SVCCESSORVM EIVS AVCTORITATE,

DIATRIBE IV.

D. Clemens in Epitome ad Iacobum, aut quiſquis auctor illius libelli eſt, de B. Petro hæc habet: *οὗτός ἐστιν ὁ Πέτρος ὃν μέγιστον ἔφη τῇ θεοῦ σοφίᾳ ἐπηγγελλόμην σοι Κλήμη*, hic eſt ille Petrus, quem maximum in Dei ſapientia tibi eſſe oſtendi, Clemens ait Barnabas, *ἀνὴρ οὗ πάντες οἱ τὸ νῦν ζῶντες ἄνθρωποι, τῷ τῆς γνώσεως, καὶ εὐσεβείας λόγῳ ἥττους εἰσί*. Vir quo omnes homines qui hodie viuunt in Dei cognitione ſunt inferiores. At hanc ille diſciplinam pietatis, haud vtique ſtudio vel ingenio quæſierat, ſed quia gregi Chriſti præfectus, ſcientia tanto muneri par homini piſcatori ſupra cæteros attributa erat. Illud præclarum eſt Synodo Carthaginenſi Epiſt. ad Ianuarium, *ἑνὸς ὄντος τοῦ βαπτίσματος, καὶ ἑνὸς τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ μιᾶς ἐκκλησίας ὑπὸ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐπάνω τοῦ Πέτρου ἀποστόλου ἀρχῆθεν λόγῳ τῆς ἑνότητος τεθεμελιωμένης*. Cùm ſit vnum Baptiſma, vnus Spiritus ſanctus, vna Eccleſia à Chriſto Domino noſtro ſupra Petrum Apoſtolum ab initio verbo vnitatis fundata. D. Epiphan. in Anchorato p. 473. *ὁ κορυφαιότατος τῶν ἀποστόλων, ὁ καταξιωθεὶς μακαρισθῆναι ὑπὸ κυρίου ὅτι ὁ πατὴρ αὐτῷ ἐκάλυψε ἃ δεῖ γνῶναι*. Petrus Apoſtolorum princeps, quem Dominus Beatum dicere dignatus eſt, quia Pater ei reuelauit quæ noſſe oportuit. *τὸν πρῶτον τῶν ἀποστόλων τὴν πέτραν τὴν στερεὰν ἐφ' ἣν ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ ᾠκοδόμηται. κατὰ πάντα γὰρ τρόπον ἐν αὐτῷ ἐστερεώθη ἡ πίστις, ἐν τῷ λαβεῖν τὴν κλεῖν τῶν οὐρανῶν*, &c. Petrum Apoſtolorum primum, Petram firmam & ſolidam, ſupra quam Eccleſia Dei ædificata eſt: omni enim modo fides in eo firmata eſt, ſiue vt clauem cæli à Deo accepit, ſiue vt in terra ſoluit, & in cælo ligat. D. Auguſtinus de Petri pœnitentia loquens ſerm. 124. de tempore; totius, ait, corporis morbum in ipſo capite curat Eccleſiæ in ipſo vertice componit membrorum ſanitatem. Addam aliquid è Poëta antiquo & pio, Aratore in c. 1. Actor.

——— Cui tradidit agnus
Quas paſſus ſaluauit oues, totúmque per orbem
Hoc auget paſtore gregem, quo munere ſummus
Surgit. ———

Romanam autem ſedem, Petri Cathedram eſſe Optatus Mileuitanus indicat lib. 2. Inferi portas ſuas habere noſcuntur. Contra quas portas claues ſalutares accepiſſe legimus Petrum, principem, ſcilicet noſtrum. Vnde eſt ergo quod claues regni vobis vſurpare contenditis, qui contra Cathedram Petri veſtris præſumptionibus & audaciis ſacrilegio militatis. Orientis Epiſcopi Romanæ Eccleſiæ decretis iam olim ſtetere, Romani Pontificis in ſuis controuerſiis iudicio acquieuere, quod D. Baſilius in Epiſt. ad Athanaſium, his verbis ſignificat, *ἐφάνη δὲ ἡμῖν ἀκόλουθον ἐπιστεῖλαι τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης ἐπισκέψασθαι τὰ ἐνθαῦτα, καὶ δοῦναι γνώμην ἵνα ἐπειδὴ ἀπὸ κοινοῦ συνοδικοῦ δόγματος ἀποσταλῆναί τινας δύσκολον, τῷ ἐκεῖθεν αὐτὸν αὐθεντῆσαι περὶ τὸ πρᾶγμα, ἐκλεξάμενον ἄνδρας ἱκανοὺς τοὺς ἐνδιαστρόφους τῶν παρ' ἡμῖν νουθετῆσαι*: Viſum nobis eſt conſentaneum ſcribere ad Epiſcopum Romæ, vt iis quæ hic apud nos ſunt proſpiciat, ea exploret, ſtatuátque, vt quoniam non facile ex conſilij vniuerſi decreto mitti ad nos aliqui poſſint, ex iis Epiſcopis, qui ad occaſum Eccleſiæ præſunt, ipſe auctoritatem ſuam interponat, & pro poteſtate eligat viros idoneos cum imperio qui dirigere poſſint eos, quorum ingenia flexuoſa, & diſtorta turbas apud nos cient. Neque ſanè Pontifex Rom. vt vniuerſæ Eccleſiæ curator, hanc Baſilij petitionem pro nihilo duxit, ſed duos Epiſcopos miſit Luciferum & Euſebium, qui tumul-

tus

tus Ecclesiæ Cæsareensis in Cappadocia sedarent. ἱερατεῦσαι τ̃ ἐκκλησίας καισαρείας καππαδοκίας, ait B. Greg. Nazianzenus in Basilij epitaphio Illa clarissima sunt, quæ Gennadius affert è Cyrilli Thesauro in hæc verba. δεῖ ἡμᾶς ὡς μέλη ἐμμένειν τῇ κεφαλῇ ἡμῶν τῷ τ̃ ῥώμης ἀρχιερεῖ καὶ τῷ ἀποστολικῷ θρόνῳ ἀφ' οὗ ἡμέτερόν ἐστι ζητῆσαι τί πιστεύειν, καὶ τί δοξάζειν μέλλομεν καὶ κρατεῖν. Decet nos, vt mēbra cum capite coniungi Romano Pontifice, & Apostolico throno, à quo nostrum est quærere quid credere, quid sentire, quid tenere debeamus. Si cum B. Cyrillo, si cum veteri & primigenia Ecclesia sentires, Casaubone, ab auctoritate & fide Romani Pontificis te detrahi non patereris, ab eo quid credere, quid sentire, quid tenere debeas vltrò quæreres, nec in maledicta & mendacia tam impudenter erumperes: hæc enim verba tua sunt, vbi semel Romanus Pontifex terrenæ dominationi inhiare cœpit, nunquam ex eo prius conquieuit, quàm in illud culmen sublime terrenæ potentiæ vidit se euectum, vnde postea Imperatores, Reges & Principes longè infra se positos superbè despicere, & quoties luberet, aut rebus ipsius expediret pedibus posset conculcare. Magnam mihi Romani Pontificis terrenam dominationem prædicas, ingens & arduum terrenæ potentiæ culmen, quod in hac rerum caligine inter nebulas tuas, & fucos, vt planè videam, non satis sum oculatus. An terrena dominatione Pontifex Rom. Christianissimum Galliarum Regem, aut Hispaniarum superat, aut æquat. An sublime illud terrenæ potentiæ culmen infra se Turcorum opes & imperium habet. Video paucos in Italia, & tenues agros, municipia in frequentia, ciuitates non peramplas Romani Pontificis ditione teneri exigui sunt reditus, nullæ militares copiæ, nullæ, aut modicæ classes, ex quibus terrenæ potentiæ culmen non adeò inuidiosum agnoscas, non adeò elatum, vt Reges, Principes, Imperatores infra se positos superbè despicere possit, aut pedibus calcare. Sed quod illi terrenæ potentiæ culmen negat, id spiritualis ac planè diuinæ potentiæ fastigium attribuit, vt in arce Ecclesiæ positus, Christi vicarius, cæli clauiger, Petri auctoritate fultus, infra sanctitatem suam regna, imperia, principatus habeat. Accidunt Reges ad genua eius pietate ac reuerentia, non terrenæ potentiæ metu ducti, pedes vltrò exosculantur, & eum qui loco Dei ad Ecclesiæ gubernacula sedet, ambiunt, honorant, obseruant. Theodosius iunior filiolos suos magni illius Chrysostomi genua contingere in beneficij loco ponebat, manibus eius caput ipse suum subijcere, honori ducebat. Theodosius maior Ambrosij iussis audiebat, ecclesiæ aditu exclusus ad lacrymas confugiebat, in cinere & cilicio ex præscripto Episcopi iacebat, & intolerabile videbitur Federicum illum Ahenobarbum Italiæ pestem, post tot hominum cædes tot vrbium excidia, tot oppidorum incendia, conscientiæ facibus ardentem ad genua Pontificis Rom. quem ferro & flamma persecutus erat, procubuisse. Germaniæ imperatores humana diuinàque miscere soliti, quo iure in Italia grassari, & Pontifices solio pellere, destituere, alios arbitratu suo instituere, restituere moliebantur. Ipsi nuperi, qui Galliæ Regibus, à quibus orta erat, imperij maiestatem eripuerant, quibus, malum, intemperiis agebantur, vt sacra prophanis miscere, de fidei capitibus statuere, vetera Ecclesiæ decreta delere, noua procudere auderent. Non suis Romani Pontifices armis, sed Galliæ Regum auxilio, reliquorúmque Europæ Principum ope ac subsidio Imperatores infra se positos habuere, quos sacræ auctoritatis gladio infra mortuos omnes amandare, non modò infra se habere potuerant, nisi Patria pietate, & pacis studio prohiberentur. Sed quia terrena tua illa potentia frustrà in inuidiam vocatur, ad celestem illam, & sacram potentiam à Christo Pontificibus attributam redeamus. Theodorus Studites musæi Constantinop. antistes, ius suum Romano Pontifici tribuit apud Gennadium, ἄκρα ἀποστολικὴ κάρα, θεοπρόβλητε ποιμὴν τ̃ Χριστοῦ προβάτων, κλειδοῦχε τ̃ οὐρανίας βασιλείας, πέτρα τ̃ πίστεως, ἐφ' ᾧ ᾠκοδόμηται ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, Audi Apostolicum caput (Paschalem Papam alloquitur) qui à Deo pastor ouibus Christi præpositus es, clauiger regni cœlestis, Petra fidei, super quo Catholica Ecclesia ædificata est. Illa quamuis sunt quæ tertia Synodo habentur, cum à Romano Pontifice literæ allatæ essent, Arcadius Episcopus dixit, ἵνα γνῶτε ὁποίαν ἔχει φροντίδα πασῶν τ̃ ἐκκλησιῶν ὁ τ̃ ἀποστολικῆς καθέδρας ἐπίσκοπος κελεστῖνος: Vt noritis, quantam habeat de omnibus Ecclesiis sollicitudinem Celestinus Apostolicæ Cathedræ Episcopus. Cyrillus dixit, τὰ γράμματα μετὰ τ̃ προσφόρου τιμῆς ἀναγνωσκέσθωσαν. τοῦτ' ἔδειξαν οἱ πατέρες ἐν τῷ ἀνακαλύψαι τὰς ἑαυτῶν κεφαλάς, καὶ μετ' αἰδοῦς ἀκροάσασθαι τ̃ λεγομένων, legant literas Romani Pontificis reuerentia qua par est: quod re ipsa significatum est à Patribus, qui statim capita sua reuerenter aperuerunt, & lectioni literarum audientiam religiosè fecerunt. In quarta Synodo hæc leguntur ἵνα ὁ μακαριώτατος ἐπίσκοπος τ̃ ῥωμαίων πόλεως οὗ τ̃ ἱερωσύνην κατὰ πάντων ἡ ἀρχαιότης παρέχει, χώραν καὶ εὐπορίαν ἔχῃ, περὶ πίστεως, καὶ ἱερέων ἀνακρίνειν. vt Beatissimus Episcopus Romæ, cuius sacerdotium antiquitas supra omnes esse prodit locum, & facultatem habeat iudicandi de fide & sacerdotibus. Melius è Latino verteretur, ὑπὲρ πάντων. Iustinianum audi Epist. ad Constantinop. Patriarcham, διὰ παντὸς φυλάσσοντες τ̃ κατάστασιν τ̃

ἑνώσεως

ἑνώσεως τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν τῆς πρὸς τὸν ἁγιώτατον πάπαν τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης, καὶ πατριάρχην. οὐδὲ γὰρ ἀνεχόμεθά τι τῶν εἰς ἐκκλησιαστικὴν ὁρώντων κατάστασιν, μὴ καὶ τῇ αὐτοῦ ἀναφέροντες μακαριότητι ὡς κεφαλῇ οὔσῃ πάντων τῶν ὁσιωτάτων τοῦ θεοῦ ἱερέων, ἐπειδὴ ὁσάκις ἐν τούτοις μέρεσιν αἱρετικοὶ ἀνεφύησαν τῇ γνώμῃ καὶ κρίσει ἐκείνου τοῦ σεβασμίου θρόνου κατηργήθησαν. Perpetuò id agentes, vt pacem & coniunctionem Ecclesiasticam cum Romano Pontifice integram conseruemus. Nec enim volumus quicquam eorum, quæ ad Ecclesiæ statum pertinent, eo inconsulto decerni, cùm ipse sit caput omnium Dei sacerdotum, quoniam hoc semper seruatum est, si quando ad ortum hæreses exortæ sunt, vt non nisi ex eius sententia profligarentur: illa nimirum eius rei causa fuit, quod Christi pollicitatio Petro facta labefactari nequeat. Neque enim Deus mendax est, qui fidei constantiam ac perpetuitatem Petro pollicitus est hoc vidit Anastasius sancti Maximi discipulus, τῆς πίστεως συμφώνως ἐκ πάντων διωκομένης, εἰ μὴ κἂν τῇ πρεσβυτέρᾳ ῥώμῃ καταλιμπάνων ἡμῖν ὁ θεὸς σπέρμα τῆς ἀληθείας τῆς ἀψευδῆ πρὸς τὸν κορυφαῖον ἐπαγγελίαν αὐτοῦ συγκυρούμενος, cùm fides ab omnibus vno ore explauderetur nisi Deus veritatis semen nobis integrum in vetere Roma seruasset, id ratum & firmum faciens quod Apostolorum principi pollicitus erat, Oraui pro te, Petre, ne deficeret fides tua. Synodo quam Dioscorus Alexandrinus Episcopus Ephesi habuit aduersus Flauianum Episcopum Constantinop. hæc leguntur, ὁ ἁγιώτατος πάπας ῥώμης λέων ὁ θεῖος ἐκεῖνος μόνος αὐτὴν ἀνέτρεψε, καὶ ἀναθέματι κατέβαλε, καὶ ἐπιστολὴν γράψας πρὸς τὴν ἐν χαλκηδόνι σύνοδον ἔπεμψεν, ἣν δεξαμένη σύνοδος στήλην ὀρθοδοξίας αὐτὴν ὠνόμασε, καὶ οἱ ἐπίσκοποι ἐξεβόησαν, ὡς ὁ λέων πιστεύει, οὕτω πιστεύομεν. Sanctissimus Leo Papa Romæ, diuinus ille, solus eam hæresim euertit, & anathemati subiecit, & scriptam Epistolam ad Synodum Chalcedonensem misit, quam acceptam Synodus columnam rectæ fidei vocauit, & Episcopi acclamarunt, ita credimus vt Leo credit. Agnoscis, Casaubone, decreta Concilij facta in verba vnius Romani Pontificis. Quàm fuerit antiquum illud osculum pedum quod Pontificibus Romanis præstitum est indicat auctor quisquis ille est, qui Dionysij vitam scripsit, καὶ εὑρὼν ὁ διονύσιος τὸν μακαριώτατον κλήμεντα τῆς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἔχοντα ἐξουσίαν μετὰ τῆς καθηκούσης τιμῆς εὐθέως ὡς εἰόν τε ἦν ἀπεδέξατο, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ ὅτε ὁ μακαριώτατος: ἀνὴρ διονύσιος τοῦ μακαρίου κλήμεντος τοῖς ἴχνεσι προσήγγισε, καὶ τῇ ἀποστολικῇ ἁγιωσύνῃ ἑαυτὸν ἐμπαρέθετο. Et cùm inuenisset Dionysius Beatissimum Clementem, qui præerat Apostolicæ Ecclesiæ, cum honore debito statim quàm potuit deuotissimè excepit, & illo ipso tempore, quo Beatissimus Dionysius beati Clementis vestigiis appropinquauit, & se ipsum ad Apostolicam sanctitatem propius admouit. In actis S. Susannæ virginis & martyris Præpedigna baptismo initiari postulans Caij Romani Pontificis pedes osculata est, anno 294. Fridericus primus Imperator cùm Alexandro Pontifici collum calcandum summitteret, insultanti, vt quidam scri: sere, non tibi, sed Petro respondit, hoc vtique significans, in Romano Pontifice Petri se auctoritatem agnoscere, cui Reges ac Principes religionis ac pietatis aspectu se subiicere, omniaque pietatis officia præstare debeant. Hic exclamas, Casaubone, has pœnas longè grauissimas Ecclesiarum in Europa Principes populique dederunt, non diligenter vindicatæ veritatis aduersus Satanæ molitiones. Imò has pœnas leuissimas Fridericus primus oppugnatæ Satanæ artibus ac molitionibus veritatis dedit, vt qui exitiali ambitu ductus Romanos Pontifices solio excegerat, & indignissimè habuerat, Italiam incendiis & vastitate fœdarat, demum scelerum sibi conscius, ac in parte pœnitens, tum verò veritatis ac officij memor ad pedes Alexandri Pontificis accideret, & ei collum iustè Dei iudicio prosubigendum daret. Quanquam id & multi negant ab Alexandro vnquam factum, & verò quæ moderatio eius fuit, factum non videtur. Non tamen id prohibet, quominus verè & piè dixerit B. Hieronymus Epistola ad Damasum; ego beatitudini tuæ, id est, Cathedræ Petri communione consocior: super hanc Petram ædificatam Ecclesiam scio. Quicunque extra hanc domum agnum comederit prophanus est. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio. Vide quæ tibi, Casaubone, & Regi tuo potentissimo Iacobo spes affulgeat salutis, egressis sponte arca Noe regnante diluuio. Iterum indignaris, & inuidiosè exclamas, Ecclesiæ iuta omnia, cum ipsis Imperatorum ac Regum coronis, vnius Monarchæ tiaræ sunt subiecta, incogitanti tibi vt olim Caiaphæ, ita sacerdotum consessu, verissimum verbum excidit, Ecclesiæ iura omnia cum ipsis Imperatorum ac Regum coronis vnius Christi vicarij, Petri successoris cidari subiecta esse, vt ab eo fidei dictata vltrò accipiant, spiritalem Dominum agnoscant, cui Christus pascendas oues suas, & aperiendum cælum, ac claudendum auctoritate præcipua dedit. Audi Prosperum,

Sedes Roma Petri quæ pastoralis honoris
Facta caput mundo, quicquid non possidet armis
Relligione tenet. ——

Venite

Venite fratres si vultis vt inseramini in vite, dolor est cùm vos videamus præcisos ita iacere, ait B. Augustinus in epist. contra partem Donati. Numerate Sacerdotes vel ab ipsa Petri sede, in ordine illo Patrum quis cui successerit videte. Ipsa est petra, quam non vincunt superbæ inferorum portæ. Monarcham appellas Romanum Pontificem, & verè appellas: vnicum enim est in vno Ecclesiæ corpore caput, vnus Christi Vicarius, quod, vt verè te dixisse agnoscas, sic habeto.

ROMANVM PONTIFICEM ECCLESIÆ VISIBILIS VISIBILEM ESSE PRINCIPEM.

DIATRIBE V.

DE singularis, ac Monarchici imperij dignitate illustrissimus, & doctissimus Cardin. Bellarminus tam copiosè, cumulatéque scripsit, vt aliis scribendi ansam præciderit. Ne tamen in hoc argumento nihil dixisse videar, paucis hoc assero, antiquissimũ, & cum hominibus ipsis natum illud gubernationis genus esse, quod in vnius sensu ac moderatione positum est. Imò priusquam hoc vniuersum existeret, vnus parens, vnus rector ac moderator, vnus eorum, quæ futura erant ante omnia sæcula gubernator Deus O. M. fuit, à quo genus illius singularis, ac vnicæ administrationis singulariter profectum, & non hominibus modò commendatum, sed brutis etiam insitum animantibus experimur. Suum apes, suum aues regem, suum in aquis ingentia cete, suum quadrupedes agnoscunt: ex hominibus verò quicumque vel sapientia, vel moderatione, & disciplina, vel armorum vsu viguere singulare illud imperij genus, quam monarchiam vocant cæteris antiquius habuerũt. Cui rei testimonio sunt Babylonij, Assyrij, Medi, Persæ, Ægyptij, Græci, Hebræi, quo tempore maximè floruerũt, illa caput rerum inclyta Roma, quæ tum demum imperio spoliata est, cùm ad duos principes rerum summa deuenit. Iustinus lib. 1. histor. principio rerum, gentium, nationumque imperium penes reges erat: in cæteris animalibus hæc imago imperij hominum pauci libertatem magna pars iustos Dominos volunt, vnum imperij corpus vnius animo regendum est. Pacis interest, ait Tacitus, omnem potestatem ad vnum referri. Videmus discordantis sæpè patriæ non aliud remedium, quàm si ab vno regeretur, cùm Clodius à Milone cæsus Senatus censuit, vt solus Pompeius Consul esset, Rex vnus apibus, dux vnus gregibus, grues vnum ordine literato sequuntur, quando vnquam regni societas, aut cum fide cepit, aut sine cruore desiit, Roma vt condita est duos fratres simul reges ferre non potuit, & parricidio dedicatur, in Rebeccæ vtero Esaü & Iacob bella gesserunt. In naui vnus gubernator, in domo vnus dominus, in quouis grandi exercitu vnius signum expectatur, ait Sanctus Hieronymus epist. ad Rusticum c. 6. Cùm Crœsus in Lydia regnaret, & fratrem suum ad regni consortium vocaret, vnus aliquis è Lydis vir Princeps Crœsum adijt, dixitq́; nihil in terra pulchrum est sine sole, qui se repentè deficiat omnia videas emori, & deficere quæ priùs viguerant. Quod si quis duos soles in orbem inducat, periculum sit, vt nimio ardore omnia conflagrent. Ita & Lydi Regem vnum ferre possunt, duos non possunt. Homerus omnis eruditionis antistes, à Deo reges singulare illud imperium accipere ostendit.

> οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω,
> εἷς βασιλεὺς, ᾧ ἔδωκε κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω
> σκῆπτρον, ἠδὲ θέμιστας.

Non bene succedit multitudo regum in vno regno, rex vnus esto, cui dedit Saturni versuti filius sceptrum & leges. Huc pertinet oraculum Apollinis,

> Εὐδαίμων πτολίεθρον ἑνὸς κήρυκος ἀκοῦον.

Vrbs fœlix quæ vnum præconem audit, Lycurgus cùm moneretur populare imperium Spartæ instituere, dixit monitori, fac priùs domi tuæ democratiam, vt exemplum sequar: πολλοὶ στρατηγοὶ καρίαν ἀπώλεσαν, ait ille, multi duces Cariam perdiderunt, Isocrates de Laconibus οἴκοι ὀλιγαρχοῦνται, περὶ δὲ τὸν πόλεμον βασιλεύονται: Domi pauci imperant, in bello vnus. Aristoteles lib. 1. Politicon, ait apud Afros & alias plerasque gentes singulas domos regio imperio gubernari, & seniorem regere, vt & in coloniis propter cognationem: quod attigit Homerus Odys. lib. 8.

> θεμιστεύει δὲ ἕκαστος παίδων, ἠδ᾽ ἀλόχων.

Quisque imperat filijs & vxoribus, si veteres audiendi sunt: Aquila cùm peperit duos nido pellit, vnum educat, quasi vni regnum in cæteras aues commendet. Sed hic in Monarchiæ laudibus multos esse nolo, vnum admoneo, quod obscurum non est, in instrumento veteri vnius corporis vnicum caput fuisse, vnius Ecclesiæ Pontificem Max. vnum: Mosem vnum, Iosue vnum, cæterosq; iudices ac reges singulares, nisi à quo tempore Ieroboam ab illa corporis vnius iunctione discessit, in typum eorum, quos schismaticos vocamus: vna ciuitas Ecclesiæ domicilium Hebræis fuit, vbi Pontifex sederet, vbi rem diuinam faceret, vbi populus stato tempore in templum conflueret, quod vnicum id temporis fuit, vt vnus Deus, vna fides, vna Ecclesia indicaretur. Cùm igitur in Ecclesia, quam sibi Dominus sponsam legit, genus aliquod regiminis esse oporteat, & Monarchiæ primæ partes deferendæ sint, omnino in Ecclesia singulare imperium & agnoscendum, & summo studio retinendum est. Quod ouilis appellatione designari nemo dubitat Ioannis 10. atqui singulis gregibus singuli pastores præsunt. Vnus autem grex, vnum corpus sunt, quotquot in vnius panis participationem veniunt, ait Apostolus, apud quem Timot. 3. domus imagine Ecclesiæ adumbratur, quod singulæ domus, vbi disciplina viget, suum patremfam. cùmque vnicum habeant, apud B. Petrum ep. 1. cap. 3. cùm arca Noëmi componitur, quæ vna fuit, vnum rectorem ac magistrum Noëmum habuit. Nec attinet hîc ad Christum, quasi singulare Ecclesiæ caput confugere, cùm Ecclesia, in qua sumus, à conditu orbis condita sit, & caput inuisibile Christum habuerit, quem vnum regem, vnicum pastorem, vnum caput, sed omni sensu nobilius ac superius, fatemur. Is enim est, de quo Luc. 1. & regni eius non erit finis. Cùm autem Ecclesia hæc apud nos visibilis sit, caput habeat aspectabile necesse est. Attingit enim Deus à fine ad finem fortiter, vt Salomon ait, & disponit omnia suauiter, spiritalibúsque spiritalia, corporeis corporea regit, & ad hominum imbecillitatem se semper attemperat. Quare abiens Christus ad Patrem Ecclesiæ visibili caput visibile Petrum, ac deinde successores eius attribuit.

Quod B. Chrysostomus homil. de homine ad imaginem Dei facto, agnouit ad hæc verba, super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. οὐκ ἐχρήσατο πολλῇ περιόδῳ λόγων, οὐκ εἶπε στερεὰν τὴν ἐκκλησίαν, καὶ οὔτε βασιλεῖς, οὔτε ἄρχοντες, οὔτε τύραννοι, οὔτε δήμιοι, οὔτε σοφοὶ, οὔτε ἄγροικοι, οὔτε ῥήτορες περιγενήσονται τῆς ἐκκλησίας· ἄμαχος γὰρ καὶ ἀκαταγώνιστος ἡ βασιλεία χριστοῦ, ἀλλὰ τῷ ῥήματι τὴν δύναμιν ἐσήμανε, καὶ ψιλῇ λέξει τὴν ἐπαγγελίαν ὠχύρωσεν· ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ· καὶ πύλαι· δύο ῥήματα οὐ ψιλὰ ῥήματα, ἀλλὰ θεοῦ ῥήματα· ὁ γὰρ ῥήματι τὸν οὐρανὸν στερεώσας, καὶ τὴν γῆν θεμελιώσας ῥήματι, καὶ τὴν ἐκκλησίαν ᾠκοδόμησε, καὶ ἐτείχισε, καὶ ἐστερέωσε τὴν οἰκουμένην ἥτις οὐ σαλευθήσεται. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam: non multis vsus est ambagibus verborum. Non dixit solidam Ecclesiam, & neque Reges, neque magistratus, neque tyranni, neque carnifices, neque sapientes, neque agrestes, neque rhetores superiores erunt Ecclesia: inuictum enim & inexsuperabile est regnum Christi, sed verbo potentiam ostendit, & simplici vocabulo pollicita firmauit. Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, duo verba sunt, petra & portæ, non simplicia verba, sed Dei verba: qui enim verbo fundauit cœlum, & terram, verbo ædificauit Ecclesiam, & muro instruxit & firmauit terram habitabilem, quæ non commouebitur. Sed disertius Michaël Syncellus Episcopus Hierosol. in vita Dionysij Areopag. Πέτρος ἐφ' ᾧ πέτρᾳ καὶ θεμελίῳ τῆς πίστεως ἀσαλεύτῳ χρηματίσαντι Χριστὸς ἡ ὄντως πέτρα τῆς ζωῆς τὴν οἰκείαν ἐκκλησίαν ἱδρύματο, ὄντι τε ἐν οὐρανοῖς κατοικίας καὶ κληρουχίας κλειδοῦχον, καὶ κληροδότην ἀνέφηνεν, ἐξουσίαν αὐτῷ δοὺς λύειν τε καὶ δεσμεῖν ἁμαρτημάτων σειράς. Petrus, in quo fundamento & petra inconcussa fidei Christus vera petra vitæ propriam ædificauit Ecclesiam, quem & celestis illius hæreditatis ac domicilij clauigerum ac dispensatorem constituit, deditque potestatem ei diuinam vt peccatorum catenas exsoluere & obligare posset. B. Leo serm. 1. de S. Petro per sacram B. Petri sedem caput orbis effecta Roma latiùs præsidet religione diuina, quàm dominatione terrena. Hoc idem œcumenica concilia, hoc beati Patres definierunt, qui quò propriùs ab ortu fidei, & diuina progenie aberant, ea meliùs videbant, quæ vera erant, vt qui ab Apostolis disciplinam hausissent, acceptámq; per manus ad posteros transmitterent. Inde nimirum est quod ex omnibus orbis partibus, si quæ grauior controuersia exorta esset, Romanus Pontifex appellaretur. Concil. Sardic. c. 4. ἐάν τε τις ἐπίσκοπος καθαιρεθῇ τῇ κρίσει τῶν ἐπισκόπων γειτνιώντων, καὶ φάσκῃ πάλιν αὐτῷ ἀπολογίας πρᾶγμα ἐπιβάλλειν, μὴ πρότερον εἰς τὴν καθέδραν αὐτοῦ ἕτερον ὑποκατασταθῆναι, ἐὰν μὴ ὁ τῆς Ῥωμαίων ἐπίσκοπος ἐπιγνοὺς περὶ τούτου ὅρον ἐξενέγκῃ. Si quis Episcopus iudicio finitimorum Episcoporũ solio motus fuerit, & purgare se iterum voluerit, ne antè in eius locum alius sufficiatur quàm causa cognita, Romanus Pontifex ea de re statuerit c. 9. ibidem præcipitur iis qui libellos

bellos sopplices ab Episcopis vel epistolas Romam deferunt, eas vt cum Romano-Pontifice communicent, vt is æstimet, omnia ne ex dignitate scripta sint, οἱ δὲ εἰς ῥώμην παρ' αὐτῶν εἰσὶν δή ποτε ἐπιστολῶν διακονεῖ πρὸς τὸν βασιλέα ἀποστελλόμενοι, ἀγάπῃ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν, καὶ συνεπισκόπῳ ἰουλίῳ τὰς δεήσεις ἃς ἔχειν διδόναι ὀφείλουσι, ἵνα πρότερον αὐτὰς δοκιμάζει, εἰ μή τινες ἐξ αὐτῶν ἀναισχυντοῖεν, καὶ οὕτως εἰς τὸ στρατόπεδον αὐτὰς ἀποστέλλει. Carthaginensi Synodo sub B. Augustino c. 57. Aurelius primas Carthaginis & Africæ dixit, δεῖ προχειρίσαι ἀναγνώστῃ τοῦ προσκυνητοῦ ἁγίῳ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἐπισκόπῳ τὸν πόνον, καὶ τὴν ἔνδειαν, laborem nostrum & eorum paucitatem, qui sacris operentur exponere oportet Anastasio, adorando sancto Apostolicæ Cathedræ Episcopo c. 135. Aurelius vocat eum Dominum & patrem, & à sententia cæterorum ad Rom. Episcopum prouocari posse significat. Nicephorus Patriarcha Constantinop. ad Leonem Armenium auctoritate Romani solij reuincit Iconoclastas. τίς γὰρ ὑμῖν ῥώμη τὸ τοῦ πρωτοκλήτου τῶν ἀποστόλων ἕδος ἐπ' ἀθετήσει τῆς τοῦ χριστοῦ σεπτῆς εἰκόνος συνέστησεν: quæ vobis Roma, solium eius qui primus Apostolorum vocatus est, ad delendam Christi venerandam imaginem conspirauit. Ephesina Synodo pagina 270. ταῦτά ἐστι τὰ κεφάλαια ἐφ' οἷς ὁ τρισμακάριος δάμασος καθεῖλεν ἀπολλινάριον, καὶ βιτάλιον, καὶ τιμόθεον τοὺς αἱρετικούς: ista sunt capita, ob quæ beatissimus Damasus Apollinarem, Vitalianum, Timotheum solio mouit. Pontificis igitur Romani fuit Episcopos instituere, sede pellere, & pro imperio omnia grauioris rei negotia vbi emersissent, decidere, componere, definire, Gregorius Magnus epist. 54. lib. 4. vigilio Arelatensi Episcopo vsum sacri pallij ac vices sedis Apostolicæ, & potestatem in Ecclesias Gallicas largitur. lib. 7. ep. 112. Siagrio Heduensi pallium Archiepiscopi impertit. Zonaras indicat sub Phoca controuersia exorta inter Rom. & Constantinop. Episcopos de principatu, Phocæ & Senatus calculo Rom. Pontifici principatum adiudicatum. Apud Eusebium lib. 7. hist. cap. 5. de Stephano Pontifice Dionysius scribit: ἐπεστάλκει μὲν οὖν πρότερον καὶ περὶ ἑλένου, καὶ περὶ φιρμιλιανοῦ, καὶ πάντων τῶν τε ἀπὸ τῆς κιλικίας καὶ καππαδοκίας, καὶ δηλονότι γαλατίας, πάντων τῶν ἑξῆς ὁμορούντων ἐθνῶν, ὡς οὐδὲ ἐκείνοις κοινωνήσων διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, ἐπειδὰν τοὺς αἱρετικοὺς φασὶν ἀναβαπτίζειν. Stephanus vt patria cura consuleret Asiæ Ecclesiis scripsit priùs de Heleno, Firmiliano, & omnibus qui in Cilicia, Cappadocia, Galatia, & conterminis regionibus, se cum ijs non cõmunicaturum esse, quia hæreticis resipiscẽtibus Baptismũ iterarent. Aurelianus Imper. Antiòchiæ iussit Paulum Samosatenum Ecclesia cedere, eique gubernationem permitti, cui visum esset Romano Pontifici, quem summum esse intellexerat. Quis putet Ammianum Marcellinum à fide Christi penitus alienum ex hominum sui sæculi sensu principatum Ecclesiæ Romano Pontifici asserere. Sic ille de Constantio lib. 15. auctoritate qua potiuntur æternæ vrbis Episcopi damnari Athanasium desiderio nitebatur ardenti.

CASAVBONI VERBA.

DIATRIBE VI.

POntifex Romanus dandi & auferendi imperia, regnáque instituendi & destituendi mundi potestates, ius sibi vni & soli vindicat. Falleris, Casaubone, & malo more imponis: non sibi ius id vindicat Romanus Pontifex, quod ne Christus quidem sibi vindicauit: Regnum, inquit ille, meum non est de hoc mundo: sed hoc sibi ius vindicat ad occasum in coronandis, & inaugurandis Imperatoribus, quod vsurpatum est primum ab Episcopis & Patriarchis orientis, in imperio Constantinopolitano, & potiore iure vindicat, vt antiquior, vt dignior, vt Ecclesiæ totius caput. Quare hoc ei merito datur, vt Imperatores non modò coronet, verùm & instituat, quod Patriarchæ Constantinop. nunquam datum est. Primus omnium Theodosius à Meletio Episcopo coronari secundum quietem sibi visus est, vel etiam, vt vult Sigebertus, coronatus est, aut à Paolino Episcopo, vt Zonaras, vnde mos ortus, vt reliqui Imperatores ab Episcopis coronari, maximè à Patriarcha Constantinopolitano expecterent, & priusquàm coronarentur fidei confessionem manu sua scriptam apud Patriarcham deponerent. Zonaras, μέλλοντα δὲ στεφθῆναι ἀναστάσιον, ἀπῄτησε ἔγγραφον ὁμολογίαν τῆς πίστεως πατριάρχης εὐφήμιος, καὶ ἔστεφε αὐτόν. Patriarcha Euphemius ab Anastasio priusquàm corona indueretur expressit manu eius exaratam fidei confessionem. Ab eodem Patriarcha coronandum benedici moris fuit, εὐλογεῖσθαι, vt docet Cedrenus in Leone, qui mos sanctissimus, Corippus lib. 2.

Postquàm cuncta videt ritu perfecta priorum

Pontificum summus, plenaque ætate verendus,
Astantem benedixit eum, cælique potentem
Exorans dominum sacro diademate iussit
Augustum sancire caput. ————

Iustinum tamen alij volunt à Ioanne primo Pontifice Rom. coronatum. Non memini aliquem Imperatorem in imperio occidentis à Pontifice Romano ante Carolum Magnum aut inunctum, aut inauguratum, aut coronatum. Manasses scribit Leonem II. Pontificem Romanum à Carolo Rege Francorum in solium restitutum.

ἔνθεν ἀμειβόμενος τὸν κάρουλον ὁ λέων,
ἀναγορεύει κράτορα τῆς παλαιτέρας ῥώμης,
καὶ στέφος περιτίθησι, ὡς οἱ ῥωμαίων νόμοι,
οὐ μὴν ἀλλὰ χρησάμενος καὶ νόμοις ἰουδαίων,
ἐκ κεφαλῆς μέχρι ποδῶν ἐλαίῳ τοῦτον χρίει.

Inde Leo, vt gratiam referret Carolo, eum renuntiat Imperatorem veteris Romæ, & corona induit, vt moris est, imò & Iudæorum ritu à capite ad calcem eum oleo inungit: verosimile est Carolum Magnum à Pontifice Romano non modò coronari, verùm & inungi voluisse, quia iam inde à Clodouæo in Gallia moris esset, vt Galliarum Reges ab Episcopo Remensi inungerentur. Primus omnium Pontificum Romanorum Gregorius Papa cùm Leonem Cononem iconoclastem monita humanissima, quibus ad pietatem reuocabatur repudiantem communione piorum mouisset, eidem vectigalia ex Italia pendi prohibuit, & Italos Sacramenti religione soluit, propter Cononis illius impietatem, qui & occidentis imperio ea de causa in perpetuum exutus est. Paulus Diaconus lib. 21. anno nono imperij sui cœpit impius Imperator Leo contra sanctas & venerabiles imagines facere verbum. Quod cùm didicisset Papa Romanus tributa Romanæ vrbis prohibuit, & Italiæ, scribens ad Leonem epistolam dogmaticam non oportere Imperatorem de fide facere verbum: & paulò pòst, in seniori verò Roma Gregorius sanctissimus vir Apostolicus, & Petri Apostolorum principis confessor, verbo & actu coruscus, qui remouit Romam & Italiam, necnon & omnia tam Reip. quàm Ecclesiastica iura in Hesperijs ab obedientia Leonis, & imperij sub ipso constituti. Quod idem Zonaras scribit in Leone Conone: Cùm autem Carolus Magnus desiderium Langobardorum Regem oppressisset, Romanum Pontificem ab immani hera vexatione liberasset, Chaganum Scytham, Saxonas, Sarracenos in Hispania multis prælijs fregisset, à Leone Pontifice Imperator occidentis inauguratus, inunctus, coronatus est, cùm iam Leo Conon, & Constantinus filius ob hæresim communi omnium consensu Italiæ, & Romæ imperio excidissent, id temporis Roma vrbs addicta est Romanis Pontificibus, quod ius à Carolo Magno & reliquis Imperatoribus occidentis confirmatum. Putet aliquis ætate Gregorij magni sub Phoca Principe 140 plus minùs annis ante Pipini Breuis æuum, Romam vrbem Romanos Pontifices dominij iure ac titulo tenuisse. Quod ex epist. 11. lib. 5. Gregorij magni colligere est, vbi ait, Montanum & Thomam liberos ex hoc die, & ciues Romanos efficimus; ius enim illud dominij summum est, vt libertate aliquem & ciuitate donare possis. Constantinus tamen Heraclij nepos, & Michaël Balbus Roma sollicitare, eo imperij sedem transferre aggressi sunt infelici vterque exitu, vt Zonaras & Diaconus produnt. Vtut sit, Carolus magnus à Pontif. Romano primus omnium occidentis imperatorum inungi, & coronari voluit, si Manassi fides habenda est, cuius verba suprà posuimus: quod à cæteris deinde tam studiosè factitatum est, vt qui ab eo coronatus non esset, pro Imperatore non haberetur, quem ille inaugurasset, is in imperio firmiùs staret, vnde vulgò iactatum Romanum Pontificem Imperatores occidentis instituere, destituere, quod ab eo coronari & inungi satagerent Imperatores. Imò quod ius omne, quantum illud est quod in imperio sibi vindicant, à Pontificibus acceperint. Vt enim omittam Carolum Magnum non victoriæ iure, (nec enim Italos in armis socios, at Langobardos Italorum hostes vicerat) sed auctoritate Pontificis Imperatorem electum, quis nescit à Francis, quorum ius omne imperij fuit ad Germanos opera Romani Pontificis imperium translatum. Potestas autem illa instituendi imperatores Pontificibus Romanis non directo & ordinario iure, sed indirectè & extraordinario per causam religionis, & fidei competit. Cùm enim sit pastor ouium Christi, cuius vices in eo munere obtinet, & Reges ac Imperatores Christiani in eius ouibus censeantur, si quæ ouis morbida est, vt reliquo gregi consulatur, reijcienda est, & medicina adhibenda cæteris vtilis & opportuna. Ita iure pontificiæ potestatis formosus Apostolicus pater Arnulphum Carolomanni filium Imperatorem designauit, vt Rhegino lib. 2. Conradus primus Conradi Ducis Saxonum

num filius, Ludouico IV. iuniore è viuis sublato Romani pontificis auctoritate ad imperium euectus est. Electores imperij ius illud suum Romanis pontificibus acceptum ferunt, qui vel iure legitimo carent, vel ius Apostolici patris maius ac sublimius esse fateantur necesse est, quod maximè à iure diuino profectum ostendimus, cùm Imperatores, Reges, principes, in ouibus Christi censeantur, & pastoris vocem audire debeant: tum verò à principum ipsorum vnanimi consensu, qui hoc arbitrium summi pontificis esse voluerunt, cuius auctoritatem defugere non poterant. Iure igitur Romanus pontifex vtitur, cùm à Deo accepto tuendæ pietatis ac religionis ergo, tum ab ipsis Imperatoribus tot iam sæculis, tam diuturno rerum vsu probato, vt iam in controuersiam vocari ius illud, vbi salus Ecclesiæ agitur, non debeat. Sub annũ 820. mortuo Sanctio Garsia principe Nauarræ, 4. annis inter regnũ fuit, donec à pontifice Rom. decretum allatum est, quo Eunicus Arista primus Nauarræ Rex appellatus & vnctus est. Gregorius VII. pontifex Demetrium Regem Croatiæ instituit, sceptrùmque, coronam, & vexillum dono misit. Lotharius Imperator à paschali pontifice coronatus est, ait Sigebertus Sergius II. Ludouicum Lotharij filium Languobardorum regem designauit, Ludouici filios de regno certantes conciliauit, ait Crantz lib. 1. c. 33. Adrianus II. corona regia Alphredum sextum Anglorum regem induit. Ioannes VIII. tres Imperatores coronauit intra 4. annos, Carolum Caluum, Ludouicum Balbum, Carolum Crassum. Ab Arnulpho, quem formosus pontifex coronarat, ad Othonem primum, Imperatores Germaniæ à pontifice corona induti non sunt. Stephanus Hungariæ princeps anno circiter 980. legatos Romã ad Benedictum Pontificem misit, vt ab eo regium nomen acciperet, quod ei datum est, Miecestao Polonorum duci flagitanti negatum ait Cromer. lib. 3. Polon. Adrianus pontifex Guilielmum Siciliæ regem coronauit, vt Crantz lib. 6. c. 16. Alexander III. Alphonso I. Lusitaniæ Regi coronam indulsit per Albertum Cardinalem in ipsa Italia. Benedictus XI. præfectis Mediolani, Veronæ, Vicentiæ, Mantuæ, Rhegij, Cararij, patauij, Ferrariæ, Mutinæ, Argentæ Marchionum, & Ducum titulos attribuit, vt à iure imperij cuius tyrannide premebantur liberi essent, ait Laziardus Celestinus. Anno 1341. Pontifex Rom. Ioanni & Luchino vicecomitibus Mediolan. vestituram eius dominij attribuit, prohibuitque, ne Ludouico Bauaro diris deuoto parerent. Egregij Canonum interpretes tenent Imperatorem imperium non nisi Pontifici Rom. in morte permittere, ac consignare posse c. 1. de renuntiat. lib 1. Ab iisdem tamen pontifices, non Vicarij imperij, sed Ecclesiæ rom. vocantur c. cùm olim, de priuilegiis cleric. c. etsi summus pontifex de sentent. excommunicat. Vt sit, indignum est, in Ecclesiæ capite priuilegia longa annorum serie firmata in quæstionem vocari, cùm aliorum principum iura præscriptione longi temporis corroborata in controuersiam non adducantur. Pontifices tamen, non vt vis, Casaubone, cùm lubet, aut rebus ipsorum expedit, imperia, principatus, regna, dant & auferunt, mundi potestates instituunt & destituunt, sed Ecclesiæ, quæ terrenis imperiis potior est, potestate sibi à Deo data, à principibus tot sæculis probata, laudata, exaggerata, paci & saluti consulunt. honorem & gloriam Dei spectant, ipsam imperiorum ac regnorum tranquillitatem, priuati otij, propriæ vtilitatis immemores, ac incuriosi intuentur. Quæ enim imperia, quæ regna, per vim & iniuriam suis illis potentissimis edictis ad Romanæ Ecclesiæ dictionem aggregarunt, quas prouincias, quas vrbes, quæ prædia sibi arrogarunt? An regnum Galliæ, Hispaniæ, Britanniæ, an Italiæ totius dominatum, an Germaniæ imperium ad se transtulerunt? Exigua omnino illa sunt, & longè angustiora, quàm à Principibus olim acceperint, quæ hodie romani Pontifices tenent, minùs certè ampla, minùs opulenta, minùs illustria quàm summum illud fastigium, in quo supra omnes Principes & Imperatores sedent, mereatur sed Apostolos inopes, ipsos Romanos Pontifices per initia Christianæ fidei opum despicientia insignes fuisse dictitabis. Haud equidem diffiteor primis nascentis Ecclesiæ cunabulis Beatos illos Patres voluntaria paupertatis gloria egregiè fuisse nobiles, cuius necessitas ad conciliandam sanctitatis opinionem, & Christi Domini gloriam imposita fuerit. Alioqui enim futurum erat vt auari, rapaces, prædatores haberentur, & hominum animos tumoribus illis occupatos à se abalienarent, tum etiam in eo Christi Domini diuina virtus magis enitet, cùm per homines inopes & plebeios, à gratia Principum, & opibus derelictos eius Ecclesiæ fundamenta iacta sunt, & fœlicis illius frugis semina ita propagata, vt paulo momẽto per totũ terrarũ orbem adoleuerint. Vbi verò Christi respublica constituta est, tum opes & gratia, tum auctoritas & amplitudo, in vniuersi huius administratione fuit adhibenda. Si quando igitur apud Eusebium, aliosq; nonnullos de potestate sedis Apostolicæ paulò obscuriùs agi videris, sic habeto, ante beatum illud Constantini sæculum Christi Domini Ecclesiam velut in tenebris delituisse, neque Pontificum in illa perturbatione tem-

porum, in perpetuis illis crucium, ac suppliciorum certaminibus tam fuisse amplitudinem, quæ postea data est, cùm Imperatores profanique ierophantæ omnia cultu suo tenerent. Quare secum bene agi primi Ecclesiæ Patres arbitrabantur, si paulò humaniùs acciperentur, si sacris operari tuto silentio possent, si errores in fide pellerent, hæreticis obuiam irent. Neque enim tum de Cathedra, sedísque Apostolicæ patrimonio & priuilegiis in tot difficultatibus agebatur: sed id vnum omnes operam dabant, vt Christi fidem latiùs fundere, ac disseminare possent: vbi verò Constantino Imperatore suus splendor Ecclesiæ, fideique accessit, tum sua Pontificibus priuilegia, suæ Prouinciæ & administrationes illustriori titulo attributæ sunt, sui agri & possessiones, vnde ipsi cum dignitate viuere, templa sarta tecta habere, Sacerdotes procurare, pauperibus, viduis, ac pupillis consulere, auctoritatem, quæ nulla est in egestate, apud imperitum vulgus, tueri possent. Ab his initiis profecti ad eas opes, Imperatorum ac Principum liberalitate prouecti sunt, quibus Ecclesiæ moderatio à sordibus & periculo immunis cum dignitate retineri posset, à quibus si fuissent inopes futurum erat, vt omnium libidini, auaritiæ, direptioni exponerentur, nec vllam tanti muneris partem tueri pro dignitate possent. Si quis igitur opes illas Pontificum, quibus hodie vtcunque pollent, in inuidiam vocet, hanc ille apud se rationem habeat, si tantis opibus, tanta auctoritate, vix ac ne vix quidem impotentiam Regum ac Principum frangere possunt, & ad animi moderationem, fideique integritatem vocare. Si monachis excucullatis, grammaticis peruicacibus, vix obniti queunt, quid futurum fuerit, si corruptissimis temporibus despicabiles, inopes, & ab omnibus præsidiis nudi extitissent. An verò Pontifices Hebræos infimæ auctoritatis fuisse credas, cùm ferè qui populi gubernationi post reditum ex Babylone præfuerint, iidem summum sacerdotium tenuisse deprehendantur. Quasi verò ferendum sit, eos, qui præsunt profanis negotiis, opibus, imperio, auctoritate præcellere, qui sacris Dei præsunt, eos ab omni gratia, honore, dignitate, diuitiisque inopes esse. Confer animum ad pristini temporis memoriam, & mihi adiiciales Pontificum cœnas, ipsos Pontifices profanos, flamines, lupercos, ac reliquum sacerdotium reuoca, homines ciuitatis suæ principes religionibus præfuisse competies. Poëtam audi,

Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbíque sacerdos.

De fratre Priami regis, idem

Laocoon ductus Neptuni sorte sacerdos.

Iam inde ab Augusti ætate ad Constantinum vsque Magnum Romani Imperatores, quo nomine nihil in terris augustius fuit, summi Pontifices fuêre. Primus Gratianus Pontificiam Romæ vestem auersatus est, vt Zozimus ait. Sed inopem Christum, inopem Petrum, cæterósque Apostolos, & aliis hominibus voluntariæ paupertatis auctores ac duces fuisse veteris Ecclesiæ Patres clamant. Hoc scilicet illi clamant, abducendum à fugacibus istis opibus animum, & ad Dei amorem liberum & expeditum esse transferendum: vt autem iis in mentem venerit opes criminari, quibus inopibus solatio, miseris præsidio, piis subsidio, impiis terrori essent, rationi consentaneum non est: pauper Petrus fuit, quia id temporis ad Deum viri humiles & obscuri accedebant, principes viri inanitate occupari se patiebantur. Itaque nullis opibus, nullo armorum terrore, sed caritate Dei tunc temporis in officio continebantur. Vbi verò Christi Domini cultus ac religio lariùs fundi cepit, & ad eam non homines modò de plebe, & circo, sed ipsi viri principes opibus ac nobilitate illustres adiuncti sunt, non in illis rerũ angustiis homines Dei cultui addictos versari, non in illa tenuitate ac inopia degere pium visum est, vltrò reperti sunt egregia animi ac pietatis indole Principes viri, qui sacerdotũ amplitudinem à summo vniuersi huius parente & conditore Deo diuina quadam, & inaudita auctoritate exaggeratam, exterius quæsito diuitiarum honorúmque splendore cumularent. Alij quippe agros & possessiones alendis Dei cultoribus, alij aurum, argentúmque exædificandis exornandísque altaribus, variam alij supellectilem, rerúmque omnium abundantiam aut testamento legabant, aut viui videntésque non expetentibus, aut exigentibus larga manu sponte obtrudebant. Omitto per initia pios illos Christi cultores tadactas ex agris & possessionibus pecunias in commune conferre solitos, vnde ex æquo pauperes, ditiorésque alerentur, vt exemplis Ananiæ, Saphiræque sacræ literæ testantur.

CAP.

CAP. DE B. PETRI PATRIMONIO.

Diatribe VII.

QVod ne temerè me comminisci putes, in veteri historia pedem figam, & è priscæ illius antiquitatis situ ac puluere Rom. Pontificis opes ac possessiones erutas ob oculos tibi ponam. Anno salutis plus minus 172. Soter Ecclesiæ Rom. præfuit, quo tempore Commodus ad imperij clauum sedebat: is ea in pauperes liberalitate, ac munificentia fuit, vt vndique conquisitos aleret, vestiret, hospitio cæterisque pietatis officiis foueret, quod misericordiæ opus splendidè ac lautè sustinere sine opibus ac possessionibus non potuit. Sanctus Pius sub Antonino Pio Pontifex Romanus dedicauit Ecclesiam, Thermas Nouati in honorem sororis suæ S. Potentianæ, vbi & multa dona obtulit, ait Anastasius. Diuitias equidem minus mirer in Ecclesia fuisse, cùm B. ille Clemens, qui Lino ac Cleto in Pontificio Romano successit, nobili ortus loco, in amplissimas opes patri successerit, quas in alendos inopes contulisse, ἀγάπης illius notissimæ lege non dubito. Nonnulli tamen arbitrantur anno tantùm salutis 220. Vrbano I. Pontifice prædia Rom. Ecclesiæ attributa, quorum immunitatem siquis violasset, si quis alienasset hunc eiectum Ecclesiæ communione diris defixit: vt ex epist. eius ad Episcopos apparet, vbi fuisse olim consuetudinis ait, vt redactæ ex agris ac prædiis venditis pecuniæ addicerentur Ecclesiis. Deinde tamen consultius visum est si prædia ipsa Dei cultui ac religioni consecrarentur. Idem ipse sanxit, vt templorum instrumenta, vasaque ex argento fierent quæ Zephirinus è vitro fecerat, ait Damasus in vita Pontificum. Pius tamen I. Apostolicæ Cathedræ sessor, anno Christi 158. Epistola 2. prædiorum meminit, quæ iure Ecclesiæ tenerentur: ait enim eum sacrilegum qui Ecclesiæ prædia, & donaria diripuerit. Sanctas enim & inuiolatas illis ipsis Ecclesiæ nascentis exordiis sacerdotum res ac possessiones esse voluerunt, ne Dei ministris vmquam aliquid ad victum cultúmque corporis deesset, idque concilio Antiocheno quod sub Constantio Imperatore habitum est cap. 25. disertè sancitur ea maxime ratione, quod non homines modò, sed etiam res Dei, diuino iure munitæ ab iniuria esse debeant. Philippus Arabs Imperator Gordiano perfidiosè cæso, sibi viam ad Imperium fecit, qui tamen Christi Domini fide illustratus, vbi cum Philippo filio seueráque coniuge sacro fonte lotus est, Fabiano Reip. Christianæ moderatori summo Gazas imperatorias tradidit, quem eo nomine Decius Imperator omni cruciatu vexatum necauit, author Damasus: nec mirum est ea largitate Philippum iram Dei auertere conatum, qui filium suum Quirinum in ordine censeri sacerdotum adamarit, Deo factum egregij patris probante, qui deinde Quirinum & Episcopum laurea-censem constituerit, & Imperatore Diocletiano piis omnibus funestas faces inferente, sanguine per omnia supplicia fuso Christi fidem testari voluerit. Anno salutis circiter 252. Cornelius Ecclesiæ gubernacula tenuit, cùm effera Decij rabies in pietatem sæuiret. Hunc Eusebius l. 6. hist. c. 43. iis opibus, eáque munificentia fuisse ait, vt pauperes & viduas supra mille & quingentas Ecclesiæ sumptibus aleret, cuius misericordiæ fructum hunc cepit, vt exquisito supplicio Martyrij laurea donaretur. Non multi anni abierant, cùm ad gubernacula Sixtus vocatus est, auitæ pietatis imitator inclytus, cuius ædes auro & argento in pauperum & ministrorum vsum abundasse scribit Ambrosius l. de officiis 1. & in hymno Laurentij Diaconi Prudentius, qui reconditas Ecclesiæ opes in egentes viduas, ac pupillos insigni liberalitate partitus est. Sub annum 302. Marcellus Apostolico munere Romæ functus est, cui Lucinia virgo claris natalibus, amplissimis opibus, quicquid habuit auri argentique pietatis nomine legauit, ait Polydorus lib. 6. de Inuent. c. vlt. Secutum est inde fœlicius sæculum, cum illo crucis admirabili viso Constantinus ad fidem adductus auitas superstitiones extinxit, prophanis antiquæ superstitionis sacerdotibus prædia, redituśque eripuit, quæ in meliores Christi sacerdotum vsus confetrenrut, hæreditates exulum pietatis causa, martyrumque hærede carentium Ecclesiis attribuit, ait Euseb. l. 2. de vita Constant. c. 21. 36. nec ea liberalitate pietati suæ satisfactum putauit, nisi è publico vectigali singulis in ciuitatibus aliquid detractum ministerio sacrorum addiceret, ait Sozom. lib. 1. c. 8. lib. 5. cap. 5. quibus exemplis adductus Apostata Iulianus, portentum è sanguine & cruore, omniúmque scelerum colluuione conflatum, reditus Ecclesiis ereptos in atheos impietatis cultores, ac ministros contulit, sed eo merita morte diuinitus oppresso Iouianus prædia Christi sacerdotibus erepta restituit, ait Sozom. l. 6. c. 3. Quibus incremētis Valentinianus, Gratianus, Theodosius, Arcadius, Honorius, cæterique Imperatores Rom. Pontificis opes auxerint, obscurum est, illud certè obscu

obscurū non est, sub annum salutis receptæ 1oc. Symmachum pontificem Romanum Eugenio Carthaginensi primati, & 220. Episcopis quos animi præceps, hostis fidei Thrasymundus, Africæ Vandalicæ Rex, in Sardiniam omnium rerum egentes deportarat, victum cultúmque corporis præbuisse, libros, seruos, ac pecunias abundè suppeditasse, testis Paulus Diaconus in Anastasio. Idem pauperibus ædes ac diuersoria extruxit, vnde alerentur, prouidit, innumeras basilicas exædificauit, easque plurimo auro ditauit, quos sumptus vt sustinere posset, regias propemodum opes affuisse necesse est. Anastasius bibliothecarius sub Ornisda Pontifice B. Petri opibus veluti cumulum accessisse ostendit. Quo fit, vt mirari satis non possim eorum impudentiam, qui pontifices Apostolicos ante Gregorij primi ætatem inopes in angustissima re vixisse, eorum opes ab eo pontifice impotenter exaggeratas esse defendunt. Quorum mendacium, vt omnium oculis pateat, ipso Gregorio teste probabo, eius ætate pontificum opes ampliores, quam hodie sint, fuisse: tunc enim in Africa B. Petri patrimonium amplissimum fuit, vt ex Epistola 73. l. 1. constat, & epist. 58. vbi Gennadio patricio & Exarcho Africæ imperat, vt Apostolicæ Cathedræ patrimonium procuret, & in eo tuendo munia quædam obeat. Neapoli reditus non exiguos habuit, vt l. 5. epist. 11. videre est, in Campania vectigalia non mediocria l. 2. ep. 40. in Dalmatia copiosi reditus l. 2. ep. 41. 44. 61. in Gallia pecuniæ fuère numerosæ, in Sicilia possessionos longè latéque fusæ, l. 1. ep. 2. 68, 70. in Italia fructus abundantes, l. 1. ep. 23. l. 5. ep. 23. Sardinia tota de iure Ecclesiæ fuit, l. 1. ep. 60. l. 6. ep. 23. Romæ principatum tenuit, eáque ciuitate homines alienigenas donare potuit, l. 5. ep. 12. Sicilia tria auri talenta & semis Ecclesiæ Rom. singulis annis persoluit. Diacon. l. 21. Ea Leo Isauricus, vbi Romæ imagines eius subuersæ ob hæresim, iussu pontificis præripuit. Sileant igitur pontificis nominis hostes, nec eius opes in inuidiam trahant, quem Italiæ magna pars Dominum habeat, cui fidem & obsequium Neapolis, Sicilia, multæq; aliæ prouinciæ præstent: cùm ab infima antiquitate ius illud repeti possit. Neque parum vsui fuère Rom. Pontificibus opes illæ, quas ore maledico pietatis hostes arrodunt, cùm vix, ac ne vix quidem in ijs satis præsidij fuerit, vt aut impiæ Longuobardorum rapinæ arcerentur, aut Imperatorum Constant. vis & importuna rabies auerteretur, qui nec opinantes Apostolicos Patres opprimere sæpè conati sunt. Quare non semel ad opem regum exterorum confugerunt, vt vim à se defenderent. Imperator Iustinianus naribus truncus vrbi, pontificique bellum indixerat, Zachariam protospathorū impio bello præfecerat, in Italiámque amiserat. Quid futurum Apostolico patri sine opibus putas, quæ tamen pares tyrannidi non erant, nisi Sergius pontifex, Rauennatis exarchi suppetias aduocasset, ait Paulus Diaconus. Alpes Cottiæ iam olim Ecclesiæ Romanæ Gennam vsque principum liberalitate attributæ fuerant, sed à Rothari Longuobardorum rege per vim occupatæ, in alienas manus deuenerant, nisi Aribertus pietatis ac fidei studiosus, in iura diuina præscriptionem non valere ratus, Ioanni 7. pontifici Rom. diplomate aureis litteris scripto ios antiquum restituisset, vt Anastasius & Beda l. de rat. temp. Iustinus Imperator sub 860. annum, à Constantino pontifice veniam de peccatis exposcens, ad eius genua prouolotus est, eiúsque pedes primus omnium Imp. exosculatus, omnia Rom. Ecclesiæ priuilegia renouauit, vt Rhegino lib. 2. Leoni III. imaginum effractori quod supererat in Italia ditionis, à Gregorio III. pontifice ereptum est, ait Zonaras. in Leone Isaurico. Cuius rei asperitate sic impius animus exarsit, vt reditus, quos è Sicilia, Calabriáque pontifex capiebat fisco adscripserit, ait Diaconus. Vnde in Calabria quoque Rom. pontifici vectigalia fuisse certò colligas. In hoc nostro Septemtrionis orbe, munificentia Regum in Apostolicum Patrem enituit. Anno quippe circiter 739. Inaus occidentalium Saxonum, qui & Angli dicti, Rex, regni sui agros Pontifici Rom. vectigales fecit, & in singulos focos sterlinum (hoc nummi genus est) solui voluit, qui B. Petri nummus appellatus est, ait Polydor. l. 4. histor. Angl. quo motus exemplo rex Merciorum Offa, regnum suum Apostolico patri vectigal pendere iussit. Sub idem penè tempus Lintprandus Longuobardorum Rex dono dedit, seu potiùs restituit Zachariæ Pontifici Anconam, Cumas, Sabinense patrimonium & Suttini agri vallem, ait Blondus l. 10. Decadis 1. Succedunt inde fœliciora tempora, quibus heroes illi Franci, ducésque maximi Martelli, Pipini, Caroli, Ludouici, pietatis ac fidei testimonio, Longuobardorum impetus Pontificibus insultantium fregerunt: & amplissimas opes singulari libertate Rom. Ecclesiæ attribuerunt. Vt enim alios omittam, Pipinus breuis Stephano III. reddidit exarchatum Rauennatem, & alios Ecclesiæ agros vsque ad stagna Venetorum cum tota Flaminia & Æmilia, teste Rhegin. Sigonius l. 3. Italiæ ait Pipinum 13. vrbes exarchatus Stephano dedisse, simúlque sedecim Pentapoleos vrbes, cuius pia liberalitas non Ecclesiæ Rom. finibus se tenuit, in Germaniam, Franconiámque se extulit, &

Herbi

H[illegible]nsem Episcopum ducem ac dominum eius agri effecit, ait Sigeb. viderat ille infœlicem Aistolphi Ecclesiæ vexatoris exitum, qui lapsus equo ceruices sibi ruperat, ait Sigeb. Ab illo importuno homine Stephanus pacem redimere omni ope tentarat, formulam quoque pacis conceptis verbis extorserat, Chirographo Languobardi firmatam: sed nulla fides homini fœdifrago, Ecclesiæ opes euertit, homines Deo sacros exagitat, templa diripit, agros populatur, furore & amentia præceps vbique grassatur: huius insanos impetus humana ope depellere Stephanus, vbi non potest, ad Deum confugit, supplicium populo indicit, formulam pacis à Languobardo iuratæ, sed violatæ è cruce pendentem præferri iubet, omnibus perfidiæ vindicem Deum appellantibus, cuius ira vltrix non diutiùs morata equi ferocis [illegible]cussu in ingulum ac fauces immanis beluæ inuolauit. Hæc, inquam, exempla viderat Pipinus, filioque rei memoriam à tenera ætate commendarat, qui patris vestigia premens, opes pontificias erexit, adauxit, omnibus præsidiis firmauit vt Adrianus ait, in epist. Concil. Lateran. & epist. ad Constant. & Irenem Augustos. Id temporis Spoletini & Rheatini sese, & vrbes, agrósque Pontificiæ ditionis esse voluerunt, ait Blondus l. 1. decad. 2. quæ ea accessione sic aucta est, vt aliquot annis post Leo IV. Pontifex Italia Sarracenos suis opibus & armis exegerit. Atulphus inde Rex Angliæ Inai pietatis hæres auctorem suum pia munificentia superare conatus est, agrósq; Angliæ maioribus vectigalibus Pōtificiæ sedi obstrictos esse iussit, ait Polydor. vnde atrocior est, Iacobi magnæ Britanniæ Regis iniuria, qui non modò pontificiæ ditionis in auito regno iugum excusserit, sed ipse pro Pontifice se gerat. Quid si audiat, sub Innocentio III. anno salutis 1213. Ioannem Angliæ Regem expiandæ Artusij regni hæredis, fratris filij necei, quā illi patruus immani scelere consciuerat, regnū suum nouis nominibus Rom. Pontifici deuinxisse, & in eius fidem ac obsequium agros omnes suos sponte contulisse, vnde quotannis mille Sterlinorum pondo (quas Marchas vocant) die D. Michaëli sacro ab anno 1213. ad an. 1534. bona fide persoluta esse constat, quo tempore Henricus VIII. fidei, Pontificíque nuncium remisit, séque in impiam libertatem asseruit. Quod minus mirùm videri debet cùm in illa terrarum principe Roma (600. præter propter anni abiere) Crescentius quidam Numerianus extiterit, qui Romæ dominatum inuaderet, consulem ac tribunum se gereret, Apostolicum patrem in Hetruriam conductis operis expelleret, ac subinde restitueret. In quo furiosæ tyrannidis instituto Gregorio V. Pontifice cùm persenetaret, ab Imperatore manu facta captus est, eius membra carptim vellicata, proscctáque, donec immundum spiritum laqueo efflaret, Author Nauclerus Andronico Constantinopoli Imperatore, annis abhinc circiter 400. ex tragœdiæ consceleratorum hominum nefariis opibus in Pontificem excitatæ sunt, super vrbis administratione, vt quinquaginta propè annis Pontifices Romæ vestigium figere vix potuerint, populus ad turbas facilis seditionum flabello vētilatus patricium, senatorésque vrbi præfecerat, summum imperium Apostolico patri eripuerat, ea pertinacia, vt Innocentium II. Celestinum II. ad mortem penè compulerit. Lucium II. vulneribus iacentem ac semianimem pessimè habuerit, Eugenium III. Alexandrum III. Lucium III. vrbe expulerit, Vrbanum III. Gregorium VIII. exterminarit, donec inter Clementem III. ac populum conuenit, vt senatoribus auctoritas sua firmaretur, patricij nomen, quia grauius erat, tolleretur, eius loco præfectus institueretur: omnis ætas sua monstra tulit, suos etiam Hercules ad interitum ac perniciem monstrorum habuit, qui nunc vtinam Dei concessu exsurgant, & immania illa portenta vel opprimant, vel quod optabilius est in meliùs reforment, vt Ecclesia Dei pacem, qua diu caruit, otiúmque demum frui possit: sed è diuerticulo in viam redeamus. Otho I. Imperator concilio Rauennensi Ioanni XIII. Pontifici Rauennensem exarchatum, qui deductus in controuersiam fuerat, ratum, firmúmque, & cætera sedis Apostolicæ priuilegia fixa esse voluit. Henricus III. Imperator Leoni IX. Pontifici Rom. Beneuentum vrbem attribuit. Tempore belli sacri à Gothofrido suscepti Mathildis Comitissa omnia sua patrimonio B. Petri addixit. Anno salutis circiter 1140. Sicilia Petri patrimonium appellari cœptum est, quod Adrianus Pontifex Guilielmum Siciliæ Regem in Ecclesiæ opes immaniter grassantem communione piorum prohibuisset, omníque sacramento subditos exsoluisset, quo terrore perculsus Guilielmus, in gratiam cum Adriano rediit, à quo vtriusque Siciliæ Rex coronatus est, ipsique beneficij memor, in fidem ac obsequium Pontificiæ sedis vtramque Siciliam contulit. Horum omnium auctores Platina, Blondus, Sigonius, Crantzius l. 6. c. 16. Mathildis cuius meminimus donatio (ea Rogerij Siciliæ principis vxor, vt Conradi regis filia fuit) Marchiam Anchonitanam & Apuliam complexa erat, quæ licet omni iure firma, validáque esset, eam tamen Otho IV. Imp. in controuersiam vocauit, quo nomine ab Innocentio III. cœtu piorum exclusus est, & per causam illius notæ Fridericus II. Othone pulso ad imperium euectus. In Gallia nostra Carolus pulcher primus omnium Apostolico patri decimas attribuit, quem

D anno

anno 1353. Philippus Valesius imitatus, eius pietatis officiis Apostolicam sedem promeruit, vt Ecclesiæ Rom. singularis ac summus in bello dux ac protector ab ipso Pontifice sit electus, quo titulo insignis est in eo fœdere, quod inter Henricum Comitem Palatinum, eundémque Imperatoré & Philippũ Valesium percussum est. Sub idẽ tempus Carolus IV. Imperator autem diplomate Pontifici Rom. largitiones amplissimas fecit, & vetera priuilegia omnia firma, sanctáque esse voluit. Cuius pietati gratiam Deus rependit, imperium enim ex eo tempore ad aliam gentem non transiit. Et quanquam suffragijs 7. electorum, trecentorum Principum, ciuitatúmque imperij Imperatores creantur, in ea tamen stirpe ita hæsit, vt Vvenceslaus & Sigismundus Caroli IV. filij, tum Albertus Sigismundi filiæ vir imperium tenuerint, à quo Fridericus III. Maximilianus Friderici filius, Carolus V. Maximilianus nepos, Ferdinandus Caroli V. frater, Maximilianus II. Rodolphus, & originem & imperium traxere. His rebus adducti Principes Christiani pietatem colant, Christi Domini vicario, vt par est, honorem habeant, omnésque Pontificiarum opum oppugnatores, sic Turcum in Græcia tot iam annos summo Reip. Christianæ incommodo, ac dedecore dominari non indignè ferunt. Si regum Angliæ ius à Saxonibus, Anglis, Danis, Northmannis vi ac manu toties occupatum validum esse censent, tot annorum seriem, tot Regum, Imperatorum, ac principum consensionem, tam longi temporis præscriptionem in Rom. pontifice, cuius res non vi & armis quæsitæ, sed voluntate principum ac populorum non exigentibus delatæ sunt, valere patiantur.

CASAVBONI VERBA.

DIATRIBE VIII.

POst expectatam per tot sæcula reformationem in capite & membris toties promissam, nunquam præstitam, reperti sunt ad vltimum qui patientiam rumperent, & ad veritatem ex intimo pectore anhelantibus duces se præberent.

Bene est, Casaubone, quod Pontificem Rom. Ecclesiæ caput agnoscis. Ita decuit hominem, in quo maximus animi candor, & plurima veterum patrum lectio est. Sed non video quam in capite Ecclesiæ reformationẽ desideres. Aut enim in fidei decretis peccat, aut in vita & moribus: in fidei decretis caput Ecclesiæ peccare nouum, inauditum, absurdum est, cùm Christi Domini ad Petrum verba sint, rogaui pro te, Petre, ne deficeret fides tua: & Paulus dixerit, Ecclesia columna est, & firmamentum totius veritatis. Tantum abest, vt Romanus pontifex in rebus fidei peccet, vt conuersus fratres, si lapsi fuerint, erigere, labantes & animi incertos firmare, ac constituere iubeatur. Egregiè Theophylactus ad hæc verba, tu Petre conuersus bonum exemplum pœnitentiæ eris, qui cùm peccaueris, iterum receperis principatum omnium, & præfecturam. καὶ πάλιν τὰ πρωτεῖα πάντων, καὶ τὴν τῆς οἰκουμένης ἐπιστασίαν λαβόντα. B. Ioan. Chrysosto homil. 55. in Matt. ὁ Χριστὸς ἀνθρώπῳ θνητῷ πάντων τῶν ἐν τῷ οὐρανῷ τὴν ἐξουσίαν ἐνεχείρισε, τὰς κλεῖς αὐτῷ δούς. Christus homini mortali omnium quæ in cœlo sunt potestatem tradidit, dans ei claues. Leo serm. 3. de S. Petro, pro fide Petri propriè supplicatur tanquam aliorum salus certior sit, si mens principis victa non fuerit. I. Chrysost. ibidem, καὶ ἄνθρωπον ἁλιέα πέτρας πάσης ἀπέφηνε στερρότερον τῆς οἰκουμένης πολεμούσης ἁπάσης, & hominem piscatorem omni petra facere firmiorem, cùm ab vniuerso orbe oppugnaretur: κορυφαῖον πάντων, ibidem vocat verticem omnium. Si in vita & moribus peccat, homo est, humani à se nihil alienum putat. Habet in oculis veterum exempla Pontificum, qui pro fide Christi sanguinem fuderunt, habet sanctissimum Cardinalium Senatum, habet Sacerdotem à sacris confessionibus, habet viros pios à concionibus, à quibus moneatur, habet conscientiam fodientem, habet Deum cognitorem, ac vindicem. Ipse pontifex, quem caput esse agnoscis, de patriarchis, Primatibus, Episcopis, Sacerdotibus, vt membris capiti subditis, cognoscere, statuere, animaduertere debet, ægra sanare, tabida rescindere, omnibus mederi. Illi verò, quos ais anhelantibus ex intimo pectore, ad veritatem se duces præbuisse, quid aliud egerunt, quàm vt Ecclesiæ statum labefactarent, eternorum & armorum incendia per Europam vbique excitarent, fidei sanctissima documenta conuellerent, Christi verbis fidem abrogarent, Deo cultum B. Mariæ Dei parenti, & sanctis Martyribus honorem eriperent, Ecclesias & altaria incenderent, Sanctissimum Christi Corpus in Eucharistia commendatum proterent, ritus omnes à patribus acceptos, ac cerimonias proculcarent, omnem denique fidem ac religionem abolerent: & mihi tu eos ad veritatem anhelasse dices, qui veritatem omnibus machinis oppugnare aggressi sunt.

CASAVBO

CASAVBONI VERBA.

DIATRIBE IX.

CErtum est diuinitùs fuisse illos excitatos, si nihil aliud, certè ad hoc vnum efficiendum, vt qui supremum in Ecclesia dominium, & plenitudinem potestatis sibi vindicabant, tandem si potè euigilarent.

Imò sua illa defectione perfecerunt, vt nouæ, inauditæ, intolerabiles in Polonia, Germania, Flandria, Gallia, hæreses disseminarētur, vt vestis Christi inconsutilis dissueretur, vt oues Domini poculo erroris inficerētur, Britanniæ magnæ incolæ à corpore Christi diuellerētur, rudis & imperita plebecula vbiq; in fraudē induceretur. Indignū facinus clamas pontificem Romanū non in spirituali modò negotio, verū & in ciuili, totius orbis principatum sibi vindicare. Itàne verò, Casaubone, fraudē hanc pontificiam annotasti? quibus è libris, quibus Ecclesiæ decretis, quibus historiis hoc sibi ius pontificē asserere clamas? Omnino longè aliter experiuntur Christiani orbis principes, qui suo iure in imperio, ac libera Repub. nulla pontificis interpellatione vtuntur. parū, mihi crede, Casaubone de pontifice quæsisti, parum didicisti. Vis vno verbo tibi os illud alioqui eruditum obstruam: tantùm abest, vt Apostolicus pater vnus ac singularis sit in ciuili negotio terrarum omnium dominus, vt ne ipse quidem Christus (si hominem intuetis) vel Iudææ ipsius Rex, ac Dominus in re ciuili fuerit. Quanquam enim Dauidicæ stirpis fuit, non tamen à Salomone, sed à Nathano oriundus. Iechonias enim improles, Hieremia teste c. 22. ecquid in sacris literis audisti Dominum Pilato dicentem: Regnum meum non est de hoc mundo. Psal. 2. Ego autem constitutus sum Rex ab eo prædicans præceptum eius. Quid putas sibi velle illa, Matt. 22. Reddite Cæsari quæ sunt Cæsaris. Et Sedulij hæc,

Hostis Herodes impie, Christum venire quid times?
Non eripit mortalia, qui regna dat cœlestia.

Quod si Christus Dominus ciuile orbis imperium ascribere sibi noluit, quis dubitat, minus esse consentaneum, vt Apostolicus pater hoc sibi ius adscribat: nec enim moror homines in scholis contentiosos, qui hoc nostro sæculo Pontifici recusanti, neç agnoscenti ius illud suis scriptis astruere conati sunt. At, inquies, Bonifacius VIII. orbis imperium sibi vindicauit, & Philippum pulchrum Franciæ Regem, nouo illi & inaudito imperio minus æquum, communione piorum regnique iure abdicauit; alia, bone vir, eius notæ causæ fuit, quæ meliùs tacetur quàm explicatur. Certè in rebus spiritalibus quilibet Episcopus regum dignitate superior est. Gregorius Nazianzenus oratione 17. Quid autem vos Principes, & præfecti, lex Christi vos subiicit meo imperio & tribunali. Nam & nos imperamus, & maius imperium gerimus nisi quis dicat spiritum carni fasces submittere oportere, & cælestia terrestribus cedere. Idem ad Iulianum pet æquatorem: Oues, ne pastores vobis subiicite, neque supra vestros limites vos efferte. Sufficit enim vobis si bene pascimini: ne iudicate iudices, neque leges ponite legislatoribus. Non enim Deus est dissensionis, sed pacis & ordinis. Ne igitur quis esto caput, qui nondum pes existit, sed vnusquisque, in quo vocatus est ordine maneat, licet meliori loco sit dignus. Ne quis imperare appetat cum periculo, cui licet sine periculo parere, & sequi, nisi quis dicat cœlestia contineri à terrestribus. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, quæ sunt Dei Deo, Cæsari tributum, Deo timorem. Certè plerique omnes Theologi docent iure diuino Rom. Pontificem directè nullius loci Dominum ciuilem esse, quod id genus Domini Christus respuerit. Quæ tamen Ecclesiæ commoditates vel promoueri longius, vel à periculo defendi debent, indirectè per caussam fidei dominatam in orbem Christianum habet, & vt opportunitas Ecclesiæ exigit de rebus ciuilibus eorū omnium, qui Christum colunt, cognoscere potest. Quid enim aliud indicat illa Domini verba, Pasce oues meas. Etenim si Christiani Reges in ouibus numerantur, pastorem audiunt, & eum in pascua sequuntur, arietes si luxuriant, si cornibus petunt, hibisco compescuntur, aut ab aliis segregantur: pastoris eæ sunt partes, non modò vt gregibus pabula prospiciat, vt lupos ouilibus arceat, sed etiam vt arietes petaces loco moueat, aliósque gregi ducendo præficiat. Lupi sunt hæretici, arietes ij qui regnis ac imperiis præsunt, quos Pastoris est vel arcere, vel castigare. Hæc non nupera est opinio nostrorum hominum ingenio reperta, sed veritas auctoritate Patrum testata: sic enim Ambros. ep. 33. veteri iure à sacerdotibus donantur imperia, non vsurpantur. Et Petrus Cluniac. l. 6. ep. 29. quamuis Ecclesia non habeat Imperatoris gladium, habet tamen super ipsos Imperatores imperium: quæ verba caue sic accipias, vt Pontificem directum orbis Dominum dici putes, Idem enim Ambrosius Imperatorem in ciuili negotio Do-

minum,& Ecclesiasticos agros vectigalibus regiis obnoxios non infitiatur. Sic enim ille orat. de tradend. basil. si tributum petit Imperator non negatur, agri Ecclesiæ soluunt tributum. Quo tamen onere Iustinianus Ecclesiam liberam esse voluit l.sancimus, c.de sacrosanct. Ecclesiis. Certè natura ita cōparatum est, vt inferiora superioribus, minus digna dignioribus seruiāt, & ad eorum vtilitatem se commodent. Atqui ciuilia bona cælestibus inferiora nemo dubitat, qui corpori animum, terræ cælum, mortalibus immortalia, falsis vera, periculosis tuta, securáque anteponenda esse arbitretur. Vnde consentaneum est ciuilia Spiritalibus seruire. Quemadmodum enim homo duabus è partibus coniunctus est, anima & corpore, ita duabus è partibus Respublica Christi componitur, Ecclesiastica & ciuili. Bruta quidem animantia ratione non aguntur, sed impetu naturæ, in iisque corporis vis, ardórque dominatur, in homine suos motus corpori natura tribuit, ea tamen est animæ corporisque coniunctio, vt efferentes sese corporis appetitiones animus ratione coërcere, cupiditatibúsque frænum inijcere possit. Ita & Respublicæ dari possunt, quæ religione nulla vinciantur, sed omnia ciuilibus negotiis tribuant, ferarúmque more nullo Dei, nullo sui sensu æuum degant. Aliæ sunt vbi cum religione & pietate, publica res conspiret, eóque vinculo vtræque inter se teneantur, vt humana diuinis, terrena cœlestibus cedant, & sibi leges à religione dictari patiantur. Animi imperio, corporis obsequio magis vtimur, ait ille, vt animus corpore potior est, ita Ecclesia ciuili magistratu antiquior. Illius est regere, huius regi: illius coërcere, huius coerceri, quo humana diuinis seruiant, & illorum obsequium ad salutem obsequentium referatur. Hoc argumento Gregorius Nazianzenus populum vim Imperatoris timentem confirmat, & ciuilibus minis Ecclesiæ scutum opponit. Sic exaudiendus est Bernardus lib. 1.de considerat. Habent (inquit) hæc infima & terrena Iudices suos, Reges & Principes terræ, quid fines alienos inuaditis: sed aliud est incidenter excutere in ista, aliud verò incumbere istis quasi dignis tali, & talium intentione rebus: non igitur partes illæ sunt Pontificis, vt in rebus temporariis, ac ciuili negotio passim auctoritatem suam interponat, quod ab eius instituto alienissimum videtur. Quà tamen Ecclesiæ periculum imminet, ex proiecta Reipublicæ administratione, munus eius est, vt has etiam partes attingat, & in exortu suo pestem opprimat erumpentem. Quod vt luce clariùs esse videas, sic habeto cùm humana omnis beatitudo ad æternam illam beatitudinem vt ad suum finem referatur, magistratus omnes ciuiles spiritalibus magistratibus inferiores esse, si quando hæc duo magistratuum genera eiusdem Reipub. partes sint. Quis autem non videt, Christianam hanc Remp. è Regibus ac Pontificibus, ciuilibus & spiritalibus negotiis veluti legitimis partibus componi. Cùm autem in omni corpore membrum alterum ab altero pendeat, & omnia membra vim suam ab vno trahant, haud vtique diffitendum est, cùm pontificiæ partes regiis longè digniores, ac opportuniores sint, vbi maxime res animæ agitur, ibi Pontificis imperium audiendum esse, etiamsi non sine summo Reip. ciuilis incommodo, commoditas illa spiritalis & Ecclesiæ fœlicitas constitui possit. Adde quod Resp. Christiana numeris omnibus absoluta esse debet, qui necessariò adhibendi sunt, vt finem suum consequatur. Etenim si vel in leuissimis actibus confessum illud est, eas tum demum partibus omnibus expletas, cumulatásque diei, cum suo iumento, suísque opibus finem suum adipisci quæque possunt. In Rep. Christi vt nihil ei desit, quis non videt idem admittendum? Quis autem putet Remp. Christianam numeris omnibus expletam esse, nisi ciuilium rerum aliqua immutatione res suas fœliciùs proferre queat; & suam illam animi beatitatem securiùs procurare? Sed huic quæstioni locus alius est, ad institutum redeamus, & de reformatione tua cogitemus.

VERBA CASAVBONI.

DIATRIBE X.

SI spes illorum non esset elusa, qui aliquam saltem tolerabilem ab eo reformationem exigebant, certum est non fuisse res religionis in retuum erupturas.

Reformationem sæpe inculcas, Casaubone, & sæpius eandem respuis: Vnde, amabo te, reformatio commodiùs péti potest, quàm è conciliis veteribus, Lateranensi, Florentino, Tridentino, quibus omnia si quæ fuerant, vulnera Ecclesiæ abundè sanata sunt. Quid ad reformationem vtiliùs quàm tot Pontificū sanctissima decreta, epistolæ, edicta quæ manibus omnium teruntur, & salutis suæ studiosis virtutis officia commendant. Quid opportunius, aut sanctius, edictis illis æquitatis ac prudentiæ plenissimis, quibus Alexander III. Innocentius III. & IV. Gregorius IX. Bonifacius V. & ne nimius sim, cæteri Romani Pontifices prolapsos hominum

minum more erigere, proiectam fidei ac pietatis disciplinam constituere, religionis sensum hominum animis inserere, discordias sopire, pacem tota Europa fouere conati sunt. Quanto caritatis igne accensi ab omni memoria Principum controuersias æquissimis iudiciis disceptarunt, populos in officio continuerunt, proteruos ac contumaces pro imperio coercuerunt, Christianum orbem sanctissimis legibus deuinxerunt. Inde nimirum factum est, vt vno omnium penè gentium consensu Pontifices, si quæ inter Christianos Reges iurgia existerent, si quæ animorum & armorum contentiones, belli pacisque arbitri eligerentur. Anno millesimo trecentesimo sexagesimo quinto eo fœdere quod inter Carolū V. Franciæ Regem, & Carolum Regem Nauarræ percussum est, Pontifex æqui bonique disceptator est electus. Idem Philippi Augusti Franciæ, Richardique Angliæ Regum aliquot ante sæculis controuersias vtriusque voluntate composuerat. Hoc nostro sæculo Clemens VII. in fœdere quod inter Franciscum I. Galliæ, & Henricum VIII. Angliæ Reges ictum est, Pontifex arbiter pacis est adscriptus. Paulus III. eo fœdere quo Galli Germanique inter se conciliati sunt Massiliæ, & Suessionibus arbitrium omnium controuersiarum in se recepit. Fœdere quod inter Philippum Longum Philippi pulchri filium, & Flandros sancitum est, contentiones, si quæ natæ essent arbitrio Pontificis, permissæ sunt, ascriptúmq; fœderi, nisi Rex Franciæ Pōtificis auctoritati ac decreto paruisset, eius vt subditi religione Sacramēti soluerentur. Meritò itaque seruatū id est ab vltima penè antiquitate, vt à Regibus omnibus Christi cultoribus ad Pontificem Rom. prouocare, cúmque arbitrum ac iudicem summum appellare ius esset. Quod & statuitur causa 2. c. ad Romanū, & Hostiensis ostendit c. cùm Ioannes, de fide instrumentorū, vsque adeò vt Pontificis integritati ac prudentiæ Regum ac gentium consensu datum sit, vt immunitates alicuis subditis, & priuilegia vel inuitis principibus dare possit c. clericis, c. quia nulli de immunitate Ecclesiæ. Ipsi Imperatores Germaniæ quo die inaugurantur apud Archiepiscopum Coloniensem iureiurando firmant se Pontifici morem in omnibus, in quibus pietas & Dei cultus agitur, esse gesturos. Hoc iure iam olim Pontificis auctoritas munita est non ab homine quæsito, sed à Christo Domino accepto, qui Petro summum ius in vniuersum gregem attribuit, qui claues cœli permisit, & vt ligaret, exsoluerétque plenissimum imperium dedit.

Qui Ecclesiam non audierit sit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus ait ipse. Ius itaque illud à Deo profectum est, quod hominum ingenio incrementum accipere non potest. Sed vnde id natum, inquies, quod ad oscula pedum manuúmque Reges ac Principes admittunt, qui fastus homine Christiano indignus, à quo Christus Dominus, eiúsque discipuli abhorruerint. Ne sæui, quæso te, magne vir, sed te ipsum audito. Meministi te exercitatione XV. dicere honorem hunc olim Sacerdotibus omnibus, maximè verò Episcopis habitum, vt laici vltrò illis ad pedum oscula procumberent. Quod si probasti in aliis, quid causæ esse potest, cur in Romano Pontifice non probes? Magnum est, fateor, eò deuenisse Pontificis amplitudinem, vt ad eius pedes Imperatores procumberent, vestigia exoscularentur, sed id pium, id ab infima antiquitate petitum ostendo, si prius hoc de te quæro, durum ne videri debeat honores Regi exhiberi solitos, eique status ac solennes, in vicarium eius ac legatum, haud vtique legati ipsius, sed Regis obseruantiæ studio conferri: non indignum esse opinor fateberis. Atqui non inficiabere Rom. Pontificem imperantis Dei vicarium esse, in quem si confertur honos, in Deum ipsum, cuius nomine exhibetur, redundare putandus est. Passus est Elisæus Sunamitidem ad pedes suos prouolui 4. Reg. 4. Nabuchodonosor ad Danielis pedes procubuit: hic enim mos adorantium fuit, Daniel. 2. Alexander Magnus ad Iaddi pontificis Hierosolim. pedes profusus est, vt historiæ produnt: quam speciosi pedes euangelizantium pacem ait Esaias 52. fœlicia certè oscula, quæ pedes Apostolicos salutent, per quos pax in vniuersum orbem delata est. Actor. 4. 5. ad pedes Apostolorum pretia ex agris venditis confecta deponuntur. Actor. 10. Cornelius ad pedes Petri accidit. In vita Clementis Pontificis hæc habentur. ὁ σισίννιος φίλος ὢν νερύα πιστεύσας τῷ θεῷ ἥψατο τ͂ μακαρίων ἐκείνων τ͂ πατριάρχου ποδῶν, Sisinnius Neruæ familiaris credidit in Deum, & beatos Clementis pedes exosculatus est: & paulò pòst, χριστιανοὶ οἱ ἐν λατομίαις ὄντες, τῷ κλήμεντι προσελθόντες μετὰ δακρύων, καὶ τ͂ ἁγίων ἐκείνου ποδῶν ἁψάμενοι: Christiani, inquit, in metalla damnati, ad Clementem accedentes cum lacrymis sanctósque pedes eius attinentes & complexi. Quem morem caue putes ab Imperatorum fastu desumptum. Primus enim omnium pedes suos, genuáque præbuit ad oscula Caligula, tū Maximini filius, denique Diocletianus. De Caligu. Dio, τοῖς πλείστοις τ͂ βουλευτῶν, ἢ τ͂ χεῖρα, ἢ τ͂ πόδα προσκυνεῖν ὤρεγε: id est, Caligula plerisque Senatoribus aut manum, aut pedem osculandū præbebat. Mos ex eo fortè an ortus, quod prisca superstitio deorum pedes aut manus osculabatur, cúmque sanctos illos viros Petrum, Clementem, Cletum, numinis penè loco haberent, eorum manus pedésque adorarunt. Cic. in Verrem, Os

Diis venerabundi osculamur, aut manus, aut pedes. Osculatio enim adorationis genus fuit, Lucret.

——————Tum portas propter ahenas,
Signa, manus dextras ostendunt attenuari
Sæpe salutantum tactu, præterque meantum.

Guainas Tyrannus Chrysostomum legatum excipiens τὴν ἐκείνου δεξιὰν τοῖς ὀφθαλμοῖς προσέθηκε, ait Theodoret. l. 5. hist. id est, dextram eius ad oculos suos adduxit, filióque ad sacra eius genua admouit. Apud Suidam Leontius Antiochenus Eusebię Cōstantij vxori roganti vt se inuiseret respondit, Has leges tibi dico, vt Episcopis auctoritas sua integra sit, è solio tuo descendas, obuiámque mihi procedas, καὶ τὴν κεφαλὴν ὑποκλίνῃς ταῖς ἐμαῖς χερσί: caput, inquit, meis manibus subiicias. Ambros. de dignit. sacerdot. c. 2. Regum colla submittuntur genibus sacerdotum, & exosculatis eorum dexteris. August. de verbis Apost. serm. 17. ad Ecclesiam curris, Episcopum videre desideras, ad eius pedes volutaris. Valentinianus Imperator obtestabatur Episcopos, vt Mediolani eum eligerent Episcopum, cui ritè caput submittere posset, vt Theodoret. lib. 4. c. 5. Paulinus in vita Ambrosij ait, cum puerum sorori suæ auersam manum ad oscula Episcopi titu, & augurio præbuisse. Philippus Imperatorum primus Christi fidem amplexus est. Is reuerenter ad Flauiani Rom. pontificis pedes se prouoluit. Anno Salutis 538. Iustinianus magnus ad Agapeti Pontif. pedes accedit, vt prodit Nauclerus. Iustinianus II. Constantino pontifici pedes exosculatus est. Regino l. 2. ad eaudem humilitatem descendit Pipinus Breuis, & in Stephano Pontifice Christum reueritus ad pedes eius osculum admouit. Sanct. Anseluius l. 1. Collectaneorum, Carolus Magnus Adriano, & Stephano II. Henricus IV. Benedicto III. Crescentius Romæ consul Ioanni 17. Fridericus I. Alexandro III. Sigismundus Imper. Constantiensi concil. Martino V. Albertus & Ioannes palæologi Florentino concil. Eugenio IV. pedes exosculati sunt, narrante Platina, quem reuerentiæ cultum ætate nostra Carolus V. Imp. regésque Galliæ & Angliæ Alexandro pontifici præbuerunt. Constantinus Magnus stratoris munus apud Syluestrum pontificem obiit; & eius equi arrepto fræno Apostolicum patrem Lateranum vsque deduxit, Si photio fides in Nomocanone. Græca sic habent, καὶ κρατοῦντες τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου αὐτοῦ διὰ τὸ προσκυνῆσαι, καὶ τὸ φόβον τοῦ ἁγίου πέτρου στράτορος ὀφφίκιον ποιήσαμεν. quod & à pipino, Caroloque cum filio, Stephano & Adriano pontificibus præstitum esse nostræ historiæ loquuntur. Agnoscebant illi Deum in homine, pastoríque honorem exhibentes, in grege se numerari testabantur. Illa enim pedum ac genuum amplexatio supplicem animum, & parentem, iam ab heroum temporibus indicauit. Vnde apud Homer. Iliad. vlt.

Χερσὶν ἀχιλλῆος λάβε γοῦνα, καὶ κύσε χεῖρας
Γουνοῦμαι σ' ἀχιλεῦ.

Manibus Achillis genua cepit, & genua osculatus est: genua tua amplector Achilles. Hac querela non contentus, Indignè fers, quod pontifici Romano gladius vterque, & aliis Episcopis iurisdictio non tantùm illa spiritalis, sed etiam ciuilis animaduersio, gladiíque potestas attributa sit. Ego verò indignissimè fero Casaubonum virum eruditissimum id fugere quod neminem paulò humaniorem fugiat, qui gentium penè omnium eam consuetudinem fuisse nouerit, vt sacerdotibus iudicia committerentur. Deut. 17. iudicium capitis in pontifices collatum, quibus si abessent, Leuitæ iudiciis præerant, quæ non nisi duobus Leuitis assessoribus exerceri poterant, ait Iosephus l. 4. c. 8. ἑκάστῃ δὲ ἀρχῇ δύο ἄνδρες ὑπηρέται δεδόσθωσαν ἐκ τῆς τῶν λευιτῶν φυλῆς. lib. 4. Reg. 3. 2. Paralip. 19. Iosephus lib. 9. Ἰωσαφὰτ κατέστησε καὶ ἐν τούτοις κριτὰς ἐκ τῶν ἱερέων καὶ τῶν λευιτῶν. In curia sapientum apud Hebræos, quæ hacamim dicta, sacerdotes & Leuitæ principem locum tenebant, ait Rabbi Maimon l. 3. Druidæ olim in Gallia iudiciis præfuerunt, quorum antistes veritatem lapide expressam è collo suspenderat ait Ammianus, quod idem Diodor. Siculus lib. 2. Ægyptiis tribuit. ait enim, ἐν αἰγύπτῳ ἀρχιδικαστὴς ἔχων τὴν ἀλήθειαν ἐξηρτημένην ἐκ τοῦ τραχήλου, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπιμύσαντα, καὶ βιβλίων αὐτῷ παρακειμένων πλῆθος: id est, in Aegypto iudicum Antistes habens veritatem è collo suspensam oculis conuenientem, maximamque librorum ante pedes copiam. Subiungit postea ἀλήθεια ζῴδιον ἐστὶ τῶν πολυτελῶν λίθων ἐκ χρυσῆς ἁλύσεως ἐξηρτημένον. Veritas, inquit, signum est è lapillis summi pretij compositum, quod ex aurea catena pendet. Qui ritus ab Hebræo Pontifice desumptus, in Pædaliis Indica gente mos idem tenuit, vt ait Nicolaus de moribus, vbi qui in populo prudentissimus fuit, is rei diuinæ operabatur, vnámque à Diis iustitiam expetebat; eius verba sunt, ἐν παιδαλίοις ἰνδικῷ ἔθνει ὁ συνετώτατος τῶν παρόντων κατάρχεται τῶν ἱερῶν, αἰτεῖται δὲ ἀεὶ παρὰ τῶν θεῶν οὐδὲν ἄλλο πλὴν δικαιοσύνης: ætate nostra in Turcis, qui Muphti dicitur, id est, summus Pontifex, is iudicia obtinet olim Caliphas ipsius Mahometis locum tenuit, Sultanísque

nisq; omnibus ac præfectis ius dixit, religionum interpres, & summus rei diuinæ procurator, ac vnicus Pontifex. Maiorum nostrorum ætate Campson Ægyptius apud Agurenos omnes, & Mammaluchos eo loco fuit, à Selymo vita, magistratúque motus. Persa Sophus, ipse summus superstitionis suæ doctor, ac interpres, suum Mupthi qui iudiciis præsit, apud Tauris vrbem habet. Apud Reges Fessanum, Caroanum, Telmessanum, Marochium in Africa Pontifex iudicia moderatur, sicuti & apud Tartaros in vrbe Smarchanda. Sed vt in populo Christi versemur, Ecclesia controuersiarum omnium disceptatrix ipso Domini ore constituta est, Mat.18. Certè 1.Corinth. 6. Christianos Paulus arguit quod è suis vnũ aliquem iudiciis non præficerent. Concil. 3. Carthag. c. 9. Sacerdotibus causarum cognitio datur. Constantinus Imper. iudicium & iurisdictionem Episcopis mandauit, ait Niceph. l. 7. c. 76. Idem voluit à ciuili iudicio ad Episcopos prouocari posse, Sozemeno narrante l. 1. cap. 9. Theodosius maior potestatem omnibus fecit, vt à foro ciuili contestata lite ad Ecclesiasticum forum confugere possent, quod & ab Arcadio & Honorio fratribus sancitum est, l. si quis ex consensu. c. de episcop. audientia nec minorem Episcopis quàm præfecto prætorio in iudiciis attribuunt auctoritatem. Iustinianus nouel. 123. §. Si quis contra monachos & clericos à necessitate iurisdictionis ciuilium magistratuum liberos esse declarat. Idem statuit Carolus Magnus in constitutionibus: quod iam olim solenne fuisse discas ex Augustino ep. 162. Ambrosio epist. 78. ad Theophilum, concil. Mileuita. c. 13. quæ quidem omnia cum auctoritate Dei nitantur, & ab ipso Christo Catholicæ fidei parente profecta sint, eam vim habere debent, vt ab hominibus minus piis quàm peruicacibus in controuersiam vocari non possint. Hoc igitur arctè tenemus Pontificum potestatem, non hominum ope & ingenio ad eam amplitudinem ascendisse, sed à Christo Domino ductam, adauctam, exaggeratam esse, Principes ac Imperatores id egisse, vt ab iniuria hominum ius diuinum integrum esset. Pontificis, inquies, ambitus in aliis fortè ferendus, sed in hoc intolerabilis quod se supra totius Ecclesiæ concilium esse contendit. Grauis accusatio fateor, & apud Theologos diu multúmque agitata, sed quæ Christi Domini verbis stare debeat: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Petrus Ecclesiæ caput est, Imperator imperij ac populi, sed non vna vtriusque est ratio. Imperator ita populi caput est, vt tamen ordinibus populi conspirantibus inferior sit, quod ius illud capitis à populo ipso acceperit. Ius autem capitis in Pontifice Romano non ab homine, sed ab ipso Deo constitutum est, cuius edicta, decretáque hominum arbitrio rescindi, mutari, minui, restringiue non possunt, vnde sequitur Pontificem Romanum ita caput Ecclesiæ esse, vt ex Dei instituto, reliquo Ecclesiæ corpore nobilius, superius, eminentius sit. Quare Ecclesia si locum in vnum conueniat, ratione sui corporis in vnum congruentis nullum ius singulare & eximium habet, sed ratione capitis, quod corpori vndique coniuncto præest, cùm eius imperium à Deo fundatum sit monarchicum ac singulare. Concilio certè Chalcedonensi act. 3. prius appellatur Pontifex, quàm concilium nemine reclamante. B. Leo epist. 84. ad vnam, ait, Petri sedem vniuersalis Ecclesiæ cura confluit, vt nihil vnquam à suo capite dissideat. Nicolaus primus epistola ad Michaëlem ait, sedis Apostolicæ iudicium omnibus maius à nemine fore retractandum. Gregorius II. epistola ad Leonem Armenium, Constantinus, inquit, Constantis filius ἔγραψεν ἐνωμότως ἡμῖν, καὶ λέγων ἡμῖν ἐδίωκεν ἀποστεῖλαι ἡμᾶς χρησίμους ἀνθρώπους, ἵνα γένηται οἰκουμενικὴ σύνοδος, καὶ ὅπως μὴ συγκαθεσθῶ αὐτοῖς ὡς βασιλεὺς, καὶ ἐξουσιαστικῶς λαλήσω, ἀλλ' ὡς εἷς ἐξ αὐτῶν, καὶ καθὼς συμβιβάσονται οἱ ἀρχιερεῖς ἐκβιβάσω, καὶ τοὺς καλῶς λέγοντας δεξόμεθα, καὶ τοὺς κακῶς λέγοντας ἐκδιώξομεν, καὶ θεοῦ χάριτι ἀπεστάλαμεν, καὶ μετ' εἰρήνης ἐγένετο ἡ ἕκτη σύνοδος. Scripsit ad nos iuratus, & nos per literas rogauit, vt mitteremus viros idoneos, vt fieret Synodus generalis œcumenica, promisit se non cum illis sessurum, ac loquuturum cum imperatoria potestate, sed vt priuatum hominem, & quod ab Episcopis fuerit probatum se probaturum, & bene sentientes admissurum, malè sentientes repudiaturum, & Dei gratia viros idoneos misimus, & sexta synodus cum pace habita est, vnde agnoscas conciliis præfuisse Romanum Pontificem per legatos suos, non item Imperatorem. Occurres sat scio, Casaubone, dicésque, ab Othone primo concilium Romam indictum, vt Ioannes XII. Pontificatu pelleretur, & loco eius Leo VIII. sufficeretur. Ea Synodo Ioanni vitio datum est, quod horarias preces non recitaret, signo crucis non se muniret, vt prodit Linthprandus, lib. 6. c. 7. respondebo, id temporis Imperatores in Italia, Germaniáque omnia iura diuina & humana miscuisse, & intolerabili barbarie in capita Pontificum, quos arbitratu suo vi, & armis instituebãt, destituebãt sæpè esse grassatos: vnde reperti tũc tẽporis Põtifices ab Imperatoribus per vim & iniuriam obtrusi, quorum vita, mores, instituta parum in commune probarentur, inter illa dissidia Ioannes XII. Leone VIII. pulso Pontificiæ sedi restitutus est. Benedictus V. mortuo Ioanne XII. à Romanis contra Leonem VIII. lectus sedit. Symmachius Papa vir

sanctissimus, anno 1 0 c. semel in Synodo Roman. per causam schismatis causam dixit, eámque probauit, tribus deinde aliis Synodis Romanis in schismate postulatus, causam dixit, & obtinuit, non quasi consilio inferior esset, sed quia ius suum in schismate Episcopis exponere debuit. Tenendum igitur est, quod Lateranensi Concilio sub Alexandro III. definitum est, in Romana Ecclesia cùm aliquid specialiter constituitur Pontificis auctoritatem sequendam esse, nec superiorem appellari posse, cum Pontifice nemo superior sit Lateranensi concilio sub Leone primo, solus Rom. Pontifex super omnia concilia dicitur auctoritatem habere. Ephesina Synodo pag. 160. in fronte epistolæ, quam Episcopi qui Constantinopoli erant, ad Synodum Ephesinam scribunt, hæc verba leguntur, ἐπιστολὴ παρὰ τῶν εὑρεθέντων ἐν κωνσταντίνου πόλει ἐπισκόπων, ἀποδοθῆναι τοῖς ἁγιωτάτοις ἐπισκόποις πατράσι, κελεστίνῳ, κυρίλλῳ, ἰουβεναλίῳ, καὶ πάσῃ τῇ καθ' ἡμᾶς ἁγίᾳ, καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, Epistola ab Episcopis qui Constantinopoli reperti sunt reddenda sanctissimis Episcopis patribus Celestino, Cyrillo, Iuuenali, & omnibus qui nobiscum sentiunt, sanctæ & œcumenicæ Synodo, primus appellatur Celestinus Romanus Pontifex, qui tamen Synodo non intererat, nec Ephesi, sed Romæ tunc agebat, pag 176. καὶ ἐπαινέσαντες τὸν θεοφιλέστατον τῆς μεγάλης ῥώμης κελεστῖνον πρὸ τῆς ἡμῶν ψήφου κατεγνωκότα τῶν αἱρετικῶν δογμάτων νεστορίου, καὶ πρὸ ἡμῶν ἐξενεγκόντα τὴν κατ' αὐτοῦ ψῆφον, & laudantes Celestinum Deo carissimum magnæ Romæ Pontificem, qui ante nostram sententiam condemnauit hæretica dogmata Nestorij, & ante nos aduersus eum sententiam tulit, pag. 191. legati Romani Pontificis Ephesum missi dixere Cyrillo cùm Apostolicæ literæ offerrentur, κελευσάτω ἡ ὑμετέρα μακαριότης τὰ προσενεχθέντα ὑμῖν γράμματα τοῦ ἁγίου, καὶ μετὰ πάσης προσκυνήσεως ὀνομαζομένου πάπα κελεστίνου τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἐπισκόπου ἀναγνωσθῆναι, ἐξ ὧν γνῶναι δυνήσεται, ποίαν ἔχει φροντίδα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν, iubeat vestra beatitudo, vt literæ quæ vobis allatæ sunt à sancto, & cum omni adoratione nominando Papa Celestino Apostolicæ Cathedræ Episcopo legantur, ex quibus vestra beatitudo cognoscere poterit, quantam curam gerat omnium Ecclesiarum. Cyrillus dixit, literæ acceptæ a sanctissimo sanctæ Apostolicæ Ecclesiæ Episcopo Celestino legantur cum honore qui ei debetur. Legati dixêre, solenne est vt literæ Apostolicæ Cathedræ in primis latinè legantur: vbi mihi nota, quemadmodum Romanorũ Imp. literæ nisi latinè non recitabantur; ita etiam datum id esse Pontifici Rom. vt propter Sacerdotij Apostolici amplitudinem imperatoria maiestate digniorem, eius literæ latinè legerentur, cũ priùs auditores capita detexissent: cùm recitata esset epistola Celestini ad Synodum in hæc verba, misimus ad vos legatos nostros, qui actis concilij interessent, & ea, quę iam antè à nobis definita sunt, explicabunt, & expedient, quibus assensum præbitum iri à vestra sanctitate non dubitamus, omnes Episcopi exclamarunt, αὕτη δικαία κρίσις, νέῳ παύλῳ κελεστίνῳ. hoc iustum est iudicium, nouo Paulo Celestino multos annos Celestino custodi fidei vnus Celestinus, vnus Cyrillus, vna fides Synodi, firmus Episcopus Cæsareæ dixit, & antea Celestinum typum præscripsisse ac formam per literas suas quam in Synodo patres sequerentur, καὶ πρότερον ψῆφον ἐπέθηκε, καὶ τύπον τῷ πράγματι ὁ ἀποστολικὸς, καὶ ἅγιος θρόνος τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου κελεστίνου διὰ γραμμάτων. Legatus Papæ dixit, gratias vobis ago quòd cùm recitarentur vobis literæ Sancti & Beati Papæ nostri. sancta membra sanctis vestris vocibus, sancto capiti & sanctis vestris exclamationibus attulistis. Non enim ignorat vestra beatitudo, quod caput totius fidei, & Apostolorum est B. Petrus Apostolus. τὰ ἅγια μέλη ταῖς ἁγίαις ὑμῶν φωναῖς, τῇ ἁγίᾳ κεφαλῇ, καὶ ταῖς ἁγίαις ὑμῶν ἐκβοήσεσιν ἐνηνόχατε· οὐ γὰρ ἀγνοεῖ ἡ ὑμῶν μακαριότης ὅτι ἡ κεφαλὴ ὅλης τῆς πίστεως, ἡ καὶ τῶν ἀποστόλων ὁ μακάριος πέτρος ἀπόστολος. Et quia caput fidei, ac conciliorum omnium est Petri successor Romanus Pontifex, ideo sæpè factum, vt à concilijs qui se læsos arbitrabantur summum Pontificem appellarent. Athanasius Episcopus Alexand. & Paulus Patriarcha Constantinopol. à Concilio sedis honore spoliati Iulium Pontificem appellarunt, & ab eo in integrum restituti sunt. Sozomen. l. 3. c. 7. Flauianus Episcopus Constantin. à Concilio Ephesino 2. ad Leonem Pontificem Rom. prouocauit, vt ipse Leo docet, epist. 25. ad Theodos. eundem Theodoretus Cypri Episcopus à Concilio Ephesino damnatus appellauit, vt liberatus Breuiar. cap. 12. Ioannes Chrysostom. Synodi decreto exul, Innocentij Pontificis opem prouocatione interposita, implorauit, vt patet ex epist. Chrysostomi ad Innocentium. Ariminense Concilium Constantij Imperatoris auctoritate Arianos muniens, rogatu Basilij ab Episcopo Rom. irritum factum est. Basilius in epist. ad Athanasium, errare quippe Concilia & labi, nisi iudicio & auctoritate Romani Pontificis confirmentur, possunt, ab eóque rescindi ac improbari, quod de Concilio Ephesino 2. ostẽdit B. Leo ep. 24. 25. ad Pulcheriam Imperatricem, cuius hæc verba sunt: Cõsensiones Episcoporum repugnantes regulis Canonum apud Nicæam conditorũ in irritum mittimus, & per auctoritatem B. Petri generali prorsus definitione cassamus. Damasus Ariminense

conci

concilium improbauit, Leo decretũ quoddam concilij Chalcedonensis irritum pronuntiauit, vt est in epist. Damasi ad Episcopos Illyrici & Leonis ep. 63. Agatho Pontifex in epist. quam ad Imperatorem scripsit, affirmat, se legatis suis, si discesserint à mandatis, quæ ipse præscripserit, fidem ac auctoritatem derogaturum. Gelasius epist. ad Episcopos Dardaniæ, Nicolaus ep. ad Michaëlem indicant, Concilia non esse ante rata quàm Pontifex Rom. ea probarit. Dices, Concilij Basileensis Patres decreuisse Pontificem Concilio inferiorem. Verùm hoc Concilium legitimè quidem inchoatum est, sed finis eius ab ordine legitimo abhorruit: decretum autem illud Pontifices, Eugenius, & Leo X. improbarunt. Iterum obiicies, concilio Constantinensi Ioannem XXIII. Gregorium XII. & Benedictum XIII. magistratu esse pulsos, electúmque Martinum V. Sed occurro cauillationi, asseróque Concilium id temporis legitimo Pontifice caruisse, quasi capite multarum, ideoq; in iis quæ fidem spectant errare potuisse, non in eligendo Pontifice. De Iurisdictione Pontificis, edictis, legibus, decretis quod nonnulli obiiciunt, eam vim non habere, vt homines mortiferi peccati periculo obstringere possint, tibi, cæterísque, vel inscitia, vel sæculi vitio peccantibus hac in parte satisfactum esse cupio. Non solus, fateor, in eo errore es, nec id ius solus in dubitationem vocas. E viris eruditione claris nonnulli iam pridem extitere, qui ius illud Pontifici controuersum facere conarentur: nam & Ioannes Gerson 3. parte lectione 4. de vita spiritali, in ea est sententia, vt arbitretur, Pontificis potestatem, eo vsque modo proferri, vt obligare periculo mortiferi peccati in his tantum possit, quæ iure diuino vel præcepta, vel vetita sunt, quasi sit ea tantùm Pontificis potestas, vt interpretari ius illud diuinum queat, non nouum constituere. A quo libenter audiam Matthæi ne 22. vbi dicitur, quæ Cæsaris sunt, Cæsari reddenda, de iure diuino agatur, an de vectigalium solutione, quæ iure ciuili statuuntur. Paulúsne Rom. 13. de iisdem loquatur, & ea lex ab Ecclesia lata, vim suam obtineat, mortalísque peccati periculo obstringat. Meritò igitur in alia omnia saniores Theologi iam olim discessere: omnibus suffragiis Gersonis sententia damnata est, si prisci temporis memoriam reuoces. Sic enim illa sancta Theologorum canities definiuit, 2. dis. 44. & D. Thomas 1. 2. q. 96. n. 4. Franciscus à victoria relectione 1. de potestate Ecclesiæ 4.3. quibus auctoribus illud sanctè, firmitérque tenendum est, posse summum Pontificem leges ferre, quibus nouum ius constituatur, quod singulariter sacris illis instrumentis ac iure diuino non sit comprehensum: cùm enim id iure diuino præcipiatur, vt Ecclesiæ piæ matri fidem ac obedientiam præstemus, eiúsque pastoribus morem geramus, in iis quæ Dei legibus non aduersantur, illud vtiq; consequitur, vt Pontifices, ipsaque Ecclesia ius nouum constituere possint, legi Dei consentaneum, cuius necessitas peccati mortiferi periculum iis, qui non paruerint, afferat. Ioann. enim 2. Christus Dominus his verbis suos appellat; Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Vbi Chrysostomus suum, ait, eis relinquit ministerium. Theophylactus, meum, ait, suscipite opus. Christi autem opus in eo vertitur, vt leges condere possit. Cyprianus l. 4. epist. 9. illud; Qui vos audit, me audit, ad Apostolos, eósque, qui vices eorum gerunt, trahit: sed Actorum 15. disertè id significatur his verbis: Visum est Spiritui sancto, & nobis, nihil vltro vobis imponere oneris, nisi hæc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis. Animaduerte necessaria vocari, quæ Pontifices, cæterique Ecclesiæ pastores imperant, quare necessitas nobis imponitur, vt illa teneamus. Ibidem dicitur, Paulus pertransiens ciuitates præcipiebat eis custodire præcepta Apostolorum & seniorum: vides & præcepta esse, & necessaria esse. Ideò Chrysost. homil. 33. in Acta: Video, ait, breuem epistolam, neque epicheremata, nec syllogismos habentem, sed imperium. Illud præclarè Tertullianus in Apologet. c. 9. propterea suffocatis & morticiniis abstinemus, ne quo sanguine contaminemur, vel intra viscera sepulto. Contaminari, ait, mentem sanguine, qui Idolis immolatus fuerit, quia lege seniorum id vetitum esset: quod præceptum id temporis qui violasset, dubium non est, quin mortali peccato contaminaretur, cùm Augustin. ep. 154. huic rei fidem astruat, his verbis: Aut certum est esse idolothytum, aut certum non esse, aut ignoratur. Si ergo certum est, licet tibi fame sit moriendum; melius Christiana virtute respuitur. Si autem vel non esse scitur, vel ignoratur, sine vllo conscientiæ scrupulo in vsum necessitatis assumetur. Potiùs ergo moriendum est, quàm peccati mortiferi macula suscipienda, præcepto Apostolico violato, cuius rei vel in quadragesima exemplum tibi ponitur, de qua cùm ab Apostolis præcepta sit Ambrosius sermone 37. ita loquitur: In totum non ieiunare quadragesimam sacrilegium est, ex parte violare peccatum, & quidem id mortiferum, ideo concilio Gangrensi c. 29. cœtu piorum prohibentur, qui indicta ieiunia nulla necessitate soluunt. Deuter. 17. Facies quæcumque dixerint qui præsunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te secundum legem eius, sequerisq; sententiam eorum: qui autem superbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, ex decreto iudicis

to iudicis morietur. Ac ne forte putes illa verba sic exaudienda, vt controuersiæ tantum in interpretatione diuini iuris exortæ Pontificis arbitrio permissæ sint. Accipe quæ præmissa erant eodem loco: si difficile & ambiguum iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicum inter portas tuas videris verba variari, Sacerdotes indicabunt tibi iudicij veritatem. Dices fortasse de legis interpretatione, non de iure ciuili locum illum accipiendum. Bellum verò perfugium: Quis nescit lege Mosis ciuile ius esse comprehensum, & eius intelligentiam a Sacerdotibus petendam, ad quos ipsius legis verbis prouocatio data est? Quis nescit ad vrbium portas, apud Esaü & Iacobi nepotes ius reddi solitum inter priuatus, vt ex libro Iob, veterique instrumento competimus? Et tamen oppressi iudiciis illis ciuilibus, Sacerdotes appellabant, quibus qui non paruissent in eos capite animaduertebatur. At capitis pœna in sacris literis nunquam nisi mortifero peccato irrogatur. Ethnicus est, qui Ecclesiæ non paret; at opinor, Ethnicum nemo contumacem a mortifero peccato integrum esse dicet. Adde quod lex ciuilis obstringere nos necessitati lethiferi peccati possit, vt & imperium patris in filium 1. Petri 2. Subiecti estote omni creaturæ propter Deum; hæc est enim voluntas Dei. Rom. 13. non solùm propter iram, sed & propter conscientiam. Qui potestati resistit, sibi damnationem acquirit. Quod si morti æternæ addicitur qui ciuili potestati non paret, qui summo gregis Dominici pastori obedientiam, fidémque non præstat, eò grauioris noxæ reus erit, quò res spiritales ciuilibus & caducis digniores, grauioresque habentur: qua tamen in re ita viri prudentes ac pij statuunt, eam legem Ecclesiasticam mortalis peccati periculum imponere non parenti, quæ ius diuinum peccati mortiferi periculum denuntians continet, vel aliquid in re graui lethiferi peccati periculo sancit. Addūt ne summū quidem Pontificem de leuei legem ferre posse, quæ necessitatē peccati mortiferi non parentibus imponat. Docet Alphonsus à Castro lib. 1. de potest. legis pœnalis c. 5. Licèt enim Deus in re leuissima possit hominibus vinculum peccati lethalis inijcere, quod eum fecisse arbitramur in primo illo præcepto, quo parentes hominum è luto rubro fictos ab esu pomi deterruit, post lapsum tamen hominem, non est verisimile Deum præceptis de re leui & friuolatia necessitatem mortiferi peccati alligasse, ait Bernard. l. de præcepto & transgressione. Cùm autem à Pontifice lex lata est de re grauiori, quæ tamen ad ius duntaxat humanum pertineat, non illico sequitur peccati lethalis piaculum esse contractum, nisi Pontificem id voluisse, liquidò constet. Constare autem non potest, nisi voluntatem suam super ea re Pontifex aut voce apparuerit, aut verbis conceptis in lege expresserit, cuius generis sunt illa, sub peccato mortali, sub priuatione gratiæ, vel indignatione Dei Omnipotentis, & Apostolorum Petri & Pauli, obtestatione diuini iudicij, interminatione gehennæ, maledictione æterna, in virtute sanctæ obedientiæ, & cæteris huiusmodi, quæ decretis Pontificijs subiungi solent. Hoc ampliùs de voluntate pontificis constat, ex pœna, quæ legi additur: cùm enim ea est vt de gradu deiciantur, dignitate ac sacerdotio spolientur, humatio vel absolutiu negetur ei, quem non pœniruerit, aut communicatione piorum excludatur, ea res peccati mortalis argumento est. Sed alio nos telo petunt, qui tecum sentiunt. Edicta, inquis, omnia pontificum id vnum agunt, vt suæ ipsorum potestati nouos in dies cumulos addant, Sacerdotibus & Ecclesiis priuilegia, nouásque immunitates tribuant, non vt prolapsos hominum mores in melius reforment: parcius ista non vsquequaque illiteraris aut stupidis obiicere debuerant. Legisti vnquam Gratiani decretum? Gregorij IX. Decretales? Bonifacij VIII. librum sextum, cæteráque pontificum edicta? vtique si legisses in iis viuam, ac spirantem iustitiæ imaginem expressam cerneres, omnes Reip. Christianæ partes sanatas, principibus vitæ rationem impertatam, populo fidei, morúmque regulam ascriptam, foro ciuili, spiritalíq; suos terminos singulari disciplina ac moderatione fixos animaduerteres, vt qui afflatum Dei non hic sentiat, ille mihi nihil sentire videatur. Quis autem Sacerdotum immunitati sanctissimis illis edictis optimè consultum iure succenseat, cùm Iosephus ipse iuta Ægyptijs describens Sacerdotes à cultu Dei alienos onere vectigalium exsoluerit, & à Pharaonibus amplissimas opes eis prospexerit, cùm Deus ipse sacrificulos ac Leuitas suæ sortis hæredes effecerit, eósque decimis, cæterisq; priuilegiis, quæ sibi ipse præceperat, ac reseruarat, donarit, vt Leuitico sæpè significatur. Adde quod ab ipsis fidei Christianæ initijs non defuere conscelerati homines, qui pietate Sacerdotum, & patientia ad suum luxum abuterentur, quorum vt impijs conatibus medicina fieret, sanctiones ferri oportuit, quæ diratum obnuntiatione perditos homines à nefarijs concilijs, & vi Sacerdotibus afferenda deducerent. Dices, opinor, in omnibus iudicijs appellari pontificem posse indignum est, cùm id sine magistratuum ciuilium iniuria fieri non possit. Imò verò dignissimum & æquissimum est, vt ij omnes qui se iniquis iudiciis oppressos sentiunt, ad eum confugiant, qui communis omnium parens, & pastor est, maximè vbi ius Ecclesiasticum & spiritale

ſpiritale indiſceptationem venit. Cauſas enim ciuiles ad Pontificem appellationibus trahi adhuc inauditum eſt: quod tamen ſi fieret, meritò fieret vt à corrupto iudicio ad integerrimum Paſtoris iudicium perfugium pateret. Nam & in publicis Regum ac Principum diſſidijs, ætate ſua Pontifices ac Epiſcopos arbitros expetitos eſſe Gregorius Turon. in hiſtoria Gallica docet. In Polonia Nomophylax & Cancellarius idem Epiſcopus eſt, & quidem Gueſnenſis. In Germania Cancellarij tres Epiſcopi ſunt, Moguntinus, Colonienſis, Treuerenſis. In Gallia numeramus 33. cùm Epiſcopos, tum Cardinales, qui Cancellarij fuerint. In conſilio Regum Poloniæ & Angliæ Epiſcopi principem locum tenebant. vt apud Sultanum Turcorum ij, qui Cadis appellantur, Pontifices in ſecretius conſilium, quod Diuianum dicitur, adhibentur. In Francia pares (ſiue patricios mauis) ſex Epiſcopi ſunt: ſed intra oleas, illud eximium eſt 3. concil. Carthaginenſ. cap. 9. quod ſuper ea re ſancitur in hæc verba. Clerici ne fora ciuilia frequentent, aut iudicium populare ſubire cogantur, cùm populi ipſius cauſas B. Paulus Eccleſiæ cognitioni ſubiiciat, Chryſoſt. l. de ſacerdotio, quartam muneris Pontificij partem in eo occupatam eſſe ait. Auguſt. in epiſt. ſæpe controuerſias decidit inter laicos, idq́; ſibi ſolenne eſſe aſſeuerat. Dices in foro Pontificio tot cauillationes, tot captiones, tot calumniæ, tot defraudationes ac rapinæ ſunt, vt longè conſultiùs ſit, ſalinam ſuam domi quam Romę decoquere. Haud equidem inficior, tabulas & cauſidicos forenſes æris ſui parcos, alieni profuſos, Romæ peræquè, atque in Gallia reperiri. Sed an conſentaneum eſt, quod à cauſidicis illis peccatur, eius inuidiam in Pontificem trahere, quo nolente, quo neſciente multa præter ius & æquum fieri neceſſe eſt. In Gallia noſtra ſanctiſſimæ leges, æquiſſima decreta, conſuetudines mirificæ integritatis ac iuſtitiæ habentur, quæ tamen rabularum auaritia ita peruertuntur, vt interdum amplius incommodi populo, quàm commoditatis ex optimis legibus afferatur: neque Regis ac legum id vitium eſt, ſed eorum quibus adminiſtratio iuris commiſſa eſt. In ſacerdotiis quæ beneficio Pontificis conferuntur, aliquid interdum fraudis intercedere non dubito, rudes homines, luxúque perditos promoueri ſcio & doleo, ſed eorum fraude fit, qui nomina Pontifici proponunt, qui teſtimonium pietatis & doctrinæ indignis dant, qui mendaciis Pontificum aures verberant, & rebus ipſis per ſe clariſſimis tenebras offundunt. Qua rerũ indignitate Eduardus Anglię Rex anno circiter 1370. adductus, pœnam indixit iis, qui Anglicana ſacerdotia, niſi per appellationem eo res deducta eſſet, à Pontifice impetrarent, ait Polydor. l. 10. Et vt è peccato peccatum nectitur, anno 1391. Regis Angliæ libertatis temerarius amor eò proceſſit, vt in publico procerum conſeſſu ſanctio lata ſit, ne quis vltra Oceanum ſacris Pontificis deuotionibus defigi poſſet, ſed eius imperium Oceano terminaretur, ait Polydor. lib 20. de Annatis illis à Pontifice indictis quod aliquis criminetur, ſi quis non iniquus æſtimator accedat, næ ille ſaxo videat, nihil vnquam æquius, opportuniúſque imperatum eſſe: bellum ſacrum in Italia, Galliaque commouebatur. Iam claſſica martiũ canebant, omnis in equis nobilitas, in armis iuuentus, belli nerui pecuniæ deerant: quid faceres in hac inopia? miſſion. in militibus dares, ſacerdotia, ſacrámque ſupellectilem venire, aut milites annona premi, bellum infectum deſeri, Chriſti Domini cunabula, crucíſque ac ſanguinis eius domicilium à barbaris vaſtari patereris. Vna ratio ſe dedit, qua bellicæ rei, nominique Chriſtiano conſuleretur, vt cum ſacerdotiorum reditus in Europa ampliſſimi eſſent, alendique exercitus partes vnus penè Pontifex ſuſtineret, vectigalia quædam ſacerdotiis imponerentur, ad ærarium Pontificis deferenda: cautum igitur, vt qui ſacerdotium conſequeretur, eius fructus qui primo anno lecti eſſent, in fiſcum Apoſtolicum cederent. Quod edictum omnium gentium penè conſenſu ſic approbatum eſt, vt illud Anglia ſola detrectarit, iugi impatiens, & tamen in amplioribus ſacerdotiis admiſerit. Vectigalis huius author Bonifacius IX. anno 1414. alij Ioannem XXII. authorem faciunt. Franciſcus Zarabella ait, Vienneſi concilio ſtatutum eſſe, vt ſublato eo vectigali quotannis viceſima cuiuſque ſacerdotij Rom. Pontifici penderetur: neque mirum cuiquam videri debet Apoſtolico patri vectigalia ſacerdotes pendere iuſſos, cùm in Leuitis ea conſuetudo renuerit, vt decimarum ſuarum decimas ſummo Pontifici quotannis præſtarent. Atqui, inquies, bellum ſacrum conquieuit? conquieuiſſe fateor: ſed noua onera emerſere, quibus Pontificis opes impares eſſe certum eſt. Anno deinde 1435. Concilium Baſilienſe habitum, Papiam quidem à Martino V. indictum, ob peſtem Senas tranſlatum, inde bellorum iniuria Baſileam, quo Concilio damnatæ ſunt annatæ, id eſt, primigenij fructus: ſed edita pragmatica ſanctio quam Carolus VII. Franciæ Rex apud Biturigas anno 1438. ratam, firmamque in Gallia eſſe voluit: quæ tamen cum piis omnibus, ipſique Pontifici grauis & iniqua eſſe videretur, à Pio II. antiquata eſt, cui Ludouicus XII. Galliæ Rex abrogationem eius eſt pollicitus: at ſenatui Pariſienſi aliter viſum, quo ſuam authoritatem interponente ea ſanctio aboleri non potuit, ait Guagninus l. 10. Leo tamen X. hoc cui-

cir, vt tolleretur, & cum Francisco I. concordata quæ vocant transegit, vt rex eligeret, pontificique nomina subijceret eorum quibus sacerdotia deferrentur.

AN IMPERATORUM FUERIT PONTIFICES ELIGERE.

DIATRIBE XI.

Libet hic tuum, & aliorum errorem reuincere, qui Roman. pontificem ab Imperatore legendum censent, eáque maximè ratione nituntur, quod Adrianus Pontifex Carolo magno de sede Apostolica bene merito ius eligendi Pontificis attribuerit, aliquot postea Pontifices ratum habuerint: & sane valeret ea ratio, si iura diuina perinde ac leges humanæ se haberent. Apud homines enim in priuilegiis à lege sæpius firmatis, & longi temporis vsu corroboratis præscriptio valet, in iure diuino præscriptioni nullus est locus. Atqui satis adhuc intellectum est, Petro Rom. Pontifici, cæterisque munus idem obeuntibus Ecclesiam ore Christi Domini concreditam, pastorum electionem attributam, cuius rei facultatem aliquam Episcopis facere, iisque finibus quibus velint, vt summi moderatores & arbitri, possunt; quia Ioan. vlt. Petrus à Christo summus pastor effectus, vniuersi gregis procurationem accepit. Quanquam enim Episcoporum iurisdictio, si genus ipsum intueris Deo accepta referri debet, siue, vt illi loquuntur, de iure diuino est, (ἐν πλάτει enim Apostoli & Episcopi à Christo instituti sunt Ephes. 4. ipse dedit quosdam Apostolos &c.) Episcopi tamen iurisdictionem suam propriè ac peculiariter vniuerso ecclesiæ pastori B. Petro, Romanisque Pontif. referunt acceptam, Augustino teste epist. 93. ad Concil. Mileuit. Arbitror omnes fratres & Episcopos nostros, non nisi ad Petrum, id est, sui nominis & honoris authorem deferre debere. Leo epist. 99. huius muneris sacramentum, ita Dominus ad omne Apostolicum officium voluit pertinere, vt in B. Petro Apostolorum summo principaliter collocaret, vt ab ipso capite dona sua velut in corpus omne diffunderet. Hæc ille piè vereque: ratio hæc est, quod Christus Dominus non nisi per caput visibile, in membra visibilia influat, vimque suam & gratiam transmittat. Eius rei quandam imaginem habemus Num. xi. vbi Mosis spiritus in lxx. seniores diuisus, cùm ad Reip. munera vocarentur: Episcopi igitur iurisdictionem suam à summo pontifice deriuant, quanquam inficias ire nolim, Episcopos tum ad occasum, tum ad ortum olim aut à populo, aut à clero, aut à Metropolitis, aut ab aliquot eiusdem prouinciæ Episcopis electos ac consecratos esse: huic enim rei fidem astruit Cyprianus l. 1. epist. 4. Theodoretus lib. Hist. 1. c. 9. l. 5. c. 9. cæterique patres vbique testantur: sed id factum assero non diuino, sed humano iure, cum Iniuria temporum consuetudo in vrbes ac populos gliscetet, principésque ac ciuitates ius illud alienum vsurparent, quod pedetentim, maximè ád occasum exoleuit vt iniquum. In Græcia, totoque oriente consuetudo hodieque retinetur, vt à Metropolitis vel Episcoporum Synodo patriarchæ cæterique Episcopi in sacrum ordinem cooptentur, indicat Zygomalas l. 1. Turco-græciæ. ὁ πατριάρχης χειροτονεῖ τοὺς μητροπολίτας, καὶ μητροπολίτης μητροπολίτην, μετ' ἐπισκοπῆς τοῦ πατριάρχου, καὶ ἐπίσκοπος ἐπίσκοπον χειροτονεῖ μετὰ θελήσεως τοῦ μητροπολίτου: id est, nostra ætate Patriarcha Constantinop. eligit, inauguratque metropolitas, metropolites metropolitam iudicio Patriarchæ, Episcopus Episcopum voluntate metropolitæ. In electione summi Pontificis hæc ratio seruata est. B. Petrus Linum, Cletum ac Clementem sibi successores designauit, Anacletus, & cæteri Pontifices vsque ac 2. schisma inter Damasum & Vrsicinum. Cleri & populi suffragiis creati sunt, ait Cyprian. ep. 52. In electione Damasi interponi cœpit imperatorum authoritas ad schisma sedandū: Valentinianus enim maior id temporis Vrsicini imperus fregit, Honorius Eulalij, Theudericus rex Gothorum in Italia Laurentij, Damaso, Bonifacio & Symmacho confirmatis. A Iustiniano magno ad Constantinum vsque 3. mos tenuit, vt non nisi permissu imperatoris Constantinop. Romanus Pontifex consecraretur. Constantinus 3. Benedicti 2. sanctitate motus in Cleri potestate ius illud esse voluit, quod per iniuriam imperatores sibi arrogasse animaduertebat, vt tyranni olim Hierosolymis. Primum omnium in Iudæa Antiochum libidine sua Pontificem creasse, deinde Herodem, & procuratores Romanos comperimus ex Iosepho: in Turcogræcia hodie Patriarchæ Constantinopolitani non tenet electio, nisi à Sultano firmata fuerit, cui supra tria Sequinorum, seu aureorum millia vectigalis nomine, quod peschesium dicitur, à Patriarcha penduntur, vt electio rata sit ait Zygomalas. Marcus Patriarcha quartus post captam à Mahomete 2 o. Constantinopolim primus mille aureos numerauit,

merauit, Dionysius bis mille, cæteri numerum auxerunt, ait idem author l. 2. Turcogræc. Adrianus Synodo Lateranensi Caroli Magni arbitrium eligendi Pontificis, vel certè confirmandi fecit. Ludouicus pius Caroli Magni filius, hoc iure volens Pontifici Cleróque cessit, 63. dist. can. Ego Ludouicus Clerus in eligendo Pontifice ius suum tenuit vsque ad Leonem VIII. qui ab Othone I. per vim electus est, & cæteri deinceps vsque ad Hildebrandum, qui Gregorius VII. fuit, & Henrico III. & IV. Imperatoribus id iuris eripuit. Deinde Henricus V. Imperator ius illud, quod Imperatorum proprium esse aiebat, à Paschali Pontifice consequitur, sed ab eodem paulo pòst ea potestate spoliatus est, vt Sigonius & Platina. Non ab re fortasse fuerit, seriem temporum ac vicissitudinem in eligendo Pontifice, Sacerdotiis principum arbitrio tribuendis, hoc loco ascribere. Quam rem & obscuram & impeditam si vestigio sequi, progressionésque eius notare potuerimus, authoritatē Pontifici suam, vt æquum est, conseruabimus. Omnium Imperatorum primus Valentinianus maior in eligendo pontifice iudicium suum interposuit, non eo quidem animo, vt sui rem suffragii faceret. Quam enim ab ea mente fuerit alienus in Ambrosio docuit, cuius electionem Episcopis plenissimè permisit, maius esse negotium testatus, quam vt ab Imperatore sustineri posset. Sed cùm in Ecclesia grauissima seditio grassaretur. Seditionis authorem coërcuit, Damaso ius suum integrum esse voluit. Ad Iustinianum vsque populus, clerúsque Rom. suo iure liberrime nulla penè ab Imperatoribus controuersia, molestiáve vsus est. Ast vbi Iustinianus Italia, Romáque potitus, à Rom. pontificibus non vsquequaque sibi morem geri, suis conatibus sæpè obuiam iri animaduertit, faciendum esse sibi statuit, vt sicuti Constantinopoli Patriarchæ nutum eius à quo electi erant intuebantur, itidem Romæ pontifices auctoritate sua vti non possent, nisi iudicio Imperatoris probarentur, vt eos sibi deuinctos, & in omnibus parentes haberet. Ad id pedem vt strueret, Syluerium pontificem Belisarij ministerio in Pontiam insulam deportauit, quòd Anthenium ab Agapeto primo solio Constantinopol. eiectum vt restitueret Theodoræ imperatricis precibus adduci non potuisset. Vigilium pontificem eodem nomine verberibus pessime acceptum necauit. Pulsis à Narsete Gothis Languobardi in Italiam irrupere, quorum impetus arceri vt posset, Longinus homo Græcus primus Italiæ exarchus ab Imperatore constitutus est, cui munus hoc additum, vt Imperatoris vicem Apostolicos pōtifices confirmaret. Quod ad Pelagium vsque secundum tenuit, qui populi, cleriq; suffragiis absque Imperatoris, aut exarchi authoritate electus est, quod id tēporis Lāguobardi Romani obsiderent. Quod factum ne durius acciperet Imperator, missus est Gregorius magnus in Græciam, qui Pelagium apud Imperatorem excusaret, eique Romani pontificis obsequium deferret. Seuerinus deinde pontifex ab Isacio Italiæ exarcho confirmatus, idque non sine pecuniis quas eo nomine pater Apostolicus Imperatoribus, aut exarchis numeraret. Constantinus tamen Pogonatus hoc onere solui pontifices voluit, pecuniásque Agathoni pontifici remisit, quæ per vim ac iniuriam electionis iure extorquebantur, ait Sigebert. Demum Constantinus III. authoritatem Imperatoris in creando pontifice interponi vetuit, & populo, cleróque ius integrum permisit, vt Sigebertus, Platina, Blondus, Sigonius. Naucletus, ait Benedictum II. à Constantino Pogonato impetrasse, vt non expectato ipsius vel exarchi Rauennensis consensu pontifex Rom. à clero & populo electus statim proclamaretur. Hoc iure vsi sunt ad Carolum vsque magnum qui ad imperium euectus, non victoriæ lege, (nec enim Italiam, sed Languobardos domuerat, vt Italia libertate frueretur) at iure ac nominatione Ecclesiæ, in gratiam Apostolici patris, vt eius quasi dextera esset, eúmque à vi Græcorum, Sarracenorum, Languobardorum, & si qui fortè tyranni exorirentur, defenderet. Tum verò transactum est, ea de re cum Nicephoro Imperatore Græco authore pontifice, negotiúmque Carolo Magno, Irenes, ac deinde Nicephori voluntate confectum. Imò parum abfuit, quin nuptiis Irenes, & Caroli conciliatricibus, orientis occidentisque imperia in vnum coalescerent, & Carolo Magno, summa in vniuersum orbem authoritas daretur, nisi exsectus quispiam apud Irenem gratiosus eam ab eo consilio deduxisset. Carolo igitur Magno Lateranensi Concil. gratia facta est, vt eius authoritas ac iudicium in confirmando Pontifice, cæterisque Archiepiscopis, & Episcopis intercederet: ipse ad Sacerdotia maiora, sacrásque vestituras eligeret, nominaret: idq; sub denunciatione dirarū sanctum est, ait Sigebert & apparet ex Can. Adrianus Can. in Synodo 63. dist. ei iuri nuntium remisit Ludouicus Pius, vnde Adrianus II. à populo & clero electus sine Imperatoris consensu, ait Sigebert. qui à Ludouico Pio ad Othonem I. in confirmandis pontificibus adhibitus non est. Quanquam aliquot Pontifices à clero electi in Galliam ventitarunt, vt Galliæ reges, iidem Imperatores, durius non acciperent, quod eorum authoritate minimè interposita confirmati essent. Ius enim confirmandi Pontificis Galliæ de sede Apostolica optime meritæ, non Germaniæ erat attributum Adrianus III. ad Senatum populúmque retulit,

ſolymas tenentibus indigenæ reges defuere, indigenæ Pontifices affuete: literæ ſacræ Pontificem rege ſuperiorem indicant c. 27. Numeror. vbi dicitur, imperio Pontificis Eleazari, tum Ioſue principem, tum populum vniuerſum ingredi vel egredi debere. Solomon autem non vt rex, ſed vt Propheta ſententię Dei exſecutor Abiatharum ſolio deiecit. Si quis obiiciat liberium Pontificem a Conſtantio ſolum vertere iuſſum, non equidem inficias iuerim, ſed vim fuiſſe iniurioſam aſſeret Athanaſius Epiſ. ad ſolitarios. Iuſtinianus Syluerium ſacerdotio mouit, & quidem piis omnibus reclamantibus, & impiè factum affirmantibus, vt liberatus in Breuiario c. 22. Theudericus rex Ioannem primum in carcerem compulit, ſed Arij erroribus irretitus, vt & ipſe Conſtantius: de Iuſtiniano nemo dubitat, quin Eurychis hæreſim tenuerit. Henricus 3. non eiecit ſacerdotio Gregorium VI. ſed author fuit vt ſacro magiſtratu abiret, quod via & ordine ad hunc gradum euectus non eſſet, vt Otho Friſingenſ. l. 6. c. 32. ex his liquido conſtat multos Imperatores extitiſſe qui memores beneficij, & pietatis, Romano Pontifici ius ſuum integrum ac inuiolatum eſſe voluerint, multos etiam repertos qui iura omnia diuina humanaque proculcatint, & non modo ciuili negotio præeſſe, verum & ad libidinem ſuam Eccleſiæ ſtatum conuertere, vel potius euertere voluerint: quorum impudentiam Ioannes Damaſcenus l. 1. de imaginibus inſectatur, & homines ad officium reuocare conatur Apoſtoli auctoritate dicentis ad Hebr. 13. Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis: ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris redditur: mementote præpoſitorum veſtrorum qui vobis loquuti ſunt verbum Dei. οὐκ ἐλάλησαν ἡμῖν λόγον οἱ βασιλεῖς, ἀλλ᾽ ἀπόστολοι καὶ προφῆται, ποιμένες τε, καὶ διδάσκαλοι, non vobis reges verbum Dei loquuti ſunt, ſed Apoſtoli, prophetæ, paſtores, & doctores. apud Sozomenum lib. III. c. VII. Patres dicunt, οἶδας βασιλεῦ ὅτι τὰ δόγματα τῆς ἁγίας ἐκκλησίας οὐκ ἔχει βασιλέων, ἀλλ᾽ τῶν ἀρχιερέων, οἳ ἀσφαλῶς θέλουσι δογματίζειν, noſti Rex non eſſe Imperatorum ſtatuere de ſacræ Eccleſiæ dogmatibus, ſed Pontificum, qui ſecure & tuto decernere de rebus fidei volunt. Ioan. Damaſcenus lib. 2. de imag. βασιλέων ἐστὶν ἡ πολιτικὴ εὐπραξία, ἡ δ᾽ ἐκκλησιαστικὴ κατάστασις ποιμένων, καὶ διδασκάλων. Imperatorum eſt Politica diſciplina & felicitas, Eccleſiæ conſtitutio paſtorum & Doctorum. λῃστρικὴ ἡ ἔφοδός ἐστιν, violenta & prædatoria eſt inuaſio iſta, qua Imperator Eccleſiæ dominari conatur. Herodes Ioannem ſuſtulit, & à vermibus conſumptus exſpirauit. Et modo Beatus Germanus alapis cæſus eſt, & exſilio multatus. Non id prædonis facinus eſt. Cedimus tibi Imperator in negotiis ciuilibus quibus à Deo præpoſitus es: in ſtatu Eccleſiaſtico habemus paſtores qui nobis verbum loquuti ſunt. οὐ δέχομαι βασιλέα τυραννικῶς τὴν ἱερωσύνην ἁρπάζοντα, non agnoſco Imperatorem qui per tyrannidem ſacerdotium inuadit. Principes non acceperunt poteſtatem ligandi, ſoluendi. Scio Valentem imperat. Chriſtianum dictum cum rectum fidei canonem euertere conatus ſit, quod & Zenon & Anaſtaſius fecere: non audiens ſum imperatoribus qui imperatoriis regulis Eccleſiam regere volunt, quæ traditionibus à patribus acceptis ſcriptis & non ſcriptis regenda eſt: non parebimus imperatoris edicto, quo conſuetudines à patribus acceptæ labefactantur. Non iſta ſunt patrum inſtituta à prædonibus ſunt quæ per vim fiunt: teſtis Epheſina Synodus ad hoc vſque tempus prædatrix dicta, quia manu regia per vim habita eſt, cum B. Flauianus interemptus eſt. Hæc ego fuſius aſcripſi ne quis authoritate eorũ quæ leguntur in veteribus conciliis nos oppugnet, vbi Imperatores Synodum cogere, imperare Epiſcopis, eoſque in carcerem trudere leguntur. Nam Epheſina Synodo I. pag. 178. patres concilij ad Imperatorem ſcribentes his verbis vtuntur, τὸ μὲν ὑμέτερον κράτος ἐπέταξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ περὶ τῶν δογμάτων ζήτησιν ἀκριβεστέραν ποιήσασθαι, veſtra maieſtas imperauit ſanctæ Synodo de fidei articulis diligentius videre. pag. 181. Synodus dicitur ἡ κατὰ θέσπισμα τῶν θεοφιλεστάτων, καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων συναχθεῖσα, Edicto Imperatorum qui Deo cari ſunt, & Chriſtum amant collecta pag. 183. Ioannes Antiochenus Epiſcopus à patribus Synodi arguitur, quod coacta manu Epiſcoporum irritam Synodum Epheſinam facere conatus ſit, qui debuerit reuereri ſolium Romanum, cuius authoritate Synodus celebraretur, τὸν ἀποστολικὸν θρόνον συνεδρεύοντα ἡμῖν τῆς μεγάλης Ῥώμης τιμῆσαι ὀφείλων. pag. 181. minor Cathedra nihil ſtatuere poteſt contra maiorem thronum, μάλιστα κατὰ μείζονος θρόνου, id enim Eccleſiaſtici Canones vetant. pag. 186. Cyrillus qui vices gerebat Celeſtini Rom. Pontif. vocatur κεφαλὴ τῶν συνειλεγμένων ἁγιωτάτων ἐπισκόπων. caput Sanctorum Epiſcoporum qui conuenerant. In Chronographia Theophanis ratio cogendi concilij exponitur cum primum Neſtorius hæreſim ſuam diſſeminare inciperet, ὁ τότε Κύριλλος γράφει τῷ πάπᾳ Ῥώμης τὰ περὶ Νεστορίου· τότε Κελεστῖνος γράφει Νεστορίῳ ὁρίσας αὐτῷ ἡμερῶν δέκα προθεσμίαν ἵνα παύσηται βλασφημίας, καὶ μετανοήσῃ, ἐπιμένοντα δὲ τῇ κακοδοξίᾳ μὴ κατ᾽ αὐτὸν κοινωνικὸν ἱερέα· τότε Θεοδόσιος γράφει ὁ βασιλεὺς πᾶσι τοῖς ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐπισκόποις συναθροισθῆναι εἰς Ἔφεσον χωρὶς πάσης ὑπερθέσεως μετὰ τὸ πάσχα ὁρίσας, ὅπως οὐδεμίαν ἔχωσι πρὸς θεὸν οὐδὲ πρὸς ἡμᾶς ἀπολογίαν ὁ μὴ παρών· ὁ δὲ τῆς Ῥώμης Κελεστῖνος γράφει Κυρίλλῳ τῆς Ἀλεξανδρείας

τὸν

τ̃ αὐτοῦ τόπον ἐπέχειν ἐν τῇ συνόδῳ διὰ τὸν τῆς θαλάσσης κόπον τοῦ χειμῶνος μὴ δυνηθεὶς εὑρεθῆναι. Cyrillus ſcribit ad pontificē Rom. de Neſtorij hæreſi. Celeſtinus ſcribit ad Neſtorium vt intra decē dies poſt literas eius acceptas eiuret hæreſim,& pœnitentiam agat: quod ſi perſeuerauerit in errore, eum communione piorum excidiſſe: tunc Imperator ſcribit omnibus orientis Epiſcopis, vt ſine vlla mora Epheſum veniant poſt tēpus Paſcharis, monens neque apud Deum, neque apud ſe excuſandum eſſe eum qui non venerit. Celeſtinus pontifex Romanus ſcribit ad Cyrillum vt locum ſuum teneat in Synodo, quòd laborem nauigationis ob hyemen ferre non poſſit: omnino fatendum eſt & Conſtantinum magnum,& alios Imperatores quorum authoritate & imperio per initia nihil fuit auguſtius, cùm moniti eſſent ab Epiſcopis, maximè à Pontifice Romano controuerſias Eccleſiæ Synodo aliqua definiendas ad Epiſcopos ſcripſiſſe, vt ſtata die vel Nicæam, vel Epheſum, vel Chalcedonem conuenirent, & ſumptus, & equos miniſtraſſe, non quod iure diuino vel eccleſiaſtico ea poteſtas in illos conueniret, ſed quod eorum authoritas in imperio maior omnium Pontificum authoritate eſſet, nec iuſſa eorum quiſquam detrectaret: itaque longè facilius per eos, quàm per pontificem Romanum aut patriarchas Epiſcopi conueniebant. Verum id aſſerimus vbi Eccleſiæ debitus nitor acceſſit, & ſingulis ſuus ordo & gradus ex verbis Chriſti eſt attributus, omnes vno conſenſu in Pontifice Romano ius cogendi Concilij, & de fidei decretis ſtatuendi agnouiſſe. Certè Epheſina Synodo pag. 192. Celeſtinus Pōtifex Romanus ſcribit Cyrillo, vt ſi Neſtorius hæreſim eiurare nolit, Eccleſiæ Conſtantinopol. alium ſuo nomine præficiat, εὐθὺς ἡ σὴ ὁσιότης ἐκείνης ἐκκλησίας ποιήσηται πρόνοιαν. Gregorius dial. epiſt. ad Leonem Armen. οἱ ἀρχιερεῖς οἱ κατὰ καιρὸν ἐν ῥώμῃ διὰ τ̃ εἰρήνην καθέζοντες ἐπαλξεις καὶ τ̃ δύσεως μεσότοιχον, &c. Pontifices qui Romæ pro tempore ſedent in orientis & occidentis medio ſiti pacem commendant, & qui ante te regnarunt, hunc pacis portum habuerunt; λιμένα lego, non ἀγῶνα. Obiicis Pontificum ambitionem totam Italiam bellis ac tumultibus incendiſſe, factiones illas exitioſas Guelphorum & Gibellinorum armaſſe, Gallos, Italóſque cum Germanis implacabili diſſidio commiſiſſe. Verius dicam imperatorum tyrannide Italiam in partes abiiſſe, demúmque agitatione bellorum ita iactatam, vt ſuis penè armis conciderit. Illi enim vt ſacerdotia ſui iuris efficerent, Pontificem à ſe lectum ſibi audientem haberent, eas tragœdias excitarunt, quibus totus penè terrarum orbis concuteretur: quo tamen in armorum terrore nūquam ſatis laudari poſſe videtur Guelpho Bauariæ dux, à quo Guelphi appellati ſunt, qui patrociniū Apoſtolici patris aduerſus Henricū Friderici filiū ſuſcepit, quem in eo pago natū volunt, qui in Alemannia Gibellinus vocatur, alij autumant Guelphonem pagum eſſe in Bauaria, cuius incolæ eum Gibellini pagi incolis perpetuas rixas aluerint. Vtvt ſit, re ipſa compertum, eſt vindice ac vltore Deo peſſimè ſemper actum cū iis qui Pontificem armis exercuerint, eoque demum Imperatorum nomen deueniſſe, vt in Germania titulo ſolo & inſignibus vigeat, in Italia iure omni dominióque careat, & ab omni imperij auctoritate ſit derelictum. Niſi quis fortè maſcula prole apud Comites aliquot & duces Italiæ deficiente ad Imperatorem dominia quatundam vrbium pleno iure poſſe reuocari contendat. Nam & Mediolanenſem ducē fidem ac obſequium imperio debere volunt, & ab Imperatore veſtiturā capere, nummoſq; ſoluere, ſi quādo ſtirps mutetur, & in alium ducē ea vrbs transferatur. Ludouicus quippe XII. Franciæ rex eo nomine Maximiliano Imperatori quinquaginta aureorū millia numerauit, Sphortia totidem ſoluit Ioannes Galeacius primus ab Imperatore Carolo quarto veſtitus eſt, neque tamen dux, ſed imperii vicarius appellatus. Idem vectigalibus populares ſuos premens Imperatoris iuſſu in carcere Mutinenſis arcis diem obijt. Actius filius anno 1328. 50. millia aureorum Ludouico Bauaro Imperatori ſoluit, vt princeps Mediolanenſis appellaretur: ætate noſtra Carolus V. Imperator, quaſi maſcula proles hæres Mediolanenſis principatus deeſſet, eum in Philippum filium Hiſpaniæ regem contulit, qui eo nomine fidem & obſequium imperio præſtat. Sed hoc iuris quale quale eſt, ab illo imperij veteris ſplendore tantū abeſt, vt tenuem eius vmbram, obſcurámque imaginem vix exhibeat.

DE POTESTATE LIGANDI, ET SOLVENDI.

QVia mihi conſilium eſt omnes cauillationes tuas aduerſus Pontificem Romanum, quas variis exercitationum tuarum locis ſparſiſti hac ad epiſtolam tuam reſponſione diſſoluere, pauca quædam de poteſtate ligandi, & ſoluendi hoc loco ſubiiciam, quæ pertinent ad caput 139. Exercitationis tuæ decimæ, ad quem locum ex profeſſo de poteſtate clauium me tecum accuratiùs acturum polliceor, Hic tantum ingenuè fatebor mirari me ſatis non

poſſe

posse quod potestatem clauium, & diras pontificias risui habeas, quas deprecati sunt Theodosius, Arcadius, & sexcenti alij Principes, qui pietatis studiosi notam hanc omni vulnere duriorem existimarunt, non modò cùm à Romano Pontifice, verùm & cùm ab Episcopo & Sacerdote minorum gentium inureretur. Exempla Philippi, Theodosij, Arcadij, aliorúmque proferrem, nisi ea in oculos tuos, imo in voculas & sannas incurrerent. Verè tamen dicam, expertum esse, quid in illa exsecratione esset roboris, quid periculi Nantinus Comitem impium Sacerdotum oppressorem sub Childeberto Galliæ rege, qui ab Heraclio Episcopo dira deuotione defixus repente se viuum ac videntem ignibus ab Heraclio admotis vri conquestus est, & in eo eiulatu subita morte concidens corpore sic atrato fuit, quasi de cælo tactus esset, narrante Gregorio Turonensi lib. 5. cap. 35. Histor. Franc. Moguntinus Episcopus Othonem patrem innuptis nuptiis operantem piorum consortio mouit. Hic in ipso templi aditu quo rei diuinæ causa adibat subitò cohorruit, & toto corpore tremēs in humum prolapsus occubuit, ait Nauclerus 3. volum. gener. 34. Otho Brandeburgensis princeps immanitate ac lasciuia commeritus est, vt Ludolphi Episcopi dirarum interdicto defixus à canibus suis laceraretur. Apud Zygomatam in Turcogræcia Patriarcha Mahometi dixit, ἐὰν οἱ ἀρχιερεῖς ἢ ἱερεῖς χριστιανῶν ἀφορίσωσι εὐλόγως, οὐ διαλύεται ἐν τῇ γῇ, ἀλλὰ μένει τὸ σῶμα αὐτοῦ ἀδιάλυτον. Quemcumque Episcopi, aut Sacerdotes Christiani cœtu piorum merito mouerint, is terra conditus non dissoluitur, sed corpus eius tumens, & horridum indissolutum manet. Eius rei luculentum exemplum affert, quod vide, si tanti esse putas. Tertullianus lib. de pudicitia c. 14. vocat hoc ecclesiasticæ censuræ genus, extra Ecclesiam dari, de Ecclesia auferri, Sacramento benedictionis exauctorari, ab Ecclesia eierari, c. 20. de Ecclesia eradicari, extra Ecclesiam proiici. Ibidem absolui vocat, dedamnari, recipi, in communicationem, reuocari in Ecclesiam, concorporari rursus Ecclesia. Absoluere, postliminium largiri Ecclesiasticæ pacis. Chrysostomus orat. de Babyla. Babylas, inquit, Philippum à quo Gordianus occisus, ὡς ἀνδράποδον εὐτελές, καὶ οὐδενὸς ἀξιόλογον, οὕτω τῆς ἐκκλησίας ἐξέβαλε μετὰ τοσαύτης ἀταραξίας, καὶ ἀφοβίας μεθ' ὅσης ἂν ποιμὴν πρόβατον ψώρας ἐμπεπλησμένον καὶ νενοσηκὸς τῆς ποίμνης ἀπείρξειε. Decium pro Philippo perperam posuit, vt mancipium vile & nullius pretij eiecit Ecclesia cum tanta animi tranquillitate & securitate, cum quanta Pastor ouem scabie obsitam, & morbidam ouili excluderet. Vsus est ligandi potestate, quæ Petro & Apostolis data. Cùm absoluerentur, & altari reconciliarentur pax dicebatur reddi, remissa peccatorum fieri. Augustinus lib. 3. de Baptismo c. 18. Remissam peccatorum non dabant; quæ per orationes Sanctorum, id est per columbæ gemitus, datur, quicunque baptizet, si ad eius pacem illi pertinent, quibus daturi. Non enim raptoribus & fœneratoribus diceret Dominus, Si cui dimiseritis peccata, dimittuntur ei; si cui tenueritis, tenebuntur: foris quidem nec ligari aliquid potest, nec solui vbi non sit qui ligare possit, aut soluere, sed soluitur qui cum columba fecerit pacem, ligatur qui cum columba non habet pacem. Potest igitur Sacerdos ligare, soluere, potest morbida membra secare, mortua resecare. Hieronymus ad Galat. c. 5. Igitur scintilla statim vt apparuerit exstinguenda est, & fermentum à massæ vicinia semouendum, secandæ putridæ carnes, & scabiosum animal à caulis ouium repellendum, ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat. Arius vna scintilla fuit, sed quia non statim oppressa est, totum orbem eius flamma populata est. Censura Ecclesiæ lenis, quæ contenta est morbidam ouem gregis communione prohibere. Epiphanius hæresi 22. p. 135. de Marcione, qui προσφθείρεται παρθένῳ τινὶ, καὶ ἐξελαύνεται τῆς ἐκκλησίας, ὑπὸ τοῦ ἰδίου πατρός· ἦν γὰρ αὐτοῦ ὁ πατὴρ δι' ὑπερβολὴν εὐλαβείας τῶν διαφανῶν, καὶ σφόδρα τῆς ἀληθείας ἐπιμελούμενον, διαπρέπων ἐν τῇ τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίᾳ· πολλὰ δὲ δεήσει ὁ Μαρκίων καθικετεύσας, καὶ αἰτήσας μετάνοιαν, οὐκ εἴληφε παρὰ τοῦ ἰδίου πατρός. Cum quadam virgine se corrupit, & à patre suo Ecclesia pulsus est. Erat enim eius pater propter excellentem pietatem inter claros, & eos qui vehementer veritati studebant, excellens in episcopatus ministerio. Cum Marcio multùm supplicasset, & pœnitentiam imponi sibi postulasset, non accepit à patre. Augustinus 11. quæst. 3. can. omnis. Omnis Christianus qui à Sacerdote excommunicatur, Satanæ traditur. Quomodo? Quia scilicet extra Ecclesiam Diabolus est, sicut in Ecclesia Christus. Chrysostomus homil. 61. in Matth. Ὃ ἐὰν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσαι δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ οὐκ εἶπε τῷ προέδρῳ τῆς ἐκκλησίας, δῆσον τὸν τοιοῦτον, ἀλλ' ἐὰν δήσῃς, αὐτοῦ (τοῦ λελυπημένου) τὸ πᾶν ἐπιτρέψας, καὶ ἄλυτα μένει τὰ δεσμά. &c. ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπειλὴν, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐκβολὴν, καὶ τὸν ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ κίνδυνον, καὶ τὸ ἐν οὐρανοῖς δεδέσθαι, ἡμετέρῳ φησίν. Quod ligaueritis in terra, erit solutum & in cœlis. Et non dixit, Si autem non audierit, dic præposito Ecclesiæ, ligato hunc, sed si ligaueris, el qui dolorem pertulit totum permittens. Tunc hæc vincula indissolubilia manent. Patet ergo extremis istum suppliciis esse vexandum.

ſed metuens quod minata erat Eccleſia, & ne eiiciatur, & præterea timens ne vt in terra vinctus eſt, ita & in cœlo vinciatur, eueniet, vt mitior, & moderatior fiat. Theophylactus ad c. 18. Matt. Quæcunque alligaueritis in terra erunt ligata & in cœlo. ἐὰν σὺ, φησὶν, ὁ ἀδικηθεὶς ἔχῃς αὐτὸν τελώνην, καὶ ἐθνικὸν τὸν ἀδικήσαντα, ἔσται καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ τοιοῦτος· οὐ γὰρ μόνον ὅσα λύουσιν οἱ ἱερεῖς εἰσι λελυμένα, ἀλλ' ὅσα καὶ ἡμεῖς οἱ ἀδικηθέντες, ἢ δεσμοῦμεν. Si tu, inquit, qui iniuria affectus es, habueris eum vt publicanum & ethnicum, qui te violauit, erit & in cœlo talis. Non enim tantum ea quæ ligant Sacerdotes ſunt ligata, ſed & quæ nos qui læſi ſumus ligamus aut ſoluimus, & illa ligata ſunt aut ſoluta. ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας λοιπὸν σωφρονισθήτω· ἐὰν δὲ καὶ ταύτης ἀκούσῃ, τότε ἔστω ἀποβλητος, ἵνα μὴ τῆς ἰδίας κακίας μεταδῷ καὶ τοῖς ἄλλοις. Ab Eccleſia demum caſtigetur: quod ſi eam non audierit, tunc eiiciatur Eccleſia, ne transfundat in alios malitiam ſuam. Interdum impii non tantum Eccleſiæ cœtu pulſi ſunt, verùm & capite per iudices ſæculares mulctati. Auguſtinus lib. 1. contra epiſt. Parmeniani, c. 7. loquens de Donatiſtis: Occidunt animas, affliguntur in corpore, ſempiternas mortes faciunt, & temporales ſe perpeti conqueruntur. Leo epiſt. 91. ad Turbidium cap. 1. Merito patres noſtri ſub quorum temporibus hæc nefanda prorupit, per totum mundum inſtanter agere, vt impius furor ab vniuerſa Eccleſia pelleretur. Quando etiam principes mundi hanc ſacrilegam amentiam ita deteſtati ſunt, vt auctorem eius ac pleroſque diſcipulos legum publicarum enſe proſternerent: & profuit diu iſta diſtrictio Eccleſiaſticæ lenitati, quæ etſi Sacerdotali contenta iudicio cruentas refugit vltiones, ſeueris tamen Chriſtianorum principum conſtitutionibus adiuuatur, dum ad ſpirituale nonnunquam recurrunt remedium qui timent corporale ſupplicium. Legendus eſt Auguſtinus epiſt. 50. ad Bonifacium. Eccleſia lenitate vtitur, & cœtu piorum mouere contenta eſt. Quæ tamen pœna mihi grauiſſima videtur, cum cenſuris Eccleſiaſticis obligari, nihil ſit aliud quàm Satanæ poteſtati permitti. Admonebo in Eccleſia tres eſſe cenſuras, excommunicationem, ſuſpenſionem, interdictum: tria item impedimenta, quæ non ſint cenſuræ, irregularitatem, degradationem, ceſſationem à diuinis, cap. quærenti, extra de verb. ſignif. Auguſtinus lib. 1. in epiſt. Parmen. cap. 7. excommunicationem eſſe ait pœnam ſpiritalem, per quam anima ipſa ligatur. Idem contra aduerſarios legis, c. 17. Alligatur homo amariùs & infœliciùs Eccleſiæ clauibus, quàm quibuslibet duriſſimis, & amariſſimis vinculis. In veteri Eccleſia vſus frequens excommunicationis, Theodorus Laodiceous Epiſcopus ambos Apollinares excommunicauit, vt eſt in hiſt. tripartita. Agapetus Papa Clotarium, quòd Gualterum Iuetoti Dominum occidiſſet: Vrbanus II. Philippum I. Cœleſtinus III. Philippum Auguſtum, Bonifacius VIII. Philippum Pulchrum, Seſſeonis Amanuenſis ab Ambroſio excommunicatus, à canibus laceratus eſt. Sed de ſemita in viam redeamus. Corinthium illum, quem Paulus Sathanæ tradidit, cui piorum familiaritate interdixit, in has cenſuras deueniſſe negabis. Quid illa ſibi volunt in Apoſtolorum canonibus, ἐάν τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ὑπ' ἐπισκόπου γένηται ἐν ἀφορισμῷ τοῦτον μὴ ἐξεῖναι παρ' ἑτέρου δεχθῆναι: id eſt, ſi Sacerdos aut Diaconus Epiſcopi iuſſu à piorum cœtu exulatit, hunc ab altero recipi nefas eſſe: eius pœnæ cauſam affert Chryſoſtomus, in id Pauli, voluntariè peccantibus, τὰ νοσερὰ πρόβατα ἔνδον ἀποκλείομεν, καὶ ἑτέρας μεταδίδομεν τροφῆς, οὔτε ἀέρος, οὔτε πόας, οὔτε πηγῆς τῆς ἔξω συγχωροῦντες μεταλαβεῖν τοὺς, inquit, tabidas intus occludimus, alia pabula proſpicimus, neque eodem aëre, vel herba, vel fonte cum cæteris vti patimur: ita homines contagione vitij peſtilentes à piorum conſuetudine ſegregamus. In conſtitutionibus Apoſtolicis à Clemente digeſtis eadem penè ratio affertur l. 2. c. 37. καθάπερ ἀργυραμοιβοὶ τὰ φαῦλα τῶν νομισμάτων ἀποκρίνουσι, τὰ δὲ δόκιμα οἰκειοῦνται· οὕτω καὶ τὸν ἐπίσκοπον τὰ μὲν ἄμωμα κατέχειν, τὰ δ' ἐπίμωμα ἢ ἀνιάτως νοσοῦντα ἀποῤῥίπτειν: id eſt, vt argentarij adulterinos nummos excernunt, probos admittunt, ita Epiſcopum oportet, eos, qui labe carent, retinere, eos, qui vitioſi ſunt, aut curare, aut ſi morbus immedicabilis eſt, abijcere. c. 42. monet Epiſcopos, vt non niſi cauſa cognita, iuſtóq; iudicio ſuos à grege ſemoueant, alioqui futurum vt in die Domini rationem reddant. ἐὰν δὲ ψευδὴς ἡ κατηγορία καὶ ὑμεῖς τὸ ψεῦδος προσδέξησθε ἢ διὰ προσωποληψίαν, ἢ διὰ δώρων ἐξαλλαγὴν, λόγον ὑφέξετε ἐν ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου. ἐὰν γὰρ ἑτέρους ἀδίκως καταχρίνητε, καθ' ἑαυτῶν ἀποφαίνεσθε. c. 16. eadem oui morboſæ curatio adhibetur: ἰδὼν δὲ σὺ ἐπίσκοπε τὸν ἡμαρτηκότα πικρανθεὶς κέλευσον ἔξω βληθῆναι: ſi videris, ait, Epiſcope hominem in peccato perſeuerantem, ſeueritate vſus, iubeto eum foras eiici. Hæc cenſuræ ratio in Hebræis fuiſſe videtur, cuius vmbra quædam, & imago Num. 5. Eiice de caſtris leproſum, ait Dominus. At quî nulla peccato grauior lepra eſt Ioſue. 9. Anathema in medio tui eſt Iſrael, non poteris ſtare coram hoſtibus tuis donec deleatur à te qui contaminatus eſt. In prophanorum moribus ea hæſit conſuetudo, vt miles qui ab exercitu ignominiæ cauſa dimiſſus eſſet, nec in vrbe, nec vbi Impera-

tor

t… ageret, versari posset l. 2. ff. de his qui notantur infamia. Et in oculis Christi volitabit, qui ab eius exercitu ignominiæ causa sit eiectus: illi vt plurimùm, quibus inusta est hæc macula nisi resipiscant, eò amentiæ deueniunt, vt erroribus implicati sectam aliquam impiam vel innouent, vel amplectantur. Apollinarij pater & filius, ait Suidas, συνήκμαζον Ἐπιφανίῳ τῷ σοφιστῇ, ἐν ἀκμάζοντα τότε ἠσπάζοντο· Θεόδοτος δὲ ὁ τῆς Λαοδικείας ἐπίσκοπος ἄμφω τῆς κοινωνίας ἐξη-μισαν: id est, florebant ætate Epiphanij Sophistæ, quem eloquentia vigentem id temporis amplectebantur. Theodotus autem Laodiceæ Episcopus vtrumque consessu fidelium exclusit, ἐγὼ αἱρέσιν κηρυττομένων, vnde nouam hæresim repererunt. Augustin. serm. 41. caussas affert, quibus impij consuetudine Ecclesiæ multari possunt, atque; nos autem communione quemquam prohibere non possumus, quamuis prohibitio hæc nondum sit mortalis, sed medicinalis, nisi aut sponte confessum, aut in iudicio nominatum, atque commotum: Gregorius Nyssenus hanc multam vocat ἀφορισμὸν, in sermone περὶ ἐπιτιμήσεως, id est, de obiurgatione, atque, κύριος ὁ Χριστὸς διὰ Πέτρου ἔδωκε τοῖς ἐπισκόποις τὴν κλεῖδα τῆς ἐπουρανίου τιμῆς· γίνωσκε ὅτι λυθεὶς λύσαι, καὶ δεθεὶς τοῖς ἀοράτοις δεσμοῖς κατεσφίγχθης· θανὼν γίνωσκε κεκλεῖσθαί σοι τὰ ἐκεῖ ἀφορισθέντα, id est, Christus Dominus in Petro dedit Episcopis clauem cælestis præmij. Scito te solutum esse si ab Episcopis solutus es, si vinctus es, te vinculis inuisibilibus impeditum: moriens agnosce, clausa tibi esse ea, quorum communione tibi interdictum est, & paulò pòst κἂν ἀποκλεισθῶσιν ἡμῖν ἀφορισμῷ αἱ θύραι τῆς ἐκκλησίας βλασφημοῦμεν· μὴ ἐπισκοπικῆς αὐθαδείας εἶναι τὸν ἀφορισμὸν νομίσῃς· πατρῷος ὁ νόμος παλαιὸς τῆς ἐκκλησίας κανὼν ἀπὸ τοῦ νόμου: si clausæ nobis fuerint interdicto Ecclesiæ portæ, blasphemamus, somúsque in Deum contumeliosi: ne putes exsilium hoc à duritie Episcopi ortum, patrita lex est, & ex lege regula Ecclesiæ vetus. Plura è patribus Latinis Græcísque congererem, nisi alij hoc onere me leuassent. Habes, opinor, satis, vnde noris exilium illud ac interdictum à Christo latum, ab Apostolis imperatum, à patribus vsurpatum, ab impiis suo malo neglectum.

CASAVBONI VERBA.

EX EADEM EPISTOLA.

NOn iam vt olim Episcopi electi trans Alpes currere, & suam confirmationem vi pecuniæ ingenti à Papa redimere necesse habent: non ampliùs pallij ius auri pondere magno est illis emendum.

Fœlicitatem magnæ Britanniæ in eo ponis, in quo suam T…ci, Persæ, Arabes, Tartari, Sinæ, Scythæ, & aliæ gentes innumeræ, à Christi Domini fide alienæ potiori … suam … ponere possunt, quorum sacrificuli trans Alpes currere, & suam confirmationem vi pecuniæ ingenti à Papa redimere necesse non habent: non pallij ius auri pondere magno ab eo emunt: fœlicitate, studio, ingenio Britanniæ tuæ incolis pares sunt; diras exsecrationes eius, qui ligandi, soluendi potestatem à Deo accepit, non metuunt, quadragesimæ ieiuniis non se macerant, Cruci Domini nullum honorem habent, sanctorum cultum repudiant, sacras imagines auersantur, purgatorium ignem, quod καθαρτικὸν, & κολαστικὸν Basilius appellat, ignorant, illi sicut & tu, sacrificium corporis Christi, missásque refugiunt, cælibatum & castitatem pro nihilo ducunt: denique & studiis tibi, tuísque simillimi sunt, & cùm Britanniæ magnæ incolis paria faciunt, sed in illos mitiùs agetur quàm in te & tuos, quia lumine illo carent, quo tu, tuíque, illustrati estis, gratiam sacri Baptismatis, & efficientiam ignorant, tu cùm omnia tibi abundè ad salutem suppeditent, vltrò tenebras amplecteris, & à veræ fidei lumine te segregas. Quæro de te an oues suas Christus Dominus pascendas Petro commiserit, an in grege Christi censendi sint ij, qui à pastore vltrò refugiunt, qui ad eius vocem obsurdescunt. Oues meæ, ait Christus, vocem meam audiunt, tu regem tibi pastorem, non sacerdotem, non Christi vicarium, non Petri successorem habes: qui Ecclesiam non audierit, sit tibi tamquam ethnicus, & publicanus, ait ipse. Ecclesiam non audis, eius dictata respuis, & publicanum ac ethnicum esse te non sentis. Ecclesia non est, inquit Hieronymus, quæ non habet sacerdotes. Vbinam sunt sacerdotes in Anglia, qui sacro ære quotidie Domini corpus conficiant? Episcopi tui, & canonici, à quibus missi, à quibus manuum impositione consecrati? Quomodo prædicabunt, si non mittantur? Hilarius cùm Diaconus de Ecclesia recesserit, solusque vt putet turba sit mundi, neque Eucharistiam conficere potest, Episcopos & Presbyteros non habens, & cùm iam homo mortuus sit, cum homine pariter interiit & secta, quia post se nullum clericum Diaconus potuit ordinare. Ecclesia autem non est, quæ non ha-

ber sacerdotes ait Hieronym. in Lucifer. Cedant hæretici origines Ecclesiarum suarum, euoluant ordinem Apostolorum suorum, ita per successionem ab initio decurrentem, vt primus ille Episcopus aliquem ex Apostolicis viris habuerit auctorem. Hoc enim modo Romanorum Ecclesia Clementem à Petro ordinatum refert, ait Tertul. lib. de præscript. Numerate sacerdotes vel ipsa sede Petri, & in ordine illo patrum, qui, cui successerit, videte. Ipsa est petra quam non vincunt superbæ inferorum portæ: Tua illa fœlicitas, bracteata, & suppurata est, de qua Lucretius Epicuri discipulus, Doctor tuus oppido gloriatur, qui se Dei metum ex hominum mentibus excussisse ait.

Primus Graius homo mortales tendere contra
Est oculos ausus, primusque obsistere contra,
Quem nec fama Deum, nec fulmina, nec minitanti
Murmure compressit cælum. ———

Age verò, de regno Angliæ vectigali Pontificibus Romanis ex mera Regum pietate quod quereris, si magnæ Britanniæ Rex officiorum memor, quæ plurima in eum contulisti, vectigale aliquod oppidum tibi in perpetuum fecisset, & eo pleno iure ac quieto per aliquot annos vsus esses, deinde filius eius per vim illud tibi præriperet, an æquo animo ferres, an factum probares? Tuus ille Britanniæ Rex Pontifici Romano vectigalia longa possessione firma præripuit, & ne ad rationes vocaretur, iugum & terreni & spiritualis imperij ceruicibus excussit, & audes facti patrocinium suscipere, quod præter ius & æquum fieri omnes agnoscunt. Sed in tua illa Lucretij ac Epicuri fœlicitate vt lubet exulta. Deus vindex homines scelere exsultantes coërcere amat.

OMNES EPISCOPOS EX ÆQVO CHRISTI VICARIOS NON ESSE.

DIATRIBE XII.

IN XV. tua Exercitatione, tenes, arctéque defendis, omnes Episcopos ex æquo Christi vicarios esse, neque Petro potestatis ampliùs, quàm Iacobo, neque Romanis Pontificibus ampliùs esse iurisdictionis, quàm Ephesinis, Antiochenis, Mediolanensibus Episcopis, quia Dominus in omnium os insufflarit, dixeritque: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Item, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Equidem non Episcopos modò quod tu vis, sed etiam quosuis sacerdotes in Eucharistiæ consecratione noxæ remissione Christi vicarios ex æquo esse non dubito. At si iurisdictionem spectas, longè aliter res habet. Episcopi enim à Pontifice quasi capite ita pendent, vt iurisdictionem ab eo omnem mutuentur. In ouium enim numero sacerdotes & Episcopi censentur, pastorisque nutum obseruare, & eius imperio parere debent. Hieronymus l. 1. in Iouianian. c. 14. at dicis super Petrum fundatur Ecclesia, licet id ipsum alio loco super omnes Apostolos fiat, & claues cuncti regni accipiant, & ex æquo Ecclesiæ fortitudo solidetur: tamen propterea ex XII. vnus eligitur, vt capite constituto schismatis tollatur occasio epist. 99. pontificis Romani sacerdotium appellat summum Omnium, inquit, penè iudicio summo sacerdotio dignus decernebar. Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus potestatem clauium Pontificis Romani supra cæterorum Episcoporum potestatem tantùm eminere ait, vt meritò Romę quotannis claues argenteas adorandas populo proponi asseuerer. Sic enim ille ad Leonem Armenium, μεμάθηκα δὲ ὅτι ἐν Ῥώμῃ καὶ τὰς κλεῖς τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων πίστεως διὰ τιμῆς ἄγουσι, καί τοί γε ὁ κύριος οὐχ ἁπλῶς αὐτῷ δίδωσι αἰσθητὰς, ἀλλὰ τὰς διὰ λόγου εἰς δεσμὸν καὶ λύσιν. οἱ δὲ ἀργυρᾶς πεποιηκότες ταύτας προτιθέασιν εἰς προσκύνησιν· τοσαύτη οὖν αὐτῶν ἡ πίστις, κἀκεῖ ἡ ἀρραγὴς πέτρα τῆς πίστεως τεθεμελιωμένη κατὰ τὸν λόγον τοῦ κυρίου: Didici Romæ clauibus Petri principis Apostolorum ciues honorem habere, quanquam ei Dominus claues non dederit quæ sensu percipiantur, sed quæ per verbum Dei ligant, & soluunt. Illi argenteas fecere quas in publico ponunt vt adorentur, tanta eorum fides ibi est, & petra impetrupta fidei apud eos fundata secundum Domini verbum. Inde factum, vt cùm Byzantini Patriarchæ à Cathedra Petri pendere se agnoscerent quamprimum ipsi renunciati essent, apud Pontificem Romanum confessionem fidei exponerent, vt cum Catholicis & Apostolicis somnibus se sentire testarentur, Nicephorus Patriarcha Constantinopol. Leoni II. Papæ post confessionem fidei ait, ἡμᾶς μὲν οὖν τὸ ἡμέτερον φρόνημα τοῖς μακαριωτάτοις ὑμῖν, καὶ θεοδιδάκτοις κατὰ ταῦτα διηλωμένοι προσπεφωνήκαμεν τῷ ἄνωθεν κατεστηκότι ἐκκλησιαστικῷ θεσμῷ ἑπόμενοι οἷον τινι ἐμψύχῳ κήρυκι τῷ δι' ὑμῶν

προς

προσχησάμενοι τῷ γράμματι τῆς ἐν Χριστῷ ἀγάπης, ἐκ πρὸς ἀλλήλους συμπνοίας καὶ ὁμονοίας τὰς ἰσχύας ἐπαγόμενοι. Ephesina Synodo p. 312. legatur p. 2. & 3. versu 4. & 46. Nos igitur vobis beatissimis, qui à Deo docti estis nostrum animi sensum cùm aperuerimus veteri consuetudini parentes, hoc scripto nostro vsi veluti præcone animato caritatis Christianæ, vos appellauimus, sponsionésque conspirantis inter nos consensiônis adduximus. Apud Optatum Mileuit. lib. 1. cùm Donatus à sententia Miltiadis appellasset, Constantinus magnus dixit, ô rabida furoris audacia, sicut in causis gentilium fieri solet, appellationem interposuerunt. Sed ad institutum propiùs accedamus, hoc asserimus reliquos Episcopos à Pontifice Romano Petri Vicario pendere, & ab eo suam iurisdictionem accipere, quod indicat B. Cyprianus lib. 1. ep. 3. l. 4. ep. 9. vbi Romanam Ecclesiam supra petram fundatam esse ait, à qua sacerdotalis vnitas oriatur, tractatu 2. de habitu virgin. epist. ad Iubaianum ep. ad Quirinum serm. 3. de bono patientiæ, & lib. 1. c. 8. vnum esse Deum ait, vnum Christum, & vnam ecclesiam, & Cathedram vnam super Petrum Domini voce fundatam, aliud sacerdotium constitui non posse l. 3. ep. 11. vnum episcopum in Catholica Ecclesia esse debere, à quo cæteri pendeant, l. 4. c. 8. Romanam Ecclesiam ab omnibus aliis pro matrice & radice Ecclesiæ esse agnoscendam. Origenes in Psal. 1. ædificata est, ait, super Petrum Ecclesia, homil 5. in exod. & tract. 5. in Matt. Petrum ait, Ecclesiæ esse fundamentum, & petram solidissimam, super quam Christus fundauerit Ecclesiam. homil. 17. in Lucam, Petrum Apostolorum esse Principem. Tertul. l. de pudicitia c. 1. 13. 21. Rom. Pontificem vocat Pont. Max. Episcopum Episcoporum, Benedictû Papam, Apostolicum. Tertullianus sub Seuero, Origenes sub Alexandro, & Mammæa, Cyprianus sub Decio Imperat. vixere ante annos 1450. Illi tamen non ex æquo Sacerdotes omnes Christi vicarios, sed Rom. Pontificem Episcoporum omnium, ipsiusque Ecclesiæ principem agnoscunt. Tu verò, vt Caluini sententiam astruas, hæc verba Domini, pasce oues meas, sic accipis, quasi non vni Petro, sed ōmnibus ex æquo Apostolis dicta sint, quibus idem imperium in gregem Ecclesiæ Dominus dederit. Ea interpretatio iam olim à patribus damnata est, qui verbis illis imperium ac principatû in vniuersum gregem Petro soli attributum ostendût. Ambros. in c. vlt. Luc. per hæc verba, inquit, pasce oues meas, Dominus relinquit nobis Petrum quasi vicarium amoris sui. Sic Epiph. p. 277. Chrysost. lib. 2. de Sacerdot. Hæc, inquit, Domini verba principem Apostolorum Petrum constituunt, & vniuersi gregis curam, gubernationémque mandant. Est enim fidelis seruus, ac prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, Matt. 24. Ita D. Leo serm. 3. in assumptionem suam ad Pontificem hæc verba accipienda ostendit, cæterique patres consentiunt, qui Rom. Pontifici gregem Ecclesiæ commissum asseuerant: eius est Episcopos constituere, solio pellere, restituere, arguere, docere, fideique fundamenta tueri. Origenes à Fabiano Pontifice veniam experijt, quod multa parû piè scripsisset antequâ accuratiùs limata essent, & ad fidei obrussam exacta, præpropere ab Ambr. vulgata. ait Hieronymus in Apolog ad Pammachium. Iustiniani æuo Anthemius Constantinop. Episcopus Apostolicum patrem Agapetum I. cæteris Episcopis superiorem expertus est, à quo vt Monothelita sacro magistratu abire coactus, vt Zonaras & Cedrin. Tomo 1. Concilior. Salonius, & Sagittarius Episcopi Synodo Lugdunensi exauctorati sub Guntrano Aurelianum Rege à Ioanne 3. Pontifice Max. in integrum restituti sunt. Gregorius I Vigilio Arelatensi vsum pallij, ac vices Apostolicæ Sedis, potestatémque in Ecclesias Gallicanas concessit, epist. 61. lib. 4. Siagrio Heduensi pallium Archiepiscopi ep. 12. lib. 7. Leonis 2. Papæ decreto pallia Archiepiscopalia Græcis concessa. Ioannes V. iura Ecclesiæ Rom. in Episcoporum consecratione quæ sibi passim Archiepiscopi vsurparant restituit, statuitq; vt Papa ab Ostiensi, Portuensi, Veliterno Episcopis in Ecclesia seruatoris ad Lateranum cōsecraretur Nicolaus I. regibus ac tyrannis imperauit, vt Regino lib. 2. eisque, ac si dominus orbis terrarum esset, præfuit auctoritate, piis humilis, impiis terribilis. Nicolaus ep. ad Michael. & epist. ad Episc. Asiæ acta legatorum suorum rescindit, Ignatium Patriarcham nullo iure solio eiectum, nullo iure Photium electum pronunciat, ait Zonaras. Innocentius in epist. dist. 1. aie omnes ad occasum & meridiem Ecclesias à Petro, & eius successoribus propagatas. Oppones mihi Constantinopolitanum, Rauennatem, Mediolanensem Episcopos, qui de locô principe cum Romano Pontifice contenderunt, & afferes fortè illud Zygomalæ l. 2. Turcogræciæ, ὁ πατριάρχης δὲ τῆς κωνσταντίνου πόλεως κατὰ τὸ ἀξίωμα πατριαρχικὸν, ὡς πατὴρ τῶν πατέρων, καὶ ὡς ποιμὴν τῶν ποιμένων, μητροπολιτῶν, ἀρχιεπισκόπων, καὶ ἐπισκόπων, καὶ πάσης ἱερωσύνης, καὶ κοσμικῆς, ὅλης τῆς οἰκουμένης, id est Patriarcha Constantinop. ex dignitate solij sui, vt pater patrum, vt pastor pastorum, siue Metropolitæ, siue Archiepiscopi sint, & Episcopi, pater idem est totius ordinis tum sacri, tum ciuilis huius vniuersi. Habes aliud quod opponas? Ipse tibi rerum, temporúmque seriem quæ non te fugit, sat scio, virum πολυμαθέστατον euoluam. Bizantium ad Seueri Im-

peratoris tempora nobilis vrbs, & frequens fuit: quæ quia partium Pescennini nigri, à Seuero funditus euersa est, ait Dio apud Xiphilin. Episcopi Byzantini numerantur. S. Andreas, vel, vt alij volunt, Stachys, pertinax vir Consularis, Romanus, Domitius frater Probi Imperatoris, Probus filius Domitij, Domitius filius Probi, aliique ad Constantini Magni ætatem sanè obscuri & humiles, cum in pagum a Seuero ea vrbs redacta esset. Constantinus episcopis Byzantii splendorem & authoritatem addidit. Theodosius, & deinde Martianus Imperatores Chalcedonensi concilio, vt secunda sedes haberetur effecerunt vt supra ostendimus. Id enim temporis reperti sunt qui Constantinop. solium Apostolicæ Cathedræ anteponendum arbitrarentur, quasi cum imperij sede Ecclesiæ sedes mutata esset: verùm anno 442. Anatolio Constantinop. Episcopo principatum ambienti restitit D. Leo, eiusque conatus in ipso suo ortu oppressit, vt videre est epist. 51. 52. ad Martian. Ioannes I. apud Iustinium Imperat. authoritatem suam tenuit, & ingressos Constantinopolim dexter dextro insedit solio, diémque Dominicæ resurrectioni latina prece, plenáque voce summa pietate celebrauit, ait Marcellinus Comes: secuta sunt alia tempora Gregorio Magno Ecclesiam regente: Ioannes enim Constantinopol. Patriarcha, & Cyriacus successor eius de principatu cū Rom. pontifice contenderunt, ait Gregor. l. 4. c. 76. 78. sed Iustiniani, Iustini, cæterorúmque Imperator. in iudicio B. Petro, Romanóque pontifici prima sedes adiudicata est: deinde sub Phoca res iterum definita, & Bonifacius III. Constantinop. Patriarchæ vt debuit prælatus est, ait Zonaras, Cedrinus. Leo II. Archiepiscopis Græcis pallium concessit, Ioannes VIII. Photio Constantinop. Patriarchæ Pontificiam stolam, eponnida, penulam, sandalia misit, vt eū in Patriarchā cōstitueret, quod in Pseudosynodo Photij ascribitur sess. 4. quo munere Patriarchæ maiores spiritus sustulere, séque cum Rom. Pontificibus exæquare conati sunt: anno enim 898. cùm Leo philosophus imperio præesset. Bonifacio VI. clauum Ecclesiæ tenente Photius author nomocanonis primus omnium apertam à Rom. Ecclesia secessionem fecit, & ab eo tempore receptum, vt Constantinop. Patriarcha œcumenicus, Romanus papa vniuersalis Ecclesiæ diceretur, ait Onuphrius. Sed longè grauiores iræ sub Alexio Comneno exortæ sunt, cùm Alemannos, Gallósque per caussam sacri belli orientis imperium ambire putaret, & ad id Pontificis Rom. authoritate inuitari: tunc enim apertissimè, & palam Rom. Pontificis authoritas repudiata, vt Nicetas & Nicephorus Gregoras ostendunt. Michaël quippe VII. Palæologus ab Andronico filio factæ sepulturæ inter honestatus non est, quod ad Romanam Ecclesiam descivisset, ait Gregoras l. 5. anno 1182. Ioannes Cardinalis ab Alexandro Pontifice Constantinopolim missus ad Manuelem, vt Ecclesias Orientis ad Ecclesiæ Rom. communionem, pacémque vocaret, Andronici facti one cæsus, & a populo per vicos raptatus est, ait Sigebert. quo tempore tamen sacrum bellum indictum Leo IX. legatos Constantinopolim misit, qui ab Imperatore hoc expresserūt, vt Nicetas Pictoratus Monachus librum in Rom. Pontificem scriptum de azymo, de sabatho, de nuptiis Sacerdotum in publico damnaret, ac vreret, ait Sigeb. Tunc temporis Fridericus Cardinalis Gotophridi Lotharingiæ principis frater Constantinopolim missus est, vbi Synodo indicta cum Imperator & Patriarcha copiam sui non facerent, egressus vrbe sandalia more Apostolico publicè super eos excussit: Imperator, Patriarcha, Clerus, ac populus religione ducti ad eius pedes procubuerunt, veniam, pacémque petentes, ait Erphodiensis. Sed illa controuersia Florentino Concilio plenissimè decisa Græcis ipsis consentientibus in hæc verba. ὁρίζομεν τὸν ἀποστολικὸν θρόνον, καὶ τὸν ῥωμαϊκὸν ἀρχιερέα εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, τὸ πρωτεῖον κατέχειν, διάδοχον τ' εἶναι τοῦ μακαρίου πέτρου, καὶ αὐτοῦ τοῦ χριστοῦ ἐπὶ γῆς τοποτηρητὴν, id est, hoc amplius definimus Apostolicum solium, & Romanum Pontificem vniuersæ Ecclesiæ principem esse, & successorem B. Petri, ipsiusque Christi in terra Vicarium. De Mediolanensi Ecclesia si quid obiicitur, non equidem negarim quorumdam factione ducentis penè annis ab Ecclesia Rom. scissam, ac diuisam fuisse, sed eam Stephanus X. Pontifex Henrico III. Imperatore Concilio Florentino I. ad pacem, & cum capite coniunctionem vocauit, vt Sabellicus prodit. De Rauennensi notum est Romanos Pontifices ab exarchis Italiæ variè exercitos esse, qui eùm Ecclesiæ principem sedem imperij sede metiri, ac definire vellent id omnibus viis egere, vt Rauenna occidentis Ecclesiæ moderatrix ac princeps haberetur, verùm anno 675. hæc concertatio sedata est. Domnus enim Apostolicus Pontifex Rauennatem Ecclesiam caritatis, & amicitiæ vinculis cū Rom. Ecclesia cōiunxit eamq; tumultuantem ad officium reuocauit, ait Sabellicus Enneade 8. l. 6. id enim demum bonis omnibus persuasum est, Petro principem in Ecclesia locū attributum, & Romano Pōtifici Petri partes in Ecclesia cōmissas, ab eoq; omne errori periculū, siue fidei decreta siue morū in Rep. Christiana institutionē, ac disciplinam spectes, esse remotū, c. 16. Ioan. Cùm venerit Spiritus Paracletus, docebit vos omnem veritatem. Hoc Origenes in cap. 16. Matt. Hoc Chrysostom. hom. 83. in Mat.

Hoc

Hoc Augustin. l. de correptione & gratia c. 8. testantur. Quãdo rogauit (inquit) vt non deficeret fides eius, rogauit vt haberet in fide liberrimã, fortissimã, inuictissimam, & perseuerantissimam voluntatẽ. Non iam id ago vt Pontifices à peccato liberos & immunes esse ostendam: omnis enim homo peccator est, multique Pontifices reperti sunt maximè post imperium in Germaniã translatum, cum arbitratu imperatorum eligerentur, quorum vita minus probaretur. Verum id asseto fidei morumque decretis in Ecclesia sanciendis eos labi, quos in suo munere spiritus Dei perpetuo regat, non posse, sed in viam. Asseris merum esse mendacium quod vulgo iactatur, Apostolicum patrem ab homine iudicari non posse, cum nullo Concilio ius illud ei sit arrogatum. Quid audio, mi Casaubone, æquúmne esse censes, vt ius à Deo concessum ab homine firmetur? Quis non emotæ mentis, obsecro, existimet iustum esse, vt in eo, porc membra capiti legem dicant, deque eius integritate sententiam ferant? In eo tamen secédu non es, quod illud in Pontifice ius nullo concilio firmatum esse contendis. Audi Patres Sinuessano Concilio, sub Diocletiano, quid in causa Marcellini Pontificis agnouerint. Prima sedes inquiunt, à nemine iudicatur Concil. Rom. sub Syluestro, nemo iudicabit 1. sedem Concilio Chalcedon. Damnatus Dioscorus & Ephesina Synodus 2. quia de Leone Pontifice sententiam tulerant Nicolaus I. epist. ad Michael. imperat. 8. Synodo act. 7. Romanus Pontifex de omnium Ecclesiarum præsulibus iudicat, de eo nemo vmquam iudicauit legitime. Paulus Æmilius, & eo longe antiquior Aemonius Monachus aiunt, Carolum magnum Romæ coëgisse concilium patrum, vt de Leonis Papæ negotio cognoscerent, patres omnes exclamasse, prima sedes à nemine iudicatur. Leo iureiurando se purgauit. Alexander II. Henrico III. imperatore Germaniæ Concilio Romano simoniaci criminis postulatus, iureiurando se purgauit. Quid si Pontifex peieret inquies? Respondit Bonifacius 8. in extrauag. viam sanctam de maioritat. si deuiat terrena potestas, iudicatur à potestate spirituali. si spiritualis suprema deuiat, à Deo solo, non ab homine poterit iudicari. Sed aiunt, is sacerdos apud quem Pontifex de peccatis confitetur, de Pontifice iudicat: nec enim sine iudicio absoluit. Iudicat fateor, sed vt de homine, sed vt de peccatore iudicat, in priuato negotio, eiusque iudicij facultatem à summo Pontifice accipit, quo tempore ad eum vt iudicem Pontifex labis humanæ reus accedit. Dicis exercit. x v. singulos Episcopos in sua diœcesi summum ius tenere, gregem suum moderari, solo Deo teste, & arbitro, pontificis Rom. eas partes non esse, vt de eorum administratione sit solicitus, in eóque grauissime peccare, quod cœnobia, collegia, cœtúsque aliquos immunes à potestate, & arbitrio Episcopi faciat, in cuius diœcesi viuunt. Hæc criminatio eiusmodi est, vt suo pondere ruat, nec oratione vlla refelli debeat, apud eos qui Pontificem Ecclesiæ caput esse, totiusque Ecclesiasticæ iurisdictionis fontem sciunt, quam ille prudentissimus, optimusque pastor pro temporum varietate, locorum opportunitate, ex salute & commodo sui gregis variè, sed piè semper impertitur. At, inquis, imperatores in Ecclesiæ gubernatione authoritatem suam interposuere, leges tulere, quibus sacerdotum opes, moresque constituerentur. Hæc equidem agnosco, & addo pontifices ipsos ab imperatoribus pessimè non semel habitos, eiectos, spoliatos, cruciatos. Amplius dico Honorium imperatorem Theodosij filium dist. 99. cum de Bonifacio Pontifice, & Eulalio Pontificatum ambiente ageretur, decreuisse, vt si quando inter duos Pontifices de iure electionis controuerteretur, vterque Pontificatu abiret, tertiusque ad solium eueheretur: sed rogatus à sacerdotibus, & Episcopis, hoc decretum sanxit, à quibus si repudiatum esset illud per se concidisset. Id autem consensu omnium esse receptum apparet, quod anno plus minus 680. cum Petrus Archipresbyter Pontifici Theodoro super electione controuersiam faceret, séque in Apostolicam sedem obtruderet, vtroque pulso Conon suffectus est. Itidem in schismate Theodoro & Paschali eiectis Sergius in Pontificem electus. Anno circiter 1050. Ioannes 2. & Benedictus 8. magistratu abire coacti sunt, Gregoriusque 6. ecclesiæ magister ac moderator electus. Anno 1414. Concilio Constantiensi Ioannes III. Gregorius XII. Benedictus XIII. authoritate Concilij priuati agere iussi sunt, & in Apostolico solio Martinus 6. collocatus. Hic tamen tenendum est, decretum illud imperatorium, vbi semel vnus aliquis via & ordine pontifex dictus esset, nunquam esse vsurpatum. Quicumque enim Pontifici legitime creato se opponit, non modò Antipontifex, sed Antichristus habendus est. De Liberio & Fœlice, Syluerio & Vigilio, quæ solent obiici, refellerem, nisi Illustriss. Cardinalis Bellarminus eruditè nænias istas discussisset. Imperatores igitur fatemur edictis suis quæ bono & æquo nituntur, non modò plebem secularem, sed & sacerdotes ipsos in iis quæ ciuilia negotia spectant, & Ecclesiæ iura non imminuunt, obligare posse, in re spirituali non posse. Id edixit Valentinianus imperator epist. ad Episcopos Asiæ apud Theodoret. l. 4. c. 7. Id Iustinianus nouella [illegible]. 83. Id docet Chrysostomus ad Rom. 13. omnis anima pot. subl. subdita sit. Id Nicolaus I. in epist.

ad

ad Michaelem imperat. Constantinus magnus his vocibus sacerdotes appellare solitus erat, vos Dij estis, à summo Deo ad hominum vtilitates constitui, consentaneum non est vt homo de Deo, de pastore ouis sententiam ferat, ait Ruffin. l. 10. c. 2. Theudericus Gotthorum Rex Ariana labe infectus, vbi ad eum de controuersia Symmachi Pontificis, & Laurentij antipontificis relatum, eius rei se cognitorem esse negauit, Episcoporum arbitrio rem permisit. Plus itaque religionis in homine Ariano, quàm in Casaubono fuit, quod ille authoritatem principis in controuersia sacerdotum interponendam esse negauerit, hic & Pontificem ipsum, & Christi Domini vicarium, hominum arbitrio subiici, & ex hominum libidine mutari, respui, solio exturbari velit.

CASAVBONI VERBA.

DIATRIBE XIII.

SEd qua fronte hæc criminatio, in reformationis auctores, aut assertores hodie confertur, qui à centum fere iam annis hoc vnum clamant, Reddite populis Christianis primam fidem, reddite primitiuæ Ecclesiæ ritus.

Vtinam hoc tu, tuique reformationis auctores hoc velletis, hoc ex animo cuperetis, vt populis Christianis prima fides redderetur, primitiuæ Ecclesiæ ritus restituerentur, sed aliud in ore promptum, aliud in pectore clausum habetis. Verbo tantum vos veteribus Ecclesiæ patribus stare, pristinæ fidei formam primitiuæ Ecclesiæ ritus amplecti simulatis, cum in rem præsentem ventum est, subterfugitis, cauillamini, præuaricamini, alia omnia sectitis. Ego accepi à Domino quod & tradidi vobis, ait Apostolus, verba illa circumsonant aures tuas, sed in mentem animi non penetrant. Traditiones à patribus acceptas verbo laudas, & eas ipsa re proteris ac eiuras. S. Iudas monet fideles, ἐπαγωνίζεσθ τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ πίσει τοῖς ἁγίοις, vt fortiter certent pro fide quæ semel tradita fuit sanctis: tantum abest vt pro ea fortiter certes, vt eam omnibus machinis oppugnes: ad ipsum Dei verbum nos vocas, à quo perfuga scienter prudensque longissimè discedis, quod alienis interpretationibus, aut verius somniis euertis. Christus dixit, Caro mea vere est cibus, sanguis meus vere est potus, hoc est corpus meum quod pro vobis traditur, abnuis, absistis, alienum & falsum esse ais, vt Christus alendis hominibus carnem suam & sanguinem dare possit, & velit. In scripturæ interpretatione veteres patres non audis, tibi fidem arrogas, quam illis abrogas. An æquius esse putas vt Christi verba ex mente tua, quàm ex primitiuæ Ecclesiæ mente exaudiamus. Conquereris ademptum populis Domini calicem, accidentia sine substantia inculas, sacrificium Christi in Eucharistia verum & reale damnas, & alia plura inuidiose deploras. Vtinam in istis difficultatibus veteres patres audire, eorum iudicio, non tuis somniis acquiescere velles. Sed obcœcata mente præceps per deuia ageris, in tenebris micas, & fortuita sequeris, certa & clara fugis, responderem tuis illis criminationibus, si probare aliquid satageres: sed quia nihil probas, sola negatio ad refellendum satis efficax est, multus es in verbis, pasce oues tuas, Baronium, Bellarminum Illustrissimos Cardinales, doctissimos viros, seculi nostri lumina tenebris tuis offundere niteris. Isti soles tenebras tuas discutiunt, & quid inter noctem & diem intersit ostendunt. Sed hic vestigium sisto, quia nihil probas: vbi argumentis ages, vrgebo vehementius, & veris falsa reuocam.

AD EXERCITATIONES XV. & XVI. PRO PONTIFICE ROM.

DIATRIBE XIV.

ERrores nostri sæculi secutus, veteres Ecclesiæ patres impiè solicitas. & ipsis Christi martyribus dicam impingis. Ais enim Romanos Pontifices iam inde à Victore sub annum Christi 137. principatum Ecclesiæ quo iure quaue iniuria exambiisse, & tunc primum mysterium iniquitatis operari cœpisse, cum B. Paulus 2. Thessalon. 2. diserte scribat, mysterium iniquitatis iam suo tempore operari, vt necesse sit vel te, vel B. Paulum falsi attineri. De Simone mago, Cerintho Ebione taces, de Victore Pontifice Romano & martyre

ite clamas. Vnum dicam, concilium Nicænum, secundum Victorem pronuntiasse, & Pascha non cum Iudæis, sed Dominico die post Lunam XIV. celebrandum statuisse. Victorem autem Asiaticos communione totius Ecclesiæ Catholicæ, non Romanæ tantum expulisse, docet Eusebius his verbis: ὡς ἑτεροδοξούσας τῆς κοινῆς ἑνώσεως ἀποτέμνειν πειρᾶται. Asiaticas Ecclesias, vt male sentientes à communi vnitate abscindere conatur. Id temporis, & longè antè vt ex epistola Sixti Pontificis, & martyris patet, Pontifex Rom. vniuersalis Ecclesiæ Episcopus inscribebatur Si veterum Pontificum epistolas vt spurias repudias, ostendimus Tertullianum lib. de pudicitia, c. 1. Episcopum Romanum, & Pontificem maximum, & Episcopum Episcoporum vocasse sub annum Domini CCXVI. S. Cyprianum epist. 8. LV. & XLV. Romanam Ecclesiam principalem, vnde vnitas sacerdotalis exorta est, Ecclesiæque Catholicæ radicem, atque matricem. Oppones ex Sancto Ignatio epist. ad Philadelphienses Episcopum Philadelphiensem à Deo vocatum, vt susciperet ministerium ad commune pertinens, τὴν διακονίαν τὴν εἰς τὸ κοινὸν ἀνήκουσαν. Admitto, quia Episcopus populo Dei in commune seruit. Iterum oppugnabis nos Gregorij Nazianz. verbis orat. de Sancto Cypriano, οὐ γὰρ τῆς Καρχηδονίων προκαθίζεται μόνον ἐκκλησίας, οὐδὲ τῆς ἐξ ἐκείνου, καὶ δι' ἐκεῖνον περιβοήτου μέχρι νῦν Ἀφρικῆς, ἀλλὰ καὶ πάσης ἑσπερίου, σχεδὸν δὲ καὶ τῆς ἑῴας αὐτῆς, νότου τε καὶ βορείου λήξεως, ἐφ' ὅσα ἐκεῖνος ἦλθε τῷ θαύματι. non enim Cyprianus præsidet soli Ecclesiæ Carthaginis, & Africæ ipsius, per eum, & ab eo celeberrimæ, sed vniuersæ occidentis Ecclesiæ, & penè dixerim orientalis, australis, borealis, in quantum ille eo venit admiratione. Hæc postrema verba quæ de mortui Cypriani fama, & admiratione exaudienda sunt, ostendunt eum præsidere totius orbis Ecclesiæ, exemplo vitæ, miraculis, eruditione, scriptis, non iurisdictione. Idem orat. de Sancto Athanasio. τῷ δὲ λαῷ προεδρίαν πιστεύεται, ταυτὸν δὲ εἰπεῖν τῆς οἰκουμένης πάσης ἐπιστασίαν. Alexandrino populo, quod idem est, ac si dixissem, vniuerso terrarum orbi præficitur, intellige propter vrbis celebritatem, quæ caput fuit totius Ægypti, & ipsius Æthiopiæ, quam Alexandrini Patriarchæ procurabant. Quod verò apud Eusebium lib. 3. de vita Constant. sub finem Constantinus ad eundem Eusebium scribit: μακάριον δὴ σαυτὸν καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ νόμιζε, ὡς τῇ τοῦ κόσμου παντὸς, ὡς ἔπος εἰπεῖν, μαρτυρίᾳ ἄξιος ἐκρίθης ἐκκλησίας πάσης ἐπίσκοπος εἶναι: Beatum te & in hoc existimato, quod testimonio vniuersi orbis, vt vno verbo dicam, dignus habitus es, qui sis omnis Ecclesiæ Episcopus: eo dictum est, quia Eusebius recusarat Cathedram Antiochenam, ad quam omnium votis vocabatur, ideóque ait Constantinus, nullam esse Ecclesiam, quam Eusebius regere non sit dignus, cùm Antiochenæ Ecclesiæ præfectura omnium iudicio dignus habitus sit. Eruditio certè Eusebij tanta fuit, vt quauis Ecclesia dignus esset. Obiectāt alij Stephanum Romanum Pontificem voluisse Hispanis, & Afris communitate Ecclesiæ interdicere: Quod falsum est, cùm eius rei nullum vsquam vestigium compareat. Basilides Asturiensis Episcopus quod idolis sacrificasset ab Hispanis folio eiectus ad Romanum Pontificem querelam detulit: quid in eius gratiam statuerit Stephanus ignoratur. Vnde sequitur telum illud in Pontifices Romanos sine ictu esse. B. Cyprianus seueritatem Hispanorum in Basilide pellendo probauit epist. LXVIII. Idem tamen epist. LV. à Cathedra Petri, & Ecclesia principali vnitatem Sacerdotalem exortam esse scribit. Alibi Romanos esse ait, quorum fides Apostolo prædicante laudata est, ad quos perfidia non possit habere accessum. Ex eadem epistola hæc opponunt, nam cum statutum sit omnibus nobis, & æquum sit pariter ac iustum, vt vniuscuiusque causa illic audiatur vbi est crimen admissum, & singulis pastoribus portio gregis sit adscripta, quam regat vnusquisque, & gubernet, rationem sui actus domino redditurus, oportet vtique eos quibus præsumus non circumcursare, nec Episcoporum concordiam cohærentem sua subdola & falaci temeritate collidere, sed agere illic causam suam, vbi & accusatores habere, & testes sui criminis possint. Decretum hoc est Sancti Fabiani Papæ, & Martyris in epist. ad Hilarium, vbi hæc verba habentur: Peregrina verò iudicia salua in omnibus Apostolica authoritate, generali sanctione prohibemus: quia indignum est, vt ab externis indicentur, qui prouinciales, & à se electos debent habere iudices, nisi fuerit appellatum: vnde oportet si quis Episcoporum super certis accusetur criminibus, vt ab omnibus audiatur qui sunt in prouincia Episcopis, quia non oportet accusatum, alicubi quàm in suo foro audiri, &c. Reuera semper caussa agatur, vbi crimen admittitur. Respondeo bene & verè sentire SS. Cyprianum, & Fabianum. Non ideò tamen vel in ciuilibus, vel in ecclesiasticis iudiciis appellationem ad superiorem iudicem esse tollendam, quod ipse tute fateberis. At Pontificem Romanum in Ecclesia supremum iudicem esse probaui. Addit B. Cyprianus, nisi pancis desperatis, & perditis videtur esse minor auctoritas Episcoporum in Africa constitutorum, qui iam de illis iudicauerunt. Respondeo minorem non esse auctoritatem cæteris Africæ Episcopis qui ad hoc iudicium aduocati non sunt, sed minorem esse Petri successore, quem

Dominus Ecclesiæ caput cōstituit. Pergit B. Cypr. nemo nostrū Episcopū se Episcoporum constituit aut tyrānico more ad obsequendi necessitatem adigit. Agnosco & aio Rom. Episcopum, licet à Christo episcopus episcoporū constitutus sit, nequaquam tyrannico more ad obsequendi adigere necessitatem, sed eo more qui pastori consentaneus est. Iterum B. Cyprianus addit, quando habeat omnis Episcopus pro licentia libertatis & potestatis suæ arbitrium proprium, tamque iudicari ab alio non possit, quam nec ipse potest alterum iudicare. Respondeo verba B. Cypriani æstimanda esse ex ipsa re de qua agitur: putabat ille baptizatos ab hæreticis, si ad Catholicos redirent, iterum esse baptizandos, quod alij optime negabant. Controuersia nondum erat Concilio aliquo definita: postea definita est, & B. Cypriani error improbatus. Hic tamen mihi nota Rom. Pontificem à B. Cypriano Episcopum episcoporum vocari. Verba tertij Concilij Carthaginensis prouincialis, quæ contra Pontificem Romanum facere videntur, solos Africæ spectant Episcopos, eā sic habent; Vt primæ sedis Episcopus non appelletur princeps Sacerdotum, aut summus Sacerdos, aut aliquid eiusmodi, sed tantum primæ sedis Episcopus. Respondeo igitur, prouinciali Synodo nihil contra Rom. Pontificem statui posse. Adde verba illa de Metropolitis Africæ exaudienda. Sed vt ad B. Cypriani errorem redeamus. B. Augustinus libr. 2. cap. 4. de Baptismo contra Donat. ait, nec nos ipsi tale aliquid asserere auderemus, nisi vniuersæ Ecclesiæ concordissima auctoritate firmati, cui & ipse sine dubio cederet Cyprianus, si iam illo tempore quæstionis huius veritas eliquata, & declarata per plenarium Concilium solidaretur. Apparet certè ex epist. B. Cypriani LXXIV. B. Stephanum per epistolam imperasse B. Cypriano & reliquis Africæ Episcopis, vt hæretici ad Ecclesiam redeuntes, non iterum sacro fonte tingerentur, sed ijs duntaxat manus imponerentur. B. Cyprianum à communione piorum summotum per B. Stephanum non apparet, qui tamen Episcopos ad orientem eadem sentientes communione Ecclesiæ exclusit; quod aliquot Synodis eundem errorem sub annum Domini CCLVIII. stabiliuerant. Eusebius lib. 7. hist. cap. 3. πρῶτος τότε κυπριανὸς τῆς κατὰ καρχηδόνα παροικίας ποιμήν, οὐδ᾽ ἄλλως, ἢ διὰ λουτροῦ πρότερον τῆς πλάνης ἀποκαθηραμένους προσίεσθαι δεῖν ἡγεῖτο, ἀλλ᾽ ὅγε στέφανος μὴ δεῖν τι νεώτερον παρὰ τὴν κρατήσασαν ἀρχῆθεν παράδοσιν ἐπικαινοτομεῖν οἰόμενος ἐπὶ τούτῳ διηγανάκτει. cap. 5. Ὁ στέφανος ἐπεστάλκει μὲν οὖν πρότερον καὶ περὶ ἑλένου, καὶ περὶ φιρμιλιανοῦ, ὡς οὐδὲ ἐκείνοις κοινωνήσων διὰ τὴν αὐτὴν ταύτην αἰτίαν. Primus Cyprianus pastor parœciæ Carthaginensis non aliter quàm per lauacrum prius errore purgatos admitti oportere putabat. Sed Stephanus non oportere aliquid innouare præter antiquam traditionē ratus, ob hæc succensebat. Stephanus scripserat antea se non communicaturum Heleno & Firmiliano eandem ob causam. Errones nostri sæculi, qui B. Stephanum, quod hac authoritate vsus sit, vt Helenum, & Firmilianum communione Ecclesiæ excluderet, Antichristum egisse aiunt, ipsi totius Ecclesiæ iudicio quæ B. Stephani decretis acquieuit, sunt Antichristi: Iam verò ex B. Athanasij libro de sententia Dionysij Alexandrini, & ex epist. de Synodis Arimini, & Seleuciæ Pentapolitanos accusasse Romæ Dionysium Alexandrinū apud Dionys. Rom. Pontificem, tāquam apud primariū omnium Episcoporū iudicem, quasi de filio Dei parum piè sentiret obscurum non est: verba Athanasij sic habent p. 435. τινὲς τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἀδελφῶν φρονοῦντες μὲν ὀρθῶς, μὴ ἐρωτήσαντες δὲ αὐτὸν ἵνα παρ᾽ αὐτοῦ μάθωσι πῶς ἔγραψεν ἀνῆλθον εἰς τὴν ῥώμην, καὶ κατειρήκασιν αὐτοῦ παρὰ τῷ ὁμωνύμῳ αὐτοῦ διονυσίῳ τῷ ἐπισκόπῳ ῥώμης· καὶ ἐκεῖνος ἀκούσας ἔγραψεν ὁμοῦ κατά τε τῶν τὰ σαβελλίου δοξαζόντων. Quidam ex fratribus Pentapolitanæ Ecclesiæ rectè quidem sentientes, sed tamen ignari, cur ita ab eo scriptum esset, ascenderunt Romam, & accusarunt eum apud Dionysium Romanum Pontificem, qui simul scripsit aduersus omnes Sabellianos, & causa cognita Dionysium Alexandrinum bene sentire definiuit. In epist. de Synodo Arimini, ἀλλὰ τῶν αἰτιασαμένων παρὰ τῷ ἐπισκόπῳ ῥώμης τὸν τῆς ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον: Cùm quidam accusassent Episcopum Alexandrinum apud Romanum Pontificem, quasi de filio Dei parum piè sentiret. De Paulo Samosateno Eusebius lib. 7. cap 30. μίαν δὴ οὖν ἐκ κοινῆς γνώμης ἐπιστολὴν οἱ ἐπὶ ταὐτὸν συγκεκροτημένοι ποιμένες διαχαράξαντες εἰς πρόσωπον τοῦ ῥωμαίων ἐπισκόπου διονυσίου, &c. Asiatici Episcopi qui aduersus hæresim Sabellij conuenerant, vnam de communi sententia cum exarassent epistolam Dionysio Romanorum Episcopo, & Alexandriæ consentientibus ad omnes prouincias mittunt. Eiecto Paulo Domnus in eius locum suffectus est, cui cùm cederet Paulus, βασιλεὺς ἐντευχθεὶς αὐρηλιανὸς αἰσιώτατα περὶ τοῦ πρακτέου διείληφε τούτοις νεῖμαι προστάττων τὸν οἶκον οἷς ἂν οἱ κατὰ τὴν ἰταλίαν καὶ τὴν ῥωμαίων πόλιν ἐπίσκοποι τοῦ δόγματος ἐπιστέλλοιεν. Imperator Aurelianus super ea re per libellum supplicem rogatus, æquissima sententia statuit quid factu opus esset, imperauitque, vt illis daretur domus quibus Italiæ & Romæ Episcopi censuissent: ex quibus apparet primatum Rom. Pontificis sub Aureliano viguisse. Obijcitur Canon 6. Nicænæ Synodi, τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω τὰ ἐν αἰγύπτῳ, καὶ λιβύῃ, καὶ πενταπόλει, ὥστε τὸν ἐν ἀλεξανδρείᾳ ἐπίσκοπον πάντων

τούτων

τοιαύτην ἔχειν τὴν ἐξουσίαν, ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο συνηθές ἐστι, Mos antiquus teneat in Ægypto, Libia, Pentapoli, vt his omnibus Episcopus Alexandriæ præsit, quandoquidem & hoc Romano Antiocheno, cæterarumque prouinciarum Episcopis solemne est, at Eccles. priuilegia sua salua sint. Respondeo, desiderari in ipso vestibulo verba maximi ponderis quæ citantur Concilio Chalcedonensi a Paschasio Episcopo act. XVI. Ecclesia Romana semper habuit primatum. Mos autem perduret de Miltrade in causa Donatistarum quod obiiciunt, euincitur illis verbis Optati lib. 1. Cæcilianus omnium supra memoratorum sententiis innocens est pronuntiatus, etiam Miltiadis sententia qua iudicium clausum est. Vnde sequitur controuersias de fide, Miltiadis Rom. Pontificis sententia decisas esse ante Constantini magni ætatem. In Arij caussa sub annum 318. Alexander Alexandrinus Episcopus scripsit literas ad Syluestrum Papam, quibus ea quæ gesserat probaret, Rationem facti sui inferior apud Superiorem, vt oportuit, reddebat. Liberius Papa in epistola ad Constantium, de ea re scribens his verbis vtitur, Manent, inquit, literæ Alexandri Episcopi olim ad Syluestrum sanctæ memoriæ. Anno salutis 336. B. Syluestro successit B. Marcus, cuius exstat epistola ad S. Athanasium qua Romanæ Ecclesiæ principatus astruitur his verbis, Marcus sanctæ Romanæ, Apostolicæque sedis, & vniuersalis ecclesiæ episcopus. Ecclesia Romana immaculata semper mansit, & Domino prouidente, & B. Petro opem ferente in futuro manebit. Epistolam Iulij Romani Pontificis tomo 1. Concil. insectantur, in qua verba hæc expressa sunt. Quas præuidentes sancti patres insidias, & illicitas altercationes, vnanimiter in prædicta Nicæna statuerunt Synodo, vt nullus episcopus nisi in legitima Synodo, & suo tempore Apostolica auctoritate conuocata semper quibusdam criminationibus pulsatus audiatur, id est, iudicetur, vel damnetur: sin aliter præsumptum à quibusdam fuerit in vanum deducetur quod egerint, nec inter Ecclesiastica vllo modo reputabitur. Eam epistolam cur oppugnent non video, nisi quia vera oppugnare amant. Addit Iulius potestatem conuocandarum generalium Synodorum penes sedem Apostolicam residere. De Iulio Pontifice Socrates lib. 2. cap. 11. ὁ δὲ ἅτε προνομια τῆς ἐν ῥώμῃ ἐκκλησίας ἐχούσης παῤῥησιαστικοῖς γράμμασιν ὠχύρωσεν αὐτούς. Iulius quoniam Ecclesia Romana priuilegiis instructa erat, literis libere & cum auctoritate scriptis Athanasium & alios eiectos muniuit. Quæ verba quia Romano Pont. principatum asserunt, non leuiter transmittenda sunt: Tertio & quarto canone Concilij Sardicensis conceditur appellatio ad Romanum Pontificem, ab omnibus Episcopis velut ad supremum & maximum Iudicem: quod Concilium Socrates lib. 1. c. 16. œcumenicum vocat. Augustinus epist. 162. plenarium vniuersæ Ecclesiæ Concilium. Sulpitius lib. 1. Histor. sacræ, Concilium ex vniuerso orbe conuocatum, B. Athanasius Apolog. 2. μεγάλην σύνοδον. De Iulio item Theodoret. lib. 2. c. 4. οἱ περὶ εὐσέβιον τὰς κατὰ ἀθανασίου συντεθείσας συκοφαντίας ἐξέπεμψαν. ὁ δὲ τῷ τῆς ἐκκλησίας ἑπόμενος νόμῳ καὶ αὐτοὺς καταλαβεῖν τὴν ῥώμην ἐκέλευσε, καὶ τὸν θεῖον ἀθανάσιον τὴν εἰς δίκην ἐκάλεσε. Eusebius ad Iulium misit criminationes aduersus Athanasium. Iulius sequutus legem Ecclesiæ ipsos Romam venire iussit, & Athanasium in ius vocauit. Paruit ille, & maius imperium agnouit, vt debuit. Vnde Romani Pontif. principatus apparet. Obiiciunt ex decreto patrum qui Syrmium conuenerant, Liberium, & Fœlicem simul Romanam sedem gubernasse. Verba Sozomeni lib. 4. c. 5. sic habent. γράφουσί τε ἀποδέξασθαι αὐτὸν οἱ ἐν σιρμίῳ ἐπίσκοποι Φίληκι τῷ ἡγουμένῳ τότε τῆς ῥωμαίων ἐκκλησίας, καὶ τῷ ἐνθάδε κλήρῳ ἀμφοῖν δὲ τὸν ἀποστολικὸν ἐπιτροπεύειν θρόνον. ὀλίγον δὲ χρόνον ἐπιβιώσαντος Φίληκος, μόνος λιβέριος τῆς ἐκκλησίας προέστη· ταύτῃ πῃ τοῦ θεοῦ διοικήσαντος ὥστε τὸν πέτρου θρόνον μὴ ἀδοξεῖν ὑπὸ δύο ἡγεμόνων ἰθυνόμενον, ὃ διχονοίας σύμβολόν ἐστι, καὶ ἐκκλησιαστικοῦ θεσμοῦ ἀλλότριον. Hæc verba soluunt obiectionem, quæ ita latinè sonant, Episcopi qui Syrmij erant, scribunt ad Felicem Pontif. Romæ, & Clerum Rom. vt ambo Apostolicum thronum regerent. &c. sed cùm Felix breui mortuus esset, solus Liberius Ecclesiam rexit Deo disponente, ne thronus Petri dedecoraretur, à duobus pastoribus administratus, quod dissensionis est symbolum, & à lege Ecclesiæ alienum. Aio igitur id temporis viuo Felice Pontificis munus Liberium non obiisse, mortuo obiisse. Per vim coactus à Constantin Liberius cum Arianis communicauerat, in Athanasij damnationem subscripserat, quam subscriptionem, vt vi, & necessitate extortam excusat Athanasius Epistola ad vitam solitariam agentes. Liberius humanum quid passus est, sed eiusmodi prolapsionem posterioris temporis constantia expiauit, vsque adeo vt S. Ambrosius lib. 3. de virginitate, sanctitatem Liberij commendet. Concilij Nicæni act. 1. Athanasius Epistola ad Ruffianum acta Synodi Alexandrinæ à Liberio confirmata esse testatur. Verba sic habent, Quemadmodum & hæc Romam scripta sunt, Romanorumque Ecclesiam omnia comprobasse constat. Obiectant & luxum Ecclesiæ Romanæ sub Damaso, quem insectatur Ammianus lib. 27. & attingit B. Hieronymus Epist. 61. qui prætextatum designatum Consulem Damaso per iocum dicere solitum ait, Facite me Romanæ vrbis Episcopum, &

eto protinus Christianus: fateor iam inde à Constantino magno Romani Pontificis vbique emicuisse splendorem. Quid tum deinde, an splendor ille obstitit, quominus idem Hieronymus Damasum sanctissimum Ecclesiæ parentem agnosceret, & Romanam Ecclesiam laudibus eueheret? Aliam in nos securim iniiciunt ex Epistola B. Hieronymi ad Marcellam, vbi Romam appellat Babylonem, & purpuratam meretricem: sed verba quæ subiiciuntur calumniam refellunt. Est quidem, inquit, ibi sancta Ecclesia, sunt trophæa Apostolorum & Martyrum, est Christi vera confessio, est ab Apostolo prædicata fides, & gentilitate calcata in sublime erigens se quotidie vocabulum Christianum. Subrepere tamen vitia in clero non diffiteor, quæ ille graphicè depingit. Sed vitia si quæ in clero sunt, ea Pontifici Rom. ius suum non detrahunt. De Synodo Constantinopolitana sub annum 381. quod obiiciunt à Nectario habitam, Photius in libello de septem Synodis eam à Damaso probatam iudicat, nemo à Nectario indictam, vel habitam scribit. Theodoretus lib. 5. c. 8. & 9. Non dicit à Damaso Constantinopolitanam, aut Romanam Synodum indictam, sed ab Italiæ Episcopis συνοδικὴν ἐπιστολὴν τῶν τῆς ἑσπέρας ἐπισκόπων ἐδέξαντο εἰς τὴν ῥώμην αὐτοὺς ἀφικέσθαι προτρέπουσαν. Synodicam Epistolam acceperunt ab Episcopis occidentis, quæ hortabatur vt Romam venirent. Per episcopos occidentis Romanum Pontificem intellige. cap. 9. ἐπειδὰν σύνοδον ἐπὶ τῆς ῥώμης θεοῦ βουλήσει συγκροτήσαντες, καὶ ἡμᾶς ὡς οἰκεῖα μέλη προσεκαλέσασθε διὰ τῶν τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως γραμμάτων. Græci Episcopi scribunt ad Damasum, & Ambrosium, quando Synodum Romam Dei voluntate indicentes, & nos vt membra propria inuitastis per literas regis Dei cari. In veteri commentario de rebus gestis Damasi hæc leguntur, sententiam de damnatione Macedonij, & Eunomij Damasus confirmari præcepit, etiam in sancta secunda Synodo, quæ præcepto & authoritate eius apud Constantinopolim celebrata est. Idem disces ex Synodo sexta act. 18. & Concil. Chalcedon. act. 1. Photius in septem Synodis de Damaso acta Synodi Constantinop. confirmante hæc verba ponit, αὐτῆς κυρώσαντα. Id est, Damasus eorum decreta confirmans. Canon eiusdem Synodi, quâ secundæ tribuuntur Constantinopolitano. Patriarchæ, sic habet, τὸν μὲν τῆς κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς ῥώμης ἐπίσκοπον. Episcopum Constantinopol. principatum habere honoris post Romanum Pontificem: hunc Canonem Leo magnus epist. Iv. conuellit, quod tenderet in præiudicium Alexandrini, & Antiocheni Patriarcharum. Græci postea Concilio Chalcedon. eundem Canonem renouare conati reclamantibus sedis Apostolicæ legatis frustra fuere. Obiiciunt Marcionem ab Episcopo suo in Ponto communione pulsum Romam venisse, vt à Pontifice Romano præsidium peteret, narrante Epiphanio hæresi 24. sed hoc responsum tulit à Doctoribus & Presbyteris Rom. Ecclesiæ. Non possumus hoc sine permissu venerandi Patris tui facere. Marcion Romanum Pontificem Ecclesiæ caput agnouit, & appellauit. Romanus Pontifex Marcionem temere in integrum restituere noluit. Theophilus Patriarcha Alexandrinus Synodo prouinciali inconsulto Rom. pontifice origenistas damnauit, & damnare potuit, sanctus tamen Hieronymus eius acta confirmari à Rom. pontifice cupit, epist. 78. ad Pammach. his verbis: Quod totus oriens miratur, & prædicat, læto sinu Roma suscipiat, prædicationem quoque Cathedræ Marci Euangelistæ Cathedra Petri Apostoli sua prædicatione confirmet: quanquam celebri sermone vulgatum sit, B. quoque Papam Anastasium eodem feruore, quia eodem spiritu est, latitantes in foueis suis hæreticos persecutum, eiusque literæ doceant, damnatum in occidente, quod in oriente damnatum est. D. Chrysostomus cum primum à Theophilo Alexandrino Episcopo damnatus est, non vsus est exceptione Canonis Synodi Constantinopolitanæ sub Theodosio maiore, qua Sedes Constantinopolitana post Romanam ceteris antefertur, sed à Nicæna Synodo præsidium petiit, qua Alexandrini episcopi limites definiuntur, intra quos iurisdictionem suam exerceat, Aegyptus scilicet, Pentapolis, & Lybia, quare in Chrysostomum Theophilo Alex. nihil fit iuris, qua exceptione non vtitur aduersus Roman. Pontificem, imo cum denuo in exsilium ageretur ad Rom. Pontificem Innocentium I. appellauit, ad quem Epistolam scripsit, narrante Palladio in vita Chrysostomi: cuius inscriptio hæc est, Domino venerabili, ac beatissimo Episcopo Innocentio Ioannes in Domino salutem. B. Innocentius super ea rescripsit ad Clericos Constantinopolitanos, ἀναγκαία ἡ διάγνωσις συνοδική, ἣν καὶ πάλαι ἔφημεν συναθροισθῆναι, vt est apud Sozomen. lib. 8 c. 26. necessaria est cognitio synodica, quam olim dixeramus conuocandam. Indixerat igitur synodum Innocentius, vt de negotio Chrysostomi cognosceretur. In Epistola Stephani Episcopi Africani, & epist. Damasi ad eundem Stephanum tomo 1. Concil. Romani pontificis principatus luculenter asseritur, quas Epistolas nec aduersarij quidem falsi damnare audent. Obiiciunt Syricium Romanum Pontificem edicere Epistola ad Africanos vt extra conscientiam sedis Apostolicæ, hoc est, primatis, nemo audeat ordinate,

nare, quod edictum Syneij Innocentius ad Victricium epistola 2. capite 1. interpretatur his verbis, Extra conscientiam Episcopi Metropolitani nullus audeat ordinare Episcopum. Respondeo Metropolitanis sedem Apostolicam & primam Cathedram tribui in sua diœcesi, ita tamen vt Romanæ Ecclesiæ, quam absolu è primam agnoscunt, subiiciatur. Obiiciunt cap. 26. Synodi Carthag. 3. ne primæ sedis Episcopus vocetur princeps Sacerdotum, aut aliquid huiusmodi. Aio decretum hoc esse Synodi prouincialis, quæ vniuersæ Ecclesiæ leges non ponit, sed solis Afris, vt suprà probaui. Mileuitano & Carthaginensi Concilio sub annū ccccxvi. aiunt Pelagium & Celestium damnatos non expectata sententia Rom. Pontificis. Optime, quia nascenti morbo erat occurrendum. Patres tamen Carthag Synodi epist. ad Innocentium quæ est ix. inter Augustinianas, in hæc verba scribunt. Hoc itaque gestum, Domine frater, sanctæ caritati tuæ intimandum duximus, vt statutis nostræ mediocritatis, etiam Apostolicæ sedis adhibeatur auctoritas, pro tuenda salute multorum, &c. Legenda est epistola Innocentij ad patres eiusdem Synodi quæ est 91. inter B. Augustini epistolas. Ibidem epist. 92. patres Concilij Mileuitani ad Innocent. loquuntur in hæc verba, Dominum beatissimum, meritóque venerabilem, & in Christo honorandum Papam, quem Dominus gratiæ suæ præcipuè munere in Apostolica sede collocarit, cui pectus Apostolicum insit, Arbitramur auctoritati sanctitatis tuæ de sanctarum scripturarum auctoritate depromptæ facilius eos qui tam peruersa & perniciosa, sentiunt esse cessuros. Obiectant can. 22. Concil. Mileuit. quo seuerè prohibentur appellationes ad loca extra Africam. Respondeo prohiberi quidem appellationes inferioris ordinis clericis, non Episcopis, vt verba ipsa indicant. In actis Concilij Mileuit. 1. sub annum 402. agnosces Afros Pontificis Romani literis excitatos promptissime Synodum collegisse, eiusdémque literas publicè in Concilio recitasse. In actis Concilij Toletani primi, patres profitentur se patenum Episcopum suam in communionem recepturos, quando sedes Apostolica rescripsetit. Obiiciunt, patres Concilij Carthaginensis quod vulgò sextum dicitur, in epistola ad Celestinum dicere, vt aliqui tamquam à suæ sanctitatis latere mittantur, nulla inuenimus patrum Synodo constitutum: credibile est eos Synodum Sardicensem præ manibus non habuisse in cuius canone 7. legatum à latere Apostolico mittendum disertè constituitur. B. Augustinus epist. 161. scribit Cæcilianum ad Romanam Ecclesiam, in qua semper Apostolicæ Cathedræ viguit principatus, vt i caussam suam ageret, appellandi ius habuisse; quod de Synodo Ephesina obstrepunt, supra ostendimus ei Celestinum Romanum Episcopum per legatos suos præfuisse: legantur epistolæ Celestini ad Cyrillum, & ad Ioannem Antiochenum tomo 1. Concil. Ephes. Celestini verba sunt in epist. ad sanctum Cyrillum, συναφθείσης σοι τοίνυν τῆς αὐθεντίας τοῦ ἡμετέρου θρόνου, καὶ τῇ ἡμετέρᾳ τοῦ τόπου διαδοχῇ ἐπ' ἐξουσίᾳ χρησάμενος ταύτην ἐκβιβάσεις ἀκριβεῖ στερρότητι τὴν ἀπόφασιν. Adiuncta igitur tibi potestate, & auctoritate nostri throni, nostráque vice, & loco cum potestate vsus hanc sententiam cum omni firmitudine exsequeris. In actis Ephesinis Celestinus de sancto Cyrillo ait, ἵνα τοποτηρῶν ἡμῖν τὴν πράξῃ, vt locum tenens nostrum hoc faciat. Ipsa Synodus epist. ad Theodosium de Celestino, ἐπιτρέψας τῷ ἁγιωτάτῳ Κυρίλλῳ καὶ τὸν αὐτοῦ ἐπέχειν τόπον. Cùm permisisset sanctissimo Cyrillo Celestinus suum tenere locum: Balsamon ad Nomoc. Photij tit. 8. c. 1. B. Cyrillum ait à Celestino Phrygium accepisse, vt constaret eum habere ius, & auctoritatem Papæ, eúmque sedisse cum Phrygio, à quo tempore cum Phrygio sacrificant, & præsident Patriarchæ Alexandrini. Phrygium malè pallium interpretantur, quæ mitra sit. Leo IX. Papa epist. aduersus Michaëlem Constantinop. & Leonem Acridanum cap. 13. hæc habet, simulque Phrygium, id est mitram, nec non & superhumerale, videlicet lorum. In donatione Constantini, Phrygium candido nitore splendidum (in Græco est, ὑπερλαμπρον λῶρον,) resurrectionem Dominicam designans eius sanctissimo vertici manibus nostris imposuimus. Vaticanus interpres phrygium retinuit, & καλύπτραν, μίτραν interpretatur. Balsamon 1. Meleta, βασιλικὸς λῶρον vocat, malè. Superhumerale Balsamoni dicitur ὠμοφόριον, Vaticano ἐπώμιον; Quod imperiale circundare solet collum, videlicet lorum, quod fortè à lorica dictum, quia loricæ instar humeros tegeret. Sed ad locum Celestini redeamus. Euagrius lib. 1. cap. 4. διέποντος τοῦ Κελεστίνου τόπον, tenente Cyrillo Celestini locum, ἐπιτρέψας τὸν αὐτοῦ ἐπέχειν τόπον: Cùm permisisset vt suum teneret locum. Obiectant verba Ambrosij ad epist. Galat. siue quis alius auctor est. Paulus, inquit, Petrum solum nominat, & sibi comparat, quia primatum ipse accepit ad fundandam Ecclesiam, se quoque pari modo electum vt primatum habeat in fundandis gentium Ecclesiis, ita tamen vt & Petrus gentibus prædicaret, si caussa fuisset, & Paulus Iudæis, &c. dignum fuit vt cuperet videre Petrum, cui delegauerat Saluator curam Ecclesiarum. Obiectio illa per se soluitur, nihil opus verbis io te elata. Leonem magnum qui sub annum 440. in Pontificem electus est non æquis auribus audiunt serm. 2. in Anniuersario

assumptionis suæ dicentem, Petrus sic præ cæteris est ordinatus, vt dum petra dicitur, dum fundamentum pronuntiatur, dum regni cœlorum ianitor constituitur, dum ligandorum & soluendorum arbiter, mensura etiam in cœlis iudiciorum suorum definitione præficitur. &c. Æquioribus fortè animis eundem audient ibidem de seipso loquentem quem non solum huius sedis præsulem, sed & omnium Episcoporum nouerunt esse primatem. Se primatem omnium Episcoporum B. Leo dicere non veretur. Flauianus in epist. ad Leonem Magnum, commotus itaque, sanctissime pater, in his omnibus quæ ab Eutyche præsumpta sunt, pro consueta fiducia fideliter age, propriamque faciens communem caussam, & sanctarum Ecclesiarum disciplinam, simul decernere damnationem aduersus eum regulariter factam, & per propria scripta dignare. Causa enim eget solummodo vestro solatio, atque defensione, qua debemus consensu proprio ad tranquillitatem & pacem cuncta perducere, &c. Eutiches libellos direxit vobis plenos omni fallacia, atque calliditate, dicens iudicij tempore libellos se dedisse. appellationis, & nobis & hic conuenienti Sancto concilio, & appellasse vestram sanctitatem, quod nequaquam ab eodem factum est. Quid his verbis clarius esse potest? Beatus Gregorius non minus clarè lib. 4. epist. 32. epist. 38. scribit per Synodum Chalcedonensem Romano Pontifici nomen vniuersalis Episcopi oblatum esse. Certè actione tertia Chalced. Concil. extant tres orientalium ad S. Leonem libelli, quibus vniuersalis Episcopus, vel Patriarcha vocatur. Paschasinus Episcopus Ecclesiæ Lilybetanæ vice beatiss. atque Apostolici vniuersalis Ecclesiæ papæ vrbis Romæ Leonis sanctæ Synodo præsidens, subscripsit. Item act. vi. act. xvi. Post canonem sextum concilij Nicæni auditum iudices dixere perpendimus omnem Primatum, & honorem præcipuum, secundum Canones, antiquæ Romæ Deo amantissimo Archiepiscopo conseruari. epist. 9. petit sanctus Leo a Theodosio Imperatore vt intra Italiam concilium cogeretur, & epist. 24. & 33. quia solus Imperator cogere poterat Eutychianos vt comparerent, non quia Imperatoris esse crederet cogere concilium. Imperatores enim ciuilia. & temporaria, Episcopi ecclesiastica, spiritalia, & æterna procurant. In Epistola Synodi Chalcedonens. ad sanctum Leonem hæc verba leguntur, quibus tu quidem sicut membris caput præerat, in his qui tuum tenebant ordinem, beneuolentiam præferens: in Nouella Theodosij C. Theodos. inter Nouellas eiusdem Theodos. tit. 14. hac lege, decernimus ne quid tam Episcopis Gallicanis, quàm aliarum prouinciarum contra consuetudinem veterem liceat sine viri venerabilis Papæ vrbis æternæ auctoritate tentare, sed illis, omnibúsque pro lege sit quicquid sanxit, vel sanxerit Apostolicæ sedis auctoritas Nouella Valentiniani de ordinandis Episcopis, hæc verba habentur. Cum igitur sedis Apostolicæ primatum, sancti Petri meritum, qui princeps est episcopalis coronæ, & Romanæ dignitas ciuitatis, sacræ etiam Synodi firmarit auctoritas, ne quid præter auctoritatem sedis istius illicitum præsumptio attentare nitatur. Ita vt quisquis Episcoporum ad iudicium Romani Antistitis euocatus venire neglexerit, per moderatorem eiusdem prouinciæ adesse cogatur. Sanctus Leo epist. 93. ad Turibium Asturicensem Episcopum, cap. 17. Habeatur ergo inter vos episcopale concilium, & ad eum locum qui omnibus opportunus sit vicinarum prouinciarum conueniant Sacerdotes. Ad tuæ dilectionis sollicitudinem pertinebit, vt nostræ ordinationis auctoritas ad prædictarum prouinciarum episcopos deferatur. Ex quibus apparet Ecclesiæ Rom. principatum à Deo institui, Synodis sanciri, ab Imperatoribus firmari, a Leone concilium indici. Leo ep. 15. ad Synodum Ephesinam. Religiosa clementissimi Principis fides sciens ad suam gloriam maximè pertinere si intra Ecclesiam Catholicam nullius erroris germen exsurgeret, hanc reuerentiam diuinis detulit institutis, vt ad sanctæ dispositionis effectum auctoritatem Apostolicæ sedis adhiberet, tanquam ab ipso beatissimo Petro cuperet declarari, quod in eius confessione laudatum sit. De secunda Synodo Ephesi cui Theodosius Dioscorum Alexandrinum præfecerat Liberatus in Breuiario cap. 12. ascribit, Ecclesiæ Rom. Diaconi vices habentes Papæ Leonis, sidere non passi sunt, eo quod non fuerit data præsessio sanctæ sedi eorum. B. Leo ep. st. 5. ad Theodos. scribit Flauianum appellasse Romam quod idem Liberatus Breuiarij cap. 12. tenet. In epist. Valentiniani Imp. ad Theodosium, quæ est inter præambulates ad concilium Chalcedonens. Valentinianus ait Imperator [illegible] competere, vt non tantum fidem [illegible], sed & dignitatem propriæ venerationis beato Apostolo Petro intemeratam conseruent, quatenus beatissimus Romanæ ciuitatis Episcopus, cui principatum Sacerdotij super omnes antiquitas contulit, locum habeat, & facultatem de fide & Sacerdotibus iudicare. Simplicius Pontifex sub annum 482. ad Acacium scripsit in hæc verba, nihil omnino restare videbatur, nisi vt Deo nostro gratias agentibus nobis, vt [illegible] Catholicus in defuncti ministerium successisset Antistes, Apostolicæ quoque moderationis assensu votiuam sumeret firmitatem. Non esset rata Antiocheni antistitis electio nisi illa a Rom. Papa cõfirmaretur. Liberatus c. 18. Breuiar. Expulsus

ab

ab hæreticis Alexandri Ioannes ad Sedem Apostolicam appellauit. Obiectant Gelasium, sed temere : e us verba dabo in commonitorio ad faustum magistrum. Ineptias itaque suas sibi seruent, nisi resipiscant potius cogitantes Christi vocem non esse superfluam, quæ confessioni Beati Petri Apostoli, inferni portas nunquam prævalituras asseruit. Quapropter non veremur ne Apostolica sententia resoluatur, quam & vox Christi, & maiorum traditio, & Canonum fulcit auctoritas, vt totam potius Ecclesiam semper ipsa diiudicet. Obiiciunt quartam Synodum sub Symmacho Pontif. Rom. cuius tamen verbis planissimè reuincuntur, quæ sic habent, Scripturæ quam Basilius conscripserat, nullum Rom. Ecclesiæ aut interfuisse aut subscripsisse antistitem, per quem potuisset sortiri legitimam firmitatem. Patres quartæ illos Synodi dicunt, statuta nullius roboris esse, quod nullius Romani Pontificis subscriptione firmata sint. Basilius ille sub Odoacro Herulorum rege vicarius erat vrbi, qui contrarium Romanum se inconsulto eligi non posse defendebat Ibidem hæc verba diserte habentur in Apostolica sede non existente præsule, qui prærogatiua Beati meritis Apostoli Petri, per vniuersum orbem primatum obtinens sacerdotij, statutis Synodalibus consueuit tribuere firmitatem. Opponunt & Synodum tertiam Romanam sub Symmacho, quam à Theodorico rege coactam fatemur. Sed in exordio actorum eiusdem Concilij, hæc leges, memorati pontifices quibus allegandi imminebat occasio suggesserunt, Symmachum qui dicebatur impetitus, debuisse Synodum conuocare, scientes quia eius sedi primum Petri Apostoli meritum deinde secuta iussione Domini, Conciliorum venerandorum auctoritas, singularem in Ecclesiis tradidit potestatem, nec antedictæ sedis antistitem minorum subiacuisse iudicio, in propositione simili facile aliqua forma restaretur. Successit Symmacho Hormisdas anno Domini DXIV. ad quem scribens Ioannes Episcopus Constantinopolit. titulum hunc præfigit, Adorando Apostolico patri, Patri Patrum meritis Angelis coæquando Sic & Epistolæ quæ ad Leonem magnum sessione 3. Concil. Chalcedon. insertæ sunt his titulis Rom. Papam ornant, Sanctissimo, & Deiamantissimo, & vniuersali Archiepiscopo & Patriarchæ magnæ Romæ Leoni. Ex quibus sequitur Iustinum Thracem Imp. primum non fuisse, vt hæretici volunt, qui Papam Rom. Archiepiscopum & Patriarcham vocarit, cùm multo ante iisdem titulis ornatus sit. Pompeius vir apud Iustinum Thracem præcipuæ auctoritatis, ad Hormisdam scribens, vocat eum Archiepiscopum vniuersalis Ecclesiæ. In Epistola Iustiniani inter Epistolas Hormisdæ tomo 2. Concil. Iustinianus ait ad Rom. Pontificem. Hoc credimus esse Catholicum, quod vestro religioso responso nobis fuerit intimatum. Theodoricus Ioannem Papam Constantinopolim ad Iustinum Imperatorem legauit, qui celsiore Throno consedit, quàm Epiphanius Patriarcha Constantinop. narrante Nicephoro lib 17. c. 9. vt sedis Apostolicæ priuilegia & prærogatiuæ conseruarentur, ait idem. Marcellinus comes scribit Ioannem dextro Ecclesiæ solio consedisse. Iustinus Imper. dans honorem Deo humiliauit se pronus, & adorauit Beatiss. Papam Ioannem. Ioanni Pontifici substituit Theodoricus Felicem virum pium, cui Bonifacius successit, qui Vigilium Diaconum consentiente Synodo sibi suffecit, vt Gotthis ius creandi Pontificis, quod sibi arrogabant, abrogaret. Iustinianus ad Ioannem 2. scribit in hæc verba, Omnia quæ ad Ecclesiarum statum pertinent festinamus de notitiam deferre vestræ Sanctitatis. Non enim patimur quidquam quod ad Ecclesiarum statum pertinet, quamuis manifestum & indubitatum sit quod mouetur, vt non etiam vestræ innotescit sanctitati, quia caput est omnium sanctarum Ecclesiarum. Ideo omnes sacerdotes vniuersi occidentalis tractus & subiicere, & vnire sedi vestræ sanctitatis properauimus. In Codice Iustin. Tit. de summa Trinitate & fide Catholica Imperator vocat Papam seniorіs Romæ, caput omnium sacerdotum Dei, ad cuius notitiam omnes de rebus Ecclesiasticis controuersias referre oporteat, cuius venerabilis Thronus recta sententia & iudicio hæreticos in orientalibus partibus exortos compresserit, ac damnauerit. Nouella 131. Iustinianus decernit, vt secundum canonum definitiones Sanctissimus veteris Romæ Papa primus omnium sacerdotum sit, secundus autem Episcopus Constantinop. Nouel. 10. fontem sacerdotij & summi Pontificatus apicem Romæ esse agnoscit. Iustinianus Nouel. 42. ait Anthimum prius communi suffragio Agapeti damnatum, postea sententia Synodi. Vigilius per Theodoram Augustam Syluerium Papam oppugnauit, admitto. Idem mortuo Syluerio legitimus Pontifex fuit, admitto. Sic & S. Paulus è Lupo factus est Christi gregis pastor. Nouella 42. hæc verba habentur, Simile quiddam circa Anthimum nuper euenisse scimus, tam ab Agapeto religiosæ & celebrandæ memoriæ præsule Sacrosanctæ in vetere Roma Ecclesiæ constituto, è sede huius regiæ vrbis depulsum, vt qui in sedem, neque vlla sibi ratione competentem, & præter omnes Canones insiliisset: κοινῇ ᾗ ψήφῳ τῶν αὐτοῦ τ ἁγίας μνήμης ἀνδρὸς πρότερον, καὶ μετ᾽ αὐτὸν τ ἐν ταύτῃ τῇ μεγάλῃ πόλει συνόδου καταδεδικασμένον τε, καὶ καθῃρημένον. quã cõmuni sententia sanctę memoriæ

moriæ viri Agapeti prius, & postea eius quæ hic celebrata est sacræ Synodi damnatum & depositum. Vnde apparet prius Anthimum ab Agapeto Rom. Pont. damnatum, & solio pulsum, quàm à Synodo, quod partiarij negabant. In Epistola encyclica Agapeti ad Petrum Hierosolymitanum, neque Catholico, neque sacro nomine Anthimum dignũ esse sententiauimus, ait Agapetus, id est, pronũtiaui lata sententia. Agapetus vocatur Episcoporum princeps, in monumento ex Vaticana Bibliotheca de rebus gestis Agapeti. Nicephorus li. 17. c. 26. au‹c›tor est, Menam qui Anthimo in solium Constantinop. successerat a Vigilio communione pulsum. Eutychius qui Menæ successit Epistola ad Vigilium loquitur in hæc verba: Ideo petimus præsidente nobis vestra beatitudine. Id tẽporis sub Iustiniano anno 553. quinta œcumenica Synodus habita est, Mena iam mortuo. Nicephorus ait, in eo Concilio Vigilium Eutychio assidere noluisse, quia præsidere debuerat Zonaras in Iustiniano, sub hæc, inquit, quintum concilium est coactũ 165. Episcoporum, quorum princeps fuit Papa Rom. ὧν ἐξῆρχε Βιγίλιος πάπας ῥώμης, καὶ ὁ εἰρημένος εὐτύχιος, καὶ ὁ ἀλεξανδρείας ἀπολινάριος. In Synopsi Græca septem Generalium Conciliorum Vigilius in quinta Synodo primus ponitur, quam Pelagius Vigilij successor probauit, qui Epistola 16. Childeberto Francorum regi fidei suæ rationem reddit, non vt rege inferior, quod inscite volunt aduersarij, sed vt quintam Synodum iure se probasse ostenderet. Tunc temporis Ioannes Ieiunator vniuersalis, & œcumenici Patriarchæ sibi sumpsit titulum, quem ne Romanus quidem Pontifex ita vsurpat, vt despectis fratribus Episcopus appetat solus vocari, ait S. Gregorius lib. 4. ep. 38. sed vniuersalis dicitur: quia per vniuersum orbem propagatæ Ecclesiæ pastor est: frustra igitur hunc vniuersalis Episcopi titulum Romano Pontifici crimini vertunt. Negant S. Leandrum præsedisse loco Pelagij secundi Concilio Toletano tertio, quos falsi reuincit Isidorus lib. 1. Chronici his verbis, Interfuit tunc dignitate primus ille Catholicus, & Orthodoxus Leander Hispalensis Archiepiscopus, & Romanæ Ecclesiæ legatus, sanctitate & doctrina perspicuus. Rodericus Toletanus lib. 2. cap. xv. Leandrum scribit huic Concilio interfuisse, quod etiam ex homilia Leandri ad calcem Synodi adiuncta liquet. Ioannes Biclarensis in Chronico, summa, inquit, tamen Synodalis negotij penes Sanctum Leandrum Hispalensem Episcopum, & Beatissimum Eutropium Monasterij Seruitani Abbatem fuit. Fatemur S. Gregorium lib. 4. ep. 32. ad Mauricium August. Epist. 34. 36. 38. & lib. 6. ep. 24. ep. 28 30. & lib. 7. ep. 70. & epist. 30. Indictionis primæ ad Eulogium Alexandr. improbare in Archiepiscopo titulum vniuersalis, hoc significatu, vt solus Episcopus omnium vrbium Christianarum esse velit, quasi cæteri sint eius vicarij, non veri episcopi, eundem tamen titulum in episcopo Rom. probat idem B. Gregorius ep. 32. lib. 4. quia Petro totius ecclesiæ cura commissa est à Domino: quare & Pontifici Rom. vniuersalis episcopi nomen à Chalcedonensi Concilio tributum esse agnoscit. Ideo pontifices Rom. vocant se episcopos vniuersalis Ecclesiæ, vt patet ep. 1. Sixti 1. ep. 1. Victoris 1. ep. 2. Pontiani 1. p. 1. Stephani 2. ep. 54. 62. 65. Aiunt Galliæ Episcopos ab obedientia Romani põtificis semper fuisse liberos. Cõtra pronuntiat epistola v1. Pelagij primi ad Sapandum Arelat. episcopum. Maiorum nostrorum cupientes inhærere vestigiis caritati tuæ per vniuersam Galliam Sanctæ sedis Apostolicæ, cui diuina gratia præsidemus, vices iniungimus: hoc enim antiquitatis memoria docet, hoc Ecclesiæ Romanæ testatotur scrinia à Sanctis Patribus & decessoribus nostris, tuis decessoribus esse concessum. Hinc est quod & nos fraternitati tuæ huiusmodi curas iniungimus, vt sedis nostræ vicarius institutus ad instar nostrum in Galliarum partibus primatum obtineas, &c. In responsis Gregorij ad interrogationes Augustini hæc leges, quia ab antiquis prædecessorum meorum temporibus pallium Arelatensis Episcopus accepit, quem nos priuare auctoritate percepta minime debemus. Idem ad Augustinum ait, Britannorum vero episcoporum omnium curam tuæ fraternitati committimus. De caussa Ioannis Presbyteri à Ioanne Constantinop. damnati, & à S. Gregorio absoluti, ac in integrum restituti, legendus S. Gregorius ep. 52. 64. Indict. 11. lib. 2. ep. 14. 15. 16. 17. lib. 5. indict. 14. ita & Adrianus Thebarum Episcopus à Ioanne Episcopo primæ Iustinianæ iniquo iudicio oppressus Romam cum appellasset absolutus, & in pristinum restitutus est à S. Gregorio epist. 7. & 8. lib. 2. Indict. 11. Qui negant B. Gregorium Episcopo Corinthiorum, & Nicopolitano pallium misisse reuincuntur epist. 55. lib. 4. Indict. 13. & ep. 8. vbi S. Gregorius Ioanni primæ Iustinianæ Episcopo vna cum pallio quod miserat vices suas delegat. Verbis Pauli Diaconi lib. 4. de gestis Languob. cap. 37. inscite nos oppugnant: Phocas, inquit, rogante Papa Bonifacio statuit sedem Romanæ & Apostolicæ Ecclesiæ caput esse omnium Ecclesiarum, quia Ecclesia Constantinopolitana primam omnium Ecclesiarum se scribebat. Idem pene narrat lib. 18. hist. miscel. Admitto repressam a Phoca Patriarcharum arrogantiam, vt & à decessoribus suis Imperatoribus Romanis, & Constantinopolitanis. S. Gregorius epist. 64. lib. 7. Indic. 2. de sede, inquit,

Con

Constantinopolitana quis dubitet eam Apostolicæ sedi esse subiectam. Iustinianus ep. ad Ioannem Papam, Ecclesiam Romanam caput omnium ecclesiarum vocasse suprà ostendimus. Doleant sanctu Gregorium epist. 10. lib. 10. Indict. 6. Xenodochio Augustodunensi varia priuilegia indulsisse. Doleant, & audiant eundē eodem lib. ep. ad Brunechildam Reginam Francorū, quæ petierat ab eo, vt talem in Gallias personā mitteret, quæ facta synodo cūcta, quæ cōtra sacratissimos canones perpetrātur omnipotēte Deo auctore possit corrigere. Idē ep. 52. l b. . . indict. 6. Ioan. defensorem in Hispaniam legat, vt caussam Ianuarij & Stephani episcopoium cognoscat, & prout æquitas postulauerit definiat, cùm duo isti præsules sedibus suis pulsi Romā appellassent. Aiunt Honorium pontificem romanū hæreticum monothelicam fuisse, quos falsi arguit sanctus Maximus disputatione cum Pyrrho quæ formis excussa est, qui Honorium Papam piè semper de fide sensisse ostendit. Quod & probat Manuel Caleca, vir doctissimus. Agatho certè papa in epistola ad Constantinum Imperator. concilio 6. lecta & probata, palam asserit, nullum ex Pontificibus Romanis aliquando à recta fide deflexisse VI. Synodo sub Martino I qua monothelitæ damnantur, nulla Honorio labes aspergitur, nulla eius mentio fit. Vrgent Seuerino successori Honorij electo iam expectandam fuisse Imperatoris confirmationem annum integrum cum dimidiato. Mera mapalia vndecim tantum menses & dies quatuor, Seuerinum in solio Petri sedisse Anastasius bibliothecarius restatur. Seuerinum excepit Theodorus quem Africani præsules per epistolam summum omnium præsulum pontificem indigerant. Huic successit Martinus I. sub annum Christi 650. quem excepit Eugenius, dein Viralianus Adeodatus, Donus, Agatho, qui sub annum 678. ad ecclesiæ gubernacula sedit, & hunc canonem tulit, apud Gratianum dist. 19. sic omnes sanctiones Apostolicæ sedis accipiendæ sunt, tanquam ipsius diuini Petri voce firmatæ sint. Idem in epistola ad Constantinum Imperatorem scripsit, Ecclesiam Apostolicam numquam à via veritatis in qualibet erroris parte deflexisse. In epistola Synodica ad Agathonem legitur: Itaque tibi vt primæ sedis antistiti vniuersalis Ecclesiæ quid gerendū sit permittimus, stanti supra firmā fidei petram. Patres eius Synodi profitentur se literas Agathonis ad Imperatorem vt à summo Apostolorum vertice diuinitùs perscriptas agnoscere, per quas exortam nuper multiplicis erroris hęreticam sectam depulimus, act. 17. & 18. Agatho vniuersalis Papa nominatur. Exciderat mihi de Dono quod scribit Anastasius Bibliothecarius huius temporibus Ecclesia Rauennatum quæ se ab Ecclesia Romana segregauerat causa autocephaliæ: denuo se pristinæ sedi Apostolicæ subiugauit. Patres Synodi epistola ad Agathonem loquuntur in hæc verba, Orthodoxæ autem fidei splendidam lucem vobiscum clarè prædicauimus, quam etiam vt per honorabilia rescripta vestra confirmetis vestram oramus paternam sanctitatem. Anastasius de Ioanne Episcopo Portuensi loquens legato Agathonis Constantinopoli, hic, inquit, suscepit Diualem iussionem secundum suam postulationem vt suggessit, per quam releuata est quantitas quæ solita erat dari pro ordinatione Pontificis faciendа. De Benedicto II. qui sedit anno Christi 684. Anastasius, Hic suscepit Diuales iussiones Constantini Pogonati magni principis ad venerabilem clerum, & populum Rom. ciuitatis per quas concessit vt persona qui electus fuerit ad sedem Apostolicam e vestigio absque tarditate Pontifex ordinetur. Agatho sextam Synodum legitimam probauit. Quinisextæ sub Iustiniano Rhinotmeto Sergius subscribere detrectauit, vt Anastasius scribit, quia erratici plures canones in eam introducti. De Leone III. cùm iudicium institutum esset, responderunt Episcopi, Nos sedem Apostolicam, quæ est caput omnium Dei Ecclesiarum, iudicare non audemus. Nam ab ipsa nos omnes & vicario suo iudicamur, ipsa autem à nemine iudicatur, Quemadmodum & antiquitatis mos fuit. Aiunt 2. Synodum Nicænam Constantini & Irenes auctoritate coactam. Audienda super ea re Constantini & Irenes sacra ad Adrianum Papam. Cum consilio decreuimus vniuersale concilium. Ergo rogamus vestram paternam beatitudinem vt det se ipsum, nec tarditatem faciat, & ascendat huc in stabilitatem & firmitatem antiquæ traditionis super venerabilibus imaginibus. Debitum enim illi est hoc facere. Et tanquam verus primus sacerdos, & is qui in loco & sede sancti, & superlaudabilis Apostoli Petri præsidet, ascendat simul: huic Synodo legati Apostolicæ sedis præsidēre, nu . Tarasius Patriarcha ad quem Adrianus Papa in Epistola apud Anastasium Bibliothecarium loquitur in hæc verba, Si sacras ac venerabiles imagines illis in partibus non restituerint, consecrationem vestram modis omnibus recipere non audemus. Sedes apostolica in omnem terrarum orbem primatum tenens refulget, & caput omnium ecclesiarum Dei consistit. Idem Adrianus in ep. ad Constantinum & Irenem apud Anastasium, valde mirati sumus, ait, quod in vestris imperialibus iussis, pro Patriarcha regiæ vrbis scilicet Tarasio directis, vniuersalem ibidem eum reperimus exaratum, &c. Suademus vt minimè in suarum exarationum serie vniuersalis describatur, quia contra Sanctorum canonum instituta, seu sanctorum patrum traditionem de-

creta esse videtur: quod si vniuersalis est etiam Ecclesiæ nostræ sedis primatum habere dignoscitur, quod ridiculum omnibus fidelibus Christianis apparet, quia in toto orbe terrarũ ab ipso redẽptore mũdi Petro Apostolo principatus ac potestas data est, & per eundem Apostolũ cuius vel immeriti vices gerimus, sancta Catholica & Apostolica Romana Ecclesia vsque hactenus & in æuum tenet principatum: quod præceptum vniuersalis Ecclesiæ nullam magis oportet exsequi sedem, quam primam, quæ & vnamquamque Synodum, & sua auctoritate confirmat, & continuata moderatione custodit. Obiectãt sed irrito ictu à Carolo magno institutum, vt à Metropolitanis ad Romanum Pontificem appellaretur, lib. 6. legum Francic. cap. 299. vbi hæc verba leges, si quis Episcopus depositus agendum sibi negotium in vrbe Roma proclamauerit, alter Episcopus in eius Cathedra post appellationem eius qui videtur esse depositus omnino non ordinetur, nisi caussa fuerit iudicio Romani Episcopi determinata. Supra beatos Athanasium, Chrysostomum, & alios plerosque à synodis oppressos Romanum Pontificem appellasse ostendimus. Ibidem libr. 6. cap. 287. Carolus Magnus ait, si quæ causa vel contentiones inter clericos, & laicos tam maioris ordinis, quam etiam inferioris fuerint exortæ, placuit vt secundùm synodum Nicænam, &c. Si autem maiores caussæ in medio fuerint deuolutæ, ad sedem apostolicam, vt sancta synodus statuit, & beata consuetudo exigit post iudicium episcopale, referatur. Aiunt Stephanum V. qui Leoni III. successit, contra legem non exspectato Imperatoris iussu electum & ordinatum. Et ego aio, eo iussu nihil opus fuisse, cùm a sanctissimo Cardinaliũ senatu eligi debuerit, aut certè liberis Romanorũ suffragijs. Stephanus tamen V. Ludouicum Imperatorem de sua consecratione per legatos monuit, imò ipse ad Ludouicum profectus est, de quorum occursu Theganus de gestis Ludouici Imperatoris cap. 16. scribit in hæc verba: Descendit vterque de equo suo, & Princeps se prosternens omni corpore in terram tribus vicibus ante pedes tanti Pontificis, & tertia vice erectus salutauit Pontificem, istis verbis dicens, Benedictus qui venit in nomine Domini. Obiiciunt synodos particulares collegisse Ludouicum. Agnosco, sed voluntate Romani Pontificis, lib. 6, capit. Franc. c. 287. Auctoritas ecclesiastica atque canonica docet non debere absque sententia Rom Pontificis concilia celebrari. Golstadus tom. 3. constitut. pag. 258. hanc Ludouici constitutionem profert, nullus Episcopus nisi canonicè vocatus, & in legitima synodo suo tempore, Apostolica auctoritate conuocata, cuius iussione Domini, & meritis beati Petri Apostoli singularis congregandorum conciliorum authoritas, & sanctorum canonum ac venerandorum patrum decretis multipliciter priuata tradita est potestas, sub quibuslibet criminibus pulsetur. Opponunt, sed imprudenter, & in exitium caussæ suæ, verba Theodori studitæ, quæ sic habent ad Paschalem Papam, Apostolicum caput, à Deo præposite pastor ouium Christi, ianitor regni cœlorum, Petra fidei supra quam ædificata est Ecclesia Catholica. Petrus enim tu, Petri sedem exornans, & gubernans: habes potestatem à Deo, eo quod omnium princeps es, in quo positus es. In 11. epist. ad eundem: Vos igitur illimis ac syncerus ab initio fons synceræ veritatis. Vos aduersus omnem hæreticam procellam tranquillus sepositus portus Ecclesiæ vniuersæ. Vos à Deo electa ciuitas refugij salutis. Dicerem hæc ab adulante dici, nisi à patribus iam olim Romano Pontifici veritate cogente sine fuco & fallaciis dicta essent. Gregorio III. successit Sergius II. quem sine auctoritate imperiali creatum scribit Anastasius, ad quem Lotharius filium suum Ludouicum misit, vt coronaretur, ait Ado. Ludouicus pedes Pontificis exosculatus est, vt & Siconulphus Beneuentanorum Princeps, vt prodit Anastasius in Sergio. Leo IIII. capitulo inter nos distinct. 63. Lotharium & Ludouicum Augustos sic alloquitur. Inter nos & vos statutum est, & confirmatum, quod electio & confirmatio futuri Romani Pontificis non nisi iustè & canonicè fieri debeat. De Ioanna Papissa quod obiiciunt, sunt vitreæ fractæ, cùm Victorianus grauis eadem ætate scriptor post Leonem quartum nullum Ioannem, nullam meretricem, sed Benedictum III. proximè post Leonem & ἀμέσως sedisse in suis annalibus tradat. Lupus Abbas loci Ferrariæ in Diœcesi Senonum antequam Romam ad Leonem legatus pergeret, scripsit epistolam ad Marcnardum Abbatem Romniensem, vbi inter Leonem & Benedictum nullam Ioannam collocat. Benedicto successit Nicolaus, qui Epistola ad Michaelem Imper. Constantinopolitanum scribens ait, Decessores mei, beatæ memoriæ, Leo & Benedictus. Ioannæ nulla vsquam mentio. Accedit Leonis historici testimonium, qui Ioannem VIII. Nicolai & Adriani successorem lib. 1. histo. fuisse ait, qui octauus certe non fuit: si Ioanna illa fuit, Martinus Polonus huius fabellæ auctor. Anastasius qui id temporis vixit Romanam sedem post Leonis IV. obitum XV. tantum dies vacasse scribit, & Leoni IV. Benedictum III. suffectum asserit, inconsulto Imperatore, cui successit Nicolaus primus liberis Romanorum suffragiis creatus, quod tantum abest vt Ludouicus Imper. indigne tulerit, vt etiam equitante Pontifice habenas equi pedestris more (ait

re (ait Anastasius) tenuerit. Episcopi Galliæ in controuersiis suis frequenter Nicolaum appellarunt, ad quos scripsit epistolas decretales veterum Pontificum ante Syluestrum esse recipiendas, licet in corpore canonum non contineantur. Verba eius sunt, testat quod decretales epistolæ Rom. Pontificum sint recipiendæ, etiamsi non in corpore canonum compaginatæ, quoniam inter ipsos canones vnum B. Leonis capitulum constar esse permixtum, quo ita omnia constituta sedis Apostolicæ custodiri mandantur, vt si quisquam illa commiserit, nouerit sibi veniam negari: pessimum factum clamant, Quod Constantinus M. omnes Episcopos vocauit Deos apud Ruffinum lib. 1. Histor. Eccles. cap. 2. Respondet Dominus ipse, Ego dixi, dij estis, & filij altissimi omnes Nicolai verba ad Michaelem imperat. Constant. interpolant, quæ sic habent ep. 8. Ergo imperator considera si illos dixit audiendos, qui super Cathedram Moysi sedebant, quanto potius his qui super Cathedram Petri resident, esse existimetis obediendum. Cæterum vt calamum ad Constantinopolitanos præsules extendamus, aut nunquam omnino, aut certe vix aliquis sine consensu Romani Pontificis repetitur electus. Nicolao successit Adrianus II. cuius legati præsedere octauæ Synodo quæ sub Basilio Imp. habita est. Eius Synodi can. 21. hæc verba leges, Neminem debere conscriptiones contra Sanctissimum Papam Senioris Romæ, ac verba complicare, ac componere sub occasione quasi diffamatorum quorundam criminum. In can. 2. Græcæ editionis eiusdem Synodi edicitur, omnia quæ Nicolaus & Adrianus Pontifices de constituenda, componendaque Ecclesia Constantinopolitana declararunt, vna cum declarationum capitibus seruanda & custodienda, nemo vt illa quacunque de caussa infirmare, antiquareque possit. Adrianum II. excepit Ioannes VIII. anno 1372. sub quo Photius sedi Constantinop. ab ipso Ioanne redditus anno 1379. Synedrium habuit, in quo traductis in suas partes Apostolicæ sedis legatis cœlum terræ miscuit. Ioanni successit Marinus vir sanctitate nobilis, quem Platina immerito lacerat. Marino Adrianus III. qui renouauit decretum, ne in creando Pontifice Imperatoris exspectaretur auctoritas. Vido imperat. à Formoso Papa coronatus, donationes Pipini, Caroli & Ludouici confirmauit. Adriano III. successit Stephanus VI. cuius illud est apud Gratianum Distinct. xix. Quicquid Ecclesia Romana statuit, quicquid ordinat perpetuò & irrefragabiliter obseruandum est. Sequuti sunt Pontifices Romani minus probi, quorum vitia nullam Sanctissimę B. Petri Cathedræ labem aspergere possunt. Concilio Rauennate anno 904. vt Sigebertus ait, edictum à Patribus aduersus Synodum, qua Stephanus Formosum damnandum curarat, in hæc verba conceptum est. Ea si quidem quæ de ipso prænominato Concilio scripta esse noscuntur, quoniam irrita & contra canonicam auctoritatem præsumpta sanxistis, decernimus vna cum consultu omnium vestrum si placet igne crementur, sicut de latrocinali Ariminensi Synodo, & Ephesina ti. scriptum continetur, & de his quæ contra Sanctissimum Papam Leonem acta sunt, & secundum quod tempore Domini Adriani Iunioris Papæ Synodali conuentu Illa quæ contra Dominum Nicolaum Beatissimum Papam Constantinopoli turpiter acta fuerant, igne cremata in sancta Romana Ecclesia constat fuisse. Quod igitur Pontifices obiiciunt extitisse profligatissimos audiant B. Augustinum epist. 105. Etiamsi in illum ordinem Episcoporum qui ducitur ab ipso Petro vsque ad Anastasium qui nunc eandem Cathedram sedet quispiam traditor per illa tempora subrepsisset, nihil præiudicaret Ecclesiæ, & innocentibus Christianis, quibus Dominus prouidens ait de malis præpositis, quæ dicunt facite, quæ autem faciunt nolite facere. Anno 962. Otho magnus imperator coronatus iurauit Ioanni 12. omnia quæ S. Petrus grassante tyrannide amiserat fideliter restituturum. Glabrum aiunt lib 4. c 5. scribere, legem à Benedicto IX. conditam, nequis præter voluntatem Roma. Pontificis Imperatoris titulo vteretur. Glabri verba sunt, Nimium condecens ac perhonestum atque ad pacis tutelam optimum decretum esse, vt imperator non sit, nisi cui Papa commiserit insigne imperiale. Decreti huius Benedictum IX. auctorem non facit. Improbant Canonem hunc à Nicolao II. latum, vt per laicos nullo modo quilibet Clericus aut Presbyter obtineat Ecclesiam nec gratis, nec pretio: frustra improbant, cum ius conferendi beneficia Ecclesiastica, & inuestiendi non Laicis, sed Ecclesiasticis tantum per se competat. Damianus scribit S. Ambrosium cùm Nicolaitarum, id est, incontinentium Clericorum Mediolani inualescentium lasciuiam solus coercere non posset, opem ab Ecclesia Rom. postulasse, itaque Syricium Papam tres eius rei gratia legatos eo destinasse. Negant id temporis Nicolaitas fuisse. Certe, Iouinianum idem pene cum Nicolaitis sentientem extitisse non negabit, qui epist. 80.81. lib. 10. epist. S. Ambrosij legerit. Indignantur regnum Poloniæ ante DC. annos à Casiuuro rege Pontifici Romano feudale & tributarium summo omnium Polonorum consensu factum. Non indignatur Dlugoschus, qui & longinus, nobilis Polonus, egregius historiæ auctor, qui denarium S. Petri vocat, ex eóque regiones ditionis Po-

Ioniæ maximo regni fructu & emolumento agnosci ait. Mentiuntur ab Vrbano I I. statutum expeditionis Hierosolymitanæ communiendæ gratia, vt nemo laicorum à capite ieiunij, id est, à die Cinerum, nemo clericorum à quinquagesima vsque in pascha carnes comedat. Neque enim id ab Vrbano I I. sed ab Apostolis ipsis edictum, vt ex Patribus alibi docemus. Iouestituras probant à laicis factas, de quibus Iuo ep. 238. si congrua volumus rebus nomina dare, possumus dicere quod manualis illa inuestitura per laicos facta alieni iuris est peruasio, sacrilega præsumptio, quæ pro libertate Ecclesiæ & honestate saluo pacis vinculo, si fieri potest penitus abscindenda est, ep. 235. De inuestituris Ecclesiarum quas laici faciunt sententiam præcedentium Gregorij & Vrbani, quantum in me est laudo atque confirmo. Eiusdem Iuonis dictum non ferunt epist. 8. sedis Apostolicæ iudiciis & constitutionibus obuiare, planè est hæreticæ prauitatis notam incurrere, cùm scriptura dicat, hæreticum esse constat, qui Romanæ Ecclesiæ non concordat: scripturam intelligit canonicam, Anselmum Cantuariensem Archiepiscopum quod mille libras argenti ob collatum sibi Archiepiscopatum Regi Vvilhelmo pendere nollet, iure necatum aiunt. De Vvilhelmo Matthæus Parisiēsis audiendus. Vvilhelmus alienis nequior, sibi nequissimus, qui subiectos omnes continuis geldis & talagiis vexabat, vicinos guertis & exactionibus assiduis prouocabat. &c. Henricum quartum Imperatorem Gregorio VII. & Paschali II. innocentiorem fuisse asseuerant, de quo Vspergensis ab Henrici partibus non abhorrens in suo Chronico loquitur in hæc verba, A Catholicis, id est, cunctis B. Petro, suisque successoribus fidem & obedientiam lege Christiana conseruantibus, Archipirata simul, & Hæresiarcha, nec non & Apostata, persecutórque plus animarum, quàm corporum competenter dicebatur, vtpote qui nec naturalibus, nec consuetudinariis contentus sceleribus, noua & à sæculis inaudita, adeóque nonnulla incredibilia excogitasse, & exercuisse infamabatur. Ruperti Tuitiensis Episcopi verba lib. 2. in Ioan. ad cap. 1. flagitiose detruncant, quæ sic habent, Et ego tibi dico, quia tu es Petrus, &c. Claret ergo quia Christus super seipsum videlicet firmam petram suam ædificaturus Ecclesiam, vbi vidit: imo intuitus est, vt ait Euangelista, id est, diligenter respexit illum quem primum post se volebat eiusdem esse fundamentum Ecclesiæ. Hac de causa Petrum a seipso Petra prima denominauit, vtpote in quo post seipsum tota constituta erat fabrica Spiritualis ædificij. Igitur Simon quod interpretatur obediens, quia primus Petræ illi erat superponendus, super quam Ecclesia ædificatur pulchre mutato nomine, Petrus ab ipsa Petra denominatur. Aiunt in Synodo Lateranensi 1139. Sub Innocentio 2. nihil aliud actum esse, quàm vt Innocentius firmaretur, Anacleti fautores deprimerentur. Contra sentit Otho Frisingensis qui lib. 7. c. 23. Proxima, inquit, media quadragesima Synodus maxima circiter mille Episcoporum Romæ præsidente summo Pontifice Innocentio celebratur, ibique post multa salutifera decreta promulgata schismatici qui parti Petri Leonis fauerant, damnantur. Verba D. Bernardi in Pontificem Innocentium retorquent, quibus ille Petrum Leonis Antipapam perstrinxit, Epist. 124. Cernitur abominatio stare in loco Sancto, quem vt obtineret, incendit igni Sanctuarium Dei Epist. 125. bestia illa de Apocalypsi cui datum est os loquens blasphemias, & bellum gerere cum sanctis, Petri Cathedram occupat, tanquam Leo paratus ad prædam, Petrum Leonis designat, Ep. 176. De Leone Romam obtinente per vim, Nequaquam nos Beneuenti, non Capuæ, non ipsius Romæ terret amissio, Deo sic iudicante, scientes Ecclesiæ statum non armis iudicari, sed meritis. Dolent intercidisse scripta Petri de Bruis (quæ à Sancto Bernardo & piis omnibus damnata sunt) quod illa recederent à fide Catholica, & cum erroribus partiariorum nostri sæculi paria facerent, Doleo ipse, non intercidisse scripta Petri de Bruis, quæ flammis aboleri fidei interfuit, sed partiarios à fide transfugas pessime grassari in veterum auctorum scriptis, quorum auctoritate abutuntur. Addunt, detrahunt, inuertunt, truncant, nihil apud eos integri moris est, nihil fidei, id agunt vt rudibus & incuriosis imponant, qui scripta eorum ad examinis obrussam non vocent. Alexandri III. fastum intolerabilem damnant, quod calcatis pede Friderici I. ceruicibus, verbis etiam insultarit. Nego id vnquam factum esse, aut ab aliquo illius sæculi scriptore traditum. Abhorret hic fastus ab humanitate Alexandri III. de quo Ioannes Sarisberiensis epist. quinquagesima nona. Miror quod omnes pauperem sequuntur Alexandrum, malúntque cum eo exsulare à facie principum, quam adhærentes æmulo eius cum principibus imperare. Si personam personæ confertas alter (de Alexandro loquitur) literatus est, modestus, humilis iustitiæ zelator, alter (Victorem intelligit) solam semper amplexus est vanitatem. Si causam causæ, alter ingessit se tanquam fur, & latro, manu violenta, exquisitis dolis, sponso indignante in sponsæ amplexus irruit, alter casto pudore subsistit, an equá introducetur à sponsa. Ibidem ait, Romanam Ecclesiam solius Domini reseruari iudicio vniuersalem Ecclesiam par-

particularis

ticulari, Ecclesiæ iudicio non subijci. Negant Thomam Cantuariensem, vt martyrem ab Alexandro in album sanctorum referri debuisse, & Cæsario auctore niti se dicunt, cuius verba recitabo ex lib 8. Dialog. c. 69. Eadem quæstio Parisiis inter magistros ventilata est. Nam magister Rogerus iurauit illum (Thomam Cantuar.) dignum fuisse morte, etsi non tali, beati viri constantiam iudicans contumaciam. Econtra Magister Petrus Cantor iurauit esse martyrem Deo dignum, vtpotè pro libertate Ecclesiæ trucidatum. Quam quæstionem Christus soluit, cùm multis & magnis illum signis glorificauit. Oppugnant opes Ecclesiæ verbis Othonis Frisingensis, qui libro quarto Chronicon hæc habet. Ausentior tamen Romanæ sanctæ Ecclesiæ, quam supra firmam petram ædificatam non dubito, credendáque quæ credit, licitè possidenda quæ possidet, credo. Aiunt Lucium III. Valdenses & Albienses excommunicasse, quod sandalia in pedibus, & cappam induerentur, vt scribit Abbas Vrspergensis in Chronic. verbis Abbatis reniuncuntur in anno 1212. Quos Lucius (inquit) Papa quondam inter Hæreticos scribebat, eo quòd superstitiosa dogmata, & obseruationes in eis reperirentur, in occultis quoque prædicationibus quas faciebant plerumque in latibulis, Ecclesiæ Dei & Sacerdotio derogabatur. Idem de pauperibus de Lugduno ita loquitur: hoc quoque probrosum in eis videbatur, quod viri & mulieres simul ambulabant in via, & plerumque simul manebant in vna domo, & de eis diceretur, quod quandoque simul in lectulis accubabant. Frustra nobis securim iniiciunt Petri Blesensis, cuius hæc verba epist. 68. silentio dissimulant. Sicut eminentiam Apostolicæ sedis magistram omnium Ecclesiarum profitemur, sic ab ipsa consilia in ambiguis, in angustiis solatia, responsa in iudicijs exspectamus. Othonem iniuria ab Innocentio III. diris deuotum esse aiunt. Audiant Vrspergensem in cuius auctoritate tam crebro delitescũt. Peragratis, inquit, partibus Thusciæ & Marchię contra iuramentum quod fecerat Domino Papæ manu hostili cœpit inuadere terras sancti Petri ad Ecclesiam Rom. pertinentes. Præterea iuramenta quæ fecerat de reformanda pace cum Philippo Rege Franciæ, & Friderico Rege Siciliæ, vt super his staret mandatis Domini Papæ, quatenus Ecclesia tota non perturbaretur, omnino respuit obseruare: cúmque super his ad resipiscendum frequenter admonitus à Papa fuisset, tandem contumax & rebellis existens ab eo fuit excommunicatus. Indignantur Innocentium apud Alexium Imper. Constantinop. conquestum esse, quod Patriarcham infra se ad sinistram collocasset: verba Innocentij & mentem adulterarunt, qui in epistola ad Imper. conqueritur, quod Patriarcham aut faceret, aut permitteret sedere iuxta scabellum pedum suorum in sinistra parte, cùm alij Reges & Principes archiepiscopis & Episcopis suis, sicut debent, reuerenter assurgant, & eis iuxta se venerabilem sedem assignent, obijciebat Imper. sancti Petri verba, subditi estote omni creaturæ propter Deum, siue Regi tanquam præcellenti, siue Ducibus tanquam ab eo missis. Respondit Pontifex, nam si per hoc quod Apostolus dixit, subditi estote, Sacerdotibus voluit imponere iugum subiectionis, & eis prælationis auctoritatem adferre, quibus eos subiectos esse monebat, sequeretur ex hoc quod etiam seruus quilibet in Sacerdotes imperium accepisset, cùm dicatur omni creaturæ. Oderant criminibus Honorium III. Gregorium IX. & Innocentium IV. in causa Friderici II. quem tamen proflig atissimum principem audire, & fuisse non diffitentur. Matthæus Paris, pag. 695. eadem te, Eisdem diebus (inquit) transmissi fuerunt ad Curiam Romanam duo facinorosi temerarij per Fridericum, qui more Assassinorum Dominum Papam subdola conspiratione interficerent. Idem de Friderico, sed tamen induratus volens auertere corda Regis & Principum, tam à deuotione, quàm veneratione Ecclesiæ, & prælatorum, præcipuè Domini Papæ scripsit epistolam quandam nimis reprehensibilem. In ea enim virosum propositum suum quod diu occultauerat euomuit. Mentiuntur Honorium III. sanxisse hostiam de genibus adorandam. Verba Honorij sunt cap. Sanè extra de celebrat. Missarum: Sacerdos verò quilibet frequenter doceat plebem suam, vt cùm in celebratione Missarum eleuatur Hostia salutaris, se reuerenter inclinet, idem faciens cum eam Presbyter defert ad infirmum: ostendam alibi honorem hunc adorationis iam olim à Patribus Ecclesiæ primitiuæ habitum, sanctissimæ Eucharistiæ. Obijciunt epistolam Philippi Francorum Regis ad Cardinales, quæ extat lib. 1. epist. Petri de Vineis, cap. 33. qua Curiam Romanam, & Cardinales admordet: in eadem tamen epistola hæc legentur, cùm Papalis dignitas sit orbis caput, orbis regimen, orbis maiestas. An Cæsaris tyrannidem pertimescunt, sed hominem timere non debet, cui Dominus est adiutor. Criminantur Concilio œcumenico Lugdunensi Pontificem sponsum Ecclesiæ vocari, blasphemiam committi aiunt, quod solus Christus sit sponsus Ecclesiæ: admitto, si primarium sponsum dicunt, Pontificem secundarium esse non diffitemur. Ita Deus primaria lux, Apostoli secundaria. Nicolaum IV. telo petunt, sed imbelli & sine ictu, quem dicunt milites in Syriam misisse, vt Christi sanctissimum natale, & se-

 pulchrum

pulchrum à Sarracenorum iniurijs assereret. Addunt sub exitum vitæ eundem Cardinales obstrinxisse, ne quem vnquam nisi ex ordine Franciscanorum ad summum pontificatum euehetent, ex Crantzio lib. 8. c. 35. de Saxon. qui tamen id incertis rumoribus iactatum ait, quod si fecisset pontifex, sanctitas patrum ordinis D. Francisci probe factum euinceret. At crucem, inquiunt, per Europam denunciauit, vt decimæ emungerentur. Mendacium est luculentum, quod Eberardus in Annalibus, & Chronicon Salisburgense falsi arguit. Mentiuntur Celestino mortuo Bonifacium Decretalem euulgasse, qua papæ papatum abdicare nefas esse sanciretur. Quod fas esse pontifex Celestinus edixerat, & ipsa re vsurparat. Bonifacius enim sextum Decretalium euulgauit biennio post Celestini obitum, in quo nominatim Celestini edictum firmauit, probauit, anno 1298. cùm Celestinus obijsset anno 1296. vt Vvalsinghamus Anglus scribit in Eduardo I. Opponunt Clementem V. legem tulisse, vti reges Romanorum in Germania electi pro Imperatoribus non habeantur donec à Papa Imperatorium nomen acceperint. Criminatio est à vero alienissima. Obiiciunt à Clemente V. templarios indicta causa damnatos. Imo à Synodo œcumenica Viennensi iure damnati sunt. Mentiuntur Clementem à purgatorij & æternæ damnationis pœnis eos absoluisse, qui ad Hierosolymitanam expeditionem se cruce signassent. Nullus auctor è veteribus id asserit. At, inquiunt, Eduardus III. Angliæ Rex in epistola ad Clementem VI. apud Vvalsinghamum anno 1343. de quibusdam oneribus circa ecclesiastica beneficia conqueritur. Verba Eduardi subiiciam, Sanctissimo in Christo Patri, ac Domino, Domino Clementi diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ, ac vniuersalis Ecclesiæ summo Pontifici: qui titulos Pontificis Romani tam illustres agnoscit, querela eius nihil nisi modestiam sapere potest. Aiunt ex sancto Antonino Ioannem XXII. frequenti concilio à Petro de Corbario hæreseos conuictum, ad flammas damnatum. Verba sancti Antonini par. 3. titu. 21. cap. 6. Ioanni XXII. patrocinabuntur. Post falsam coronationem ausus fuit facere Ludouicus Bauarus contra Papam Ioannem processum, & contra Regem Robertum tanquam contra hæreticos & patarenos, cum multis derisionibus & contumelijs eos ad ignem cōdemnando: vnde omnes boni fideles abominari sunt eum, & multi clerici ex vrbe recesserunt. Imponunt impudentissimè Ioanni XXII. quasi pronuntiauerit Christū nunquam dedisse consilium Christianis vt bona sua relinquerent: nihil à vero alienius. Mentiuntur splendidè Canonistas ex Pontifice Deum essentia facere: imò imitatione, & delegata ab ipso Deo iurisdictione. Oblatrant glossam in cap. periculoso de statu regularium in 6. dicere, papam totius mundi principatum tenere. Agnosco, sed spiritalem, vt Christi Vicarium. Obiiciunt glossam in cap. fundamenta de electio. in 6. pronunciare Papam hominem non esse. Subijcit glossa protinus, quatenus est Dei Vicarius, quia sic aliquid supra hominem habet. Sed aiunt glossam in prœmium Clementinarum dixisse,

Qui maxime rerum

Nec Deus es, nec homo, sed neuter es, inter vtrumque.

Respondeo glossam citare hos versus ex Anglico poeta, & addo pontificem non esse Deum natura, sed iurisdictione à Deo accepta, non esse hominem vulgarem, verum Apostolicum, Dei Vicarium, ita poëtam interpretor: sed eadem glossa, inquiunt, vocabulum papæ, idem dicit esse quod admirabilis. Respondeo Sidonium Appollinarem omnes Episcopos vocare Papas & patres, quos potestas à Deo delegata facit admirabiles: maximè verò pontificem Romanum Dei Vicarium, verè admirabilem: fatemur tamen vocem, Papa, non significare admirabilem. Obiectant glossam Zenzelini ad extrauag. Ioan. XXII. cùm inter, dixisse, Credere autem Dominum Deum nostrum Papam conditorem dictæ Decretalis. Respondeo verbis Christi, ego dixi, Dij estis. Deus papa, omnium in Ecclesia iudex, quia Vicarius Christi, Deus per participationem. Benedictum XII. insectantur vt puellari amore perditum. Audiant Platinam in laudandis pontificibus præparcum. Benedictus tantæ constantiæ fuit, vt demoueri à recto vel vi, vel precario, vel pollicitationibus nunquam potuerit, Paulus Langius in Chronico Citizensi eundem moribus & scientia clarum vocat. At, inquiunt, Petrarcha in suis epistolis Romanos pontifices dente Theonino arrodit: vitia hominum proscindit Petrarcha, non hominum ordines. Imò frequenter Romam almam & sacrosanctam vrbem, Reginam vrbium, arcem Christianæ fidei, locum Deo gratum, hominibus venerandum, sacram tellurem, rerum caput appellat. Aiunt imposturam esse mille trecentis post annis capita Petri & Pauli ab Vrbano V. ab alijs capitibus internosci potuisse. Verba Blondi sunt, Agentem Romæ Carolum IV. Imperatorem Papa stimulauit, vt Apostolorum Petri & Pauli capita perquireret, quæ Dei fauore inuenta locello condidit eminente in Lateranensi Ecclesia exstante, multo argēto, auro vndiq; gēmato plurimū exornata. Cognita sunt ex titulis & inscriptionibus. Clemētem VI. mordicus petūt, de quo Platina, fuit vir multæ doctrinæ compositæq; eloquentiæ

eloquentiæ, liberalis in omnes, comis & per humanus. Obloquuntur Gregorio XI de quo Platina, fuit tantæ innocentiæ & placabilitatis, adeoque humanus & pius, vt ab omnibus vnice diligeretur. Is Auenione Curiam Pontificiam Romam reportauit. Dente liuido & pumicato carpunt Innocentium VI. quod festum lanceæ & clauorum instituerit. Honorem illis habuit, quia corporis Christi attactu consecrati erant. Cauillantur sub Vrbano V. emersisse sigillaria seu formulas illas quas agnos Dei vocant. Agni illi sunt Vrbano V. antiquiores in honorem agni Dei instituti. Aiunt Vviclefum anno 1385. pacatè animam Deo reddidisse. Audiendus Thomas Vvalsinghamus in Chronico anno 1385. in festo passionis S. Thomæ Cantuariensis Archiep. organum Diabolicum hostis Ecclesiæ Ioannes Vvielef decessit percussus Dei iudicio, horribili tactus est paralysi in corpore suo toto. Et vt nulli veniret in dubium eum Caim consortio deputandum, vt ferunt hi qui affuere morienti, per signa forinseca moriens desperauit. Crimini dant Vrbano VI. sub annum 1378. Bonifacio IX. Innocentio Gregorio XII. Alexandro V. quod spuriis ac falsis Pontificibus, quod Pseudopapas vocant, Petro cuidam de Luna, Aegidio Munioni Roberto ex comitibus Gebennensibus obuiam iuerint, & impotentem eorum dominatum fregerint, aut verius rabiem compescuerint, & legitimi pastores lupos ab ouilibus fugarint. Boni omnes laudi vertunt. Aciem hostium Pontificum instruunt, & in fronte collocant Illyricum, Nicolaum de Clemangis, Niemum, Petrum Ferratiensem, & alias scriptorum quisquilias, qui in primo concursu cum Thoma Vvalsinghamo, Platina, Blondo, S. Vincentio, & aliis melioris notæ auctoribus terga vertere coguntur, & quasi nubeculæ in radio solis euanescunt. In primis verò Innocentium VII. admordent, de quo Onufrius, fuit Innocentius cunctis maximi & optimi Pontificis dotibus ornatus, vitæ integritate, egregiis moribus. Obstrepunt & Gregorio XII. de quo S. Antoninus par. 3. tit. 22. 55. 2. Gregorius vir Sanctus, vt pote qui Ecclesiæ & vnionem & reformationem semper optauerat, per Carolum Malatestam procuratorem ad hoc suum omni iuri suo quod in Papatu haberet renunciauit solemniter. Benedictus non sic, sed in sua pertinacia perseuerans quamuis pluries fuerit ad Concilium Constantiense vocatus aures obturauit. Mentiuntur ex Balæo centuria VII. cap. 22. statutum ab Alexandro V. vt stigmata S. Francisci inter articulos Christianæ fidei haberentur. Non Alexander V. sed Benedictus XI. commemorando tanto miraculo diem festum dedicauit, quòd S. Bonauentura ei rei testis oculatus fidem astruxisset vt inuidiam creent Pontificibus, laudibus ad cœlum ferunt Hussum, & Hieronymum Pragensem qui damnati hæreseos Constantiensi Concilio viui videntesque merito cremati fuiit. De Hieronymo Orthuinus Gratius in epistolæ Poggij proloquio in hæc verba loquutus est. Licet Poggius referat Hieronymum constanter in flammis obiisse, ex hoc tamen non inferes aut similre credes, eum minus fuisse hæreticum. Quippe & diabolus suos martyres habet. Obiectant Constantiensi concilio definitum fidem hæreticis datam non esse seruandam sess. XIX. Imo nihil aliud definitum est à patribus Constantiensis Concilij quàm saluum conductum à sæculari principe datum hæretico non impedire iudicem Ecclesiasticum quominus auctoritate ac potestate sua vtatur, & secundum allegata & probata reum vel damnet vel absoluat, quia Ecclesiastica potestas in suo legitimo exercitio à sæculari magistratu impediri non potest. Vitio vertunt Martino quod ad Pontificatum euectus nimis cito constantia relicta in Italiam abierit, nulla Ecclesiæ reformatione instituta. Respondet Platina, quia quadriennio Constantiense Concilium iam durauerat cum magno prælatorum & Ecclesiarum incommodo Martino placuit approbante concilio rem tantam in aliud tempus magis idoneum transferre. Quapropter Synodum Papiensem indixit, vt patet ex decreto Martini sess. 44. Concil. Constantiensis. Imo & quinto post anno congregata fuit, vt docet S. Antoninus tit. 22. c. 6. 554. part. 3. Obiiciunt Martinum V. re cum suis communicata cuidam permisisse, vt Germanam sororem duceret. Id scripsit Angelus de Clauasio ex S. Antonino pat. 3. tit. 1. cap. 11. cuius verba parum intellexit, quæ sic habent: reperitur tamen Papa Martinus V. dispensasse cum quodam qui contraxerat & consummauerat matrimonium cum quadam eius germana, quam cognouerat fornicarie, id est, cum sorore fœminæ illius, cum qua stupri consuetudinem habuerat, dispensatione opus fuit, ob affinitatis vinculum. Obiiciunt iterum concilio Basiliensi Patres censuisse vt Papa infra Concilium esset. Aio ego, caput supra corpus eminere, defluxus & efficientiam è capite in membra deriuari. Idem boni omnes Theologi nostro sæculo tenent. Crimini dant, quod Pontifex Roman. Patriarcham Constantinop. ad oscula pedum per vim coëgerit Concilio Florent. Nugæ, verba Concilij sic habent pag. 4. καὶ τὸν πάπαν ὁ πατριάρχης ἠσπάσατο ἱσταμένου ἐν τῇ παρειᾷ, ἡμεῖς δὲ καθημένου τὴν δεξιὰν αὐτοῦ, καὶ τὴν παρειὰν σὺν τοῖς ... καρδινάλεις· οἱ δὲ ἄλλοι μόνον τὴν χεῖρα, ἢ καὶ μόνῳ προσκυνήματι. Patriarcha Papam stantem osculatus est ingena, nos sedentis dexteram eius & genam, alij manum tantum, aut solo

ſolo capitis nutu eum ſalutarunt. Quid ſit illud σὺν τοῖς ἔξω καθολικοῖς non intelligo, niſi ſi forte comites intelligantur. Indigne ferunt nos defendere ſcripturas de eſſentia Eccleſiæ non eſſe fruſtra: quia Eccleſia integritatem ſuam aliquando retinuit cum nihil ſcriptis mandatum eſſet ante Moyſen, & priuſquam Apoſtoli Matthæus, Marcus, Ioannes Euangelium, vel Paulus epiſtolas ſcripſiſſet, Chriſtus Dominus Eccleſiam verbo ſine ſcripto inſtituit, quia ſcripta per tyrannos deleri poſſent, vnde & Eccleſiam deleri ſcriptis abolitis, ſi de eſſentia Eccleſiæ eſſent, neceſſe videretur. Spiritus eſt igitur qui viuificat vt Cuſanus epiſt. VII. & ante eum S. Iræneus lib. 3. cap. 4. Quid autem ſi neque Apoſtoli quidem ſcripturas reliquiſſent nobis, nónne oportebat ordinem ſequi traditionis quam tradiderunt iis quibus committebant Eccleſias. Mentiuntur Cuſanum docere Eccleſiam per Euangelium non cognoſci. Imo diſerte docet ep. 2. cognoſci. Epiſtolas Cuſani flagitioſiſſime adulterant & deprauant. Vt falſi eos arguere agnoſcas verba Cuſani ſubiiciam. Certe hoc te non moueat, quod diuerſis temporibus, alius & alius ritus ſacrificiorum & ſacramentorum ſtante veritate inuenitur. Chriſtus enim cui pater regnum cæleſte, terrenumque tradidit, in vtroque præſidens miro ordine angelorum, hominumque miniſteria pro temporum varietate diſpenſat, & quæ ſingulis temporibus congruunt, vel occulta inſpiratione, vel euidentiore illuſtratione ſuggerit. Hæc eſt Doctoris ſententia Ambroſij XII. epiſt. ad Herennium & c. Quare etiamſi hodie fuerit alia interpretatio Eccleſiæ eiuſdem præcepti euangelici de ſumenda Euchariſtia, quam aliquando, tamen hic ſenſus nunc in vſu currens vt Euchariſtia ſub vna duntaxat ſpecie ſumatur ad regimen Eccleſiæ inſpiratus, vti tempori congruus, vt ſalutis via debet acceptari. Id clarum eſt in decreto Apoſtolico Actor. 15. de abſtinentia à ſuffocato, & ſanguine quod hodie ſublatum eſt. Aiunt Æneam Syluium contra Eugenium Papam, ſedémque Apoſtolicam pro concilio Baſileenſi multa ſerio ſcripſiſſe. Scripſit vtique ſerio, ſed mordente conſcientia quæ falsò ſcripſerat, retractauit, & in Palinodia ſua crimina, quibus Eugenium onerarat, induxit, deleuit, falſum deprecatus eſt, his verbis: Pudet erroris, pœnitet male feciſſe, maledictorum, ſcriptorumque vehementer pœnitet. Sequimini quæ nunc dicimus, & ſeni magis quàm iuueni credite, nec priuatum hominem pluris facite quàm Pontificem, Aeneã reiicite, Pium recipite. Laudant illi libellum quem Petrus de Aliaco Cardinalis ſcripſit, & concilio Conſtantienſi obtulit. Si laudant, ſi probãt, cum eo ſentiant, fidémque, quã ille profitetur, teneant, nos eodem iudice & fidei auctore ſtare non detrectamus. Obtrudunt duas Epiſtolas Iuliani Cardinalis ad Eugenium, quibus Pontifex laceratur. At Iulianus reſipuit vi veritatis adductus, errorem ſuum eiurauit, deſertóque Baſileenſi concilio ad Eugenij pedes ſupplex procubuit, vt teſtatur in ſua retractatione Aeneas Syluius. Panormitan. c. ſignificaſti, extra de electione, verba miniſtrant telum ficulneum partiariis, cum ait: In concernentibus fidem etiã dictum vnius priuati præferendum eſſe dicto Papæ, ſi ille moueretur melioribus rationibus, & auctoritatibus noui & veteris Teſtamenti, quam ipſe Papa. Aio fieri non poſſe, vt priuatus aliquis melioribus rationibus moueatur quàm is pro quo Dominus orauit ne deficeret fides eius, Dominus dixit, Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem, & dicto fides conſtat. Inquiunt Vallam merito Pontifices Romanos inſectarum. Vallæ mentiri, fingi & more canum baubari promptum fuit, vbi Pontifices mordere deſiit.

Si quæris quid agat nunc quoque mordet humum.

Iterant Thomam Rhedonenſem Pontificibus parum æquum fuiſſe. Audiant S. Antoninum qui p. 3. tit. 22. c. 10. ſcribit hunc Thomam Carmelitam magnas feciſſe commotiones concionando, ſed non ſecundum ſcientiam, & pro hæreſibus prædicatis examinatum, & vt relapſum, conuictum, degradatum, & ſolemniter flammis adiudicatum fuiſſe. In ſecunda acie Namphredum Vercellenſem ſtatuunt Pontificibus Rom. infeſtiſſimum. Debuit in prima poni qui à ſectatoribus ſuis futurus Papa ſperabatur, ſed pro Papa factus eſt Antipapa, de quo legendus S. Antoninus p 3, tit. 22. c. 7. §. 8. At Nilus Archiepiſcopus Theſſalonicenſis duobus libris primatum Pontificis Romani, & purgatorium oppugnauit. Eſto, Georgius Scholarius homo Græcus Primatum eundem, & purgatorium egregiè propugnauit. Aiunt Vvilhelmum Sartorem ſub annum Domini MCCCCXV. in Romanum Pontificem fibulam ſuam intendiſſe. Is anno MCCCCXXII. Londini, quia cum Vviclepho ſentiebat, viuus combuſtus eſt Pertendunt Martinum V. Eugenium IV. Nicolaum V. Pium II. vitio lectos Pontifices, quia Conſtantienſi concilio lecti, quo definitum eſt concilium eſſe ſupra Papam. Quid tum deinde, an Comitia Pontificia minus legitima propter illud decretum? An non legitima poteſtas fuit eorum qui Pontifices legerunt? fuit. Calumniantur Nicolai quinti culpa Conſtantinopolim à Turca vi captam. Liceat impune Sycophantis calumniari, cum ita ſit ingenium eorum. Conſtantinopolis periit iuſto Dei Iudicio in peccata principum vindicantis. De Nicolao V.

plati

Platinam audi, Pontifici in animo fuit classe & milite Constantinopolitanos iuuare, quemadmodum eius literæ ad Imperatorem scriptæ indicant. Verum adeo repente vrbs illa capta est, vt vix de mittendo auxilio cogitare licuerit. Pontifex vrbe capta profugos in Italiam aduentantes singulari humanitate excepit, consilio, pecunijs, rebus omnibus ad victum, cultúmque corporis benignè iuuit, naufragij reliquias collegit, literas & literatos è Græcia exsulantes amico sinu fouit. Calixtus III. Nicolao successit, qui classem instructissimam aduersus Turcas emisit, omnes Europæ principes ad societatem armorum vocauit. Obijciunt Æneam Syluium, qui & Pius II. Constantiense concilium probasse, quo Pontifex concilio subijcitur. Probauit in omnibus capitibus fidei, quæ aduersus hæreticos definita erant, vt est in sess. 45. At decretum illud prærogatiuæ concilij supra Pontificem non illis capitibus accenturiatur. Negant Pium II. Mantuano conuentu expeditionem in Turcam adeò promouisse. Quia immatura morte præreptus est, tam quia intestinis Principum dissidijs grauissimè Europa iactabatur. Ioannes Stella auctor illorum temporum æqualis, de Mantuano illo conuentu, Pius II. inquit, Pro augmento maiestatis Pontificiæ, neque reges aut duces, populos aut tyrannos vllos formidauit, imò si quos delinquentes vidisset, & bello, & censuris tamdiu persequebatur, quousque ad sanitatem rediisse agnouisset. Pium II. pompam quæ adhibetur in festo Christi Corporis reperisse falsò asserunt, cùm ætate D. Thomæ Aquinatis ea vulgò vsurpata fuerit, vt ex eius scriptis comperimur. Paulum II. apoplexia extinctum Platina verè scribit, qui contra sentiunt vigilantes somniant, vt & nugiuenduli qui Paulum indixisse Iubilæum aiunt, spe ingentis lucri quod animo præcipiebat, cum indicto Iubilæo non emungere pecunias à priuatis, sed in peregrinos immensam argenti vim expendere soleant Pontifices. Qui Paulum magicarum artium & præposteræ libidinis incusant, ei de suo largiuntur cùm neque Platina, neque quisquam alius alicuius nominis scriptor hanc ei labem inusserit. Indignantur ab Onuphrio scriptum Innocentio VIII. Pontifice Romæ repertam esse partem tituli Sanctæ Crucis triplici lingua exarati, in absida Sanctæ Crucis in Hierusalem ibidem à Valentiniano tertio ante mille annos reclusam, in qua ναζωραῖος legitur litteris, vt moris olim fuit, à dextra ad sinistram exaratis. Indignentur per nos licet, inimici Crucis. Cruci Christi honorem haberi. Non ferunt Baiazeten pro magno munere ferrum hastæ quod latus Domini perfoderat ad eundem Innocentium misisse, Onuphrio narrante. Certè ferent, licet inuiti, vera falsis præponderare. Stomachantur indulgentias ab Alexandro VI. concessas ijs qui Ecclesiam Sanctæ Crucis religiosè adirent Dominica vltima Ianuarij, quando tituli inuenti anniuersaria memoria celebratur. Per me licet stomachentur, dum suus Christi Cruci honos & cultus constet. Vrgent, Alexandrum, quia vitijs omnibus opertus, verè Pontificem non fuisse. Ante omnia nego vera esse crimina, quibus Alexandrum Papam vulgò onerant. Sed vt vera fuerint, quod plerique omnes negant, non ex eo sequitur eum Pontificem non fuisse, alioqui Iudam quo nemo profligatior fuit, sequereretur nunquam Apostolum fuisse. Atqui Matth. 26. Iudas vnus de XII. fuisse dicitur: sed cùm Christi Domini iudicium in eligendo falli non potuerit, quid causæ fuisse putes cur Iudam eligeret? Hominibus enim venia debetur, quibus hominum ignota ingenia, si in eligendo decipiuntur. Ioan. 6. Nonne ego vos XII. elegi, & ex vobis vnus diabolus est! O altitudo scientiæ & sapientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia Dei! Obijciunt Alexandrum Papam inijsse fœdus cum Baiazete, pensionem annuam ab eo accepisse, consilia Caroli VIII. Francorum Regis ei prodidisse, fratrem Baiazetis veneno sustulisse: obijciunt, sed non probant, quia falsa plenè probari nequeunt. Sed vt Alexander homo fuerit, & grauissimè peccarit, certè cum Caluino, cum Iacobo magnæ Britanniæ Rege, cum Casaubono ab Ecclesia Catholica non defecit, non fidei capita palmaria oppugnauit, non fuit, vt illi pietati Christianæ quam Turca exitiosior. At Vvesaliensis concionator Romanos Pontifices aceto Hipponactæ aspersit. Idem hæreseos damnatus est, libri eius carnificis manuigni addicti, vt scribit Trithemius in Chronico Sponheimensi ad annum M.CCCCLXXIX. Sed Rudolphus Agricola cum Veselo Groningensi de corrupto Ecclesiæ statu longuos sæpè logos cecidit. Idem Catholicæ pietatis tenax testamento mandauit, vt Monachi habitu mortuus efferretur. Aiunt Paulum scriptoris Franciscanum apertè damnasse, transsubstantiationem. Eandem & Turcæ cum Casaubono damnant. Obiectant, Andream Archiepiscopum Carniæ voluntate Friderici III. Imperat. Basileæ concilum conuocare aggressum sub annum M.CCCCLXXX. à Sixto IV. Pontifice Rom. prohibitum, cui eiusdem iussu in carcere ceruices fractæ. Merito Sixtus IV. concilium Basileæ, vnde tot támque graues turbæ extitissent, iterum cogi vetuit, eundem in carcere necasso, mendacium est luculentum. Addunt Nicolaum quendam Rus, Pontifices Romanos, & indulgentias, cultum Sanctorum egregiè exagitasse. Non primus, non vltimus hæreseon facem in Germania ventilauit.

Vrgent repertos esse, qui nullo mortis metu deterreri potuerint, quominus sacram hostiam è Sacerdotis manibus in omnium oculis excuterent, pedibúsque protererent. Optatus Mileuitanus scribit Corpus Christi à Donatistis obiectum canibus, à quibus illi discerpti sint. Reperti olim Iudæi qui sacram hostiam cultris cōfoderent, vnde multus sanguis fluxit, aut in ignem mitterent. Reperiuntur hodiéque plerique Iudæis sanctissimo corpori Christi non æquiores. De pragmatica quod obstrepunt, aio Lateranēsi concilio sub Leone X sess. 11. Francisco Galliarum Rege factū laudante pragmaticā hanc pontificia securi merito suppernatam. Iulium II. obganniunt bella iniusta Regibus ac Principibus indixisse. Ius suum tueri in asserendo S. Petri patrimonio debuit, potuit. Dicteria in Iulium quæ dictiosi poëtæ iaciunt insuper habent, qui bona Ecclesiæ tyrannis ac prædonibus rapacissimis non esse proijcienda didicerunt. Ludouicum XII. Galliarum Regem de Iulio II. in ordinem cogendo cogitasse, sed frustra, dubium non est fundamentum supra quod Ecclesia exædificata est nullis hominum, dæmonúmve machinis euerti potest, conciliabulis nullo iure, nullo more indictis concilium Lateranense præponderauit, ad quod omnes à schismaticis transfugæ merito aduolarunt. Quod criminantur Iulium statuisse vt decimo quoque anno beneficiorum annatæ soluantur, de monastetijs tantum & beneficijs quæ pijs locis vnita sunt, nec de cætero vocabunt, non de alijs, edixit. Calumniantur Leonem X. qua die coronatus est decies centena aureorum millia expendisse: mera mapalia. Exhaustum erat bellorum iniuria Pontificium ærarium, vt in eo decies centena millia aureorum non fuerint. Indignè ferunt de Pontifice Rom. diuinam maiestatem dici, qui diuinitatem, & æternitatem imperatoribus tribui probant: qua de re in Imperatore Romano pluribus egimus. Quod Leonem impietatis insimulant, audiant Onuphrium in eius vita, Leo fuit rerum diuinarum diligens obseruator, & sacris cerimonijs deditus. Distichon Sanazarij in Leonem, vt à Sannione, & Mimico poëta est accipiendum. Philippum Decium Iurisconsultum aiunt Pisanum conciliabulum probare. Aio ego à Leone X. Dei Vicario id conciliabulum improbari, vter audiendus. At Sebastianus Erphodiensis indulgentias & satisfactiones nihili fecit. Easdem naucifaciunt Turcæ, Anabaptistæ, Trinitarij, Casauboni. De indulgentijs hoc habet Apostolus 2. Cor. 2. cui aliquid donastis & ego. Nam & ego quod donaui, si quid donaui, propter vos in persona Christi. Idem ad Coloss. cap. 1. Gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius: quod est Ecclesia. Orig. hom. 10. in Numer. ad verba Pauli 2. Cor. 11. & 12. vbi se impendi, & superimpendi pro illis optat, Paulus, inquit, quasi victima suo modo expiauit eorum peccata. Tertul. lib. de pudicitia. Edictum propositum est, & quidem peremptorium à Pontifice max. & Episcopo Episcoporum debitam pœnitentiam functis dimittens. Idem indulgentiam vocat veniam, secundam pœnitentiam, pacem Ecclesiasticam, Nicæna Syn. cap. 11. Remiserunt prælati pœnitentias ex gratia quadam erga pœnitentes, vt humanius agerent. Cyprian. lib. 4. ep. 2. Cornelius Papa clementer lapsis laxauit pœnitentiam lib. 1. epist. 3. ex humanitate. Sed in responsione ad epistolam nimius sum, ad ipsas Exercitationes in Cardinalem Baronium veniendum.



IVLII CÆSARIS BVLENGERI AD PRIMAM ISAACI CASAVBONI ADVERSVS ILLVSTRISSIMI CARDINALIS BARONII apparatum exercitationem

DIATRIBE I.

AD CAP. I. EXERCITAT. I.



N ipso aditu primæ tuæ Exercitationis, Casaubone, Illustriss. Card. Baronij sententiam hanc laudas, ex omnibus hominibus, qui a conditu orbis fuerunt, neminem salutem indeptum, nisi à Christo, & per Christum: Sed de tua laudatione cum Poeta dixerim:

Aut si vltra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Improbas enim quod ait, apud veteres Patres semper id fuisse in confesso, cùm Clemens Alexandrinus dixerit, lib. 7. Centonum Iudæis lex, Græcis autem philosophia vsque ad Christi aduentum, inde vocatio Catholica in acceptum & peculiarem iustitiæ populum, secundùm doctrinam ex fide. Fefellit te memoria. Verba illa Clementis non e libro 7. sed è 6. petenda sunt pag. 295. In quibus fugit te mens Clementis. Non enim ait Græcos per Philosophiam æternam salutem consecutos, sed Iudæis quidem legem iter ad salutem aperuisse, Græcis Philosophiam Deum indicasse. Prius enim dixerat p. 292. ἀλλ' ὡς ἐοίκασιν οἱ φιλόσοφοι τῶν Ἑλλήνων θεὸν ὀνομάζοντες οὐ γινώσκειν, ἐπεὶ μὴ σέβουσι κατὰ θεὸν τὸν θεόν. Sed vt videtur Philosophi Græci Deum nominantes non cognoscunt, quia Deum non colunt vt coli debet Deus. Quod idem postea pluribus exemplis illustrat. Nihil igitur hic fuit cur styli tui mucronem in Ill. Baronium distringeres. Agnosco Deum non esse personarum acceptorem: Sed aio cum Clemente pag. 287. τοὺς φιλοσόφους τοὺς παρ' Ἕλλησι, καὶ τοὺς παρ' ἄλλοις βαρβάροις σοφοὺς ἠγνοηκέναι τὴν ἐσομένην τοῦ κυρίου παρουσίαν, καὶ τὴν ὑπ' αὐτοῦ παραδοθησομένην μυστικὴν διδασκαλίαν. Philosophos, qui sunt apud Græcos, & sapientes apud alios barbaros, ignorasse futurum Domini aduentum, & mysticam doctrinam quam traditurus erat. τὰ συνεργοῦντα πρὸς εὕρεσιν τῆς ἀληθείας, οὐδὲ αὐτὰ ἀδόκιμα· ἡ γὰρ οὖν φιλοσοφία προνοίας καταγγέλλουσα, καὶ τοῦ μὲν εὐδαίμονος βίου τὰ ἀμειβῆ, τοῦ δὲ αὖ κακοδαίμονος τὴν κόλασιν περιεκτικῶς θεολογεῖ· τὰ πρὸς ἀκρίβειαν δέ, καὶ τὰ ἐπὶ μέρους οὐκ ἐκσώζει· οὔτε γὰρ περὶ τοῦ θεοῦ υἱοῦ, &c. Tamen quæ ad veritatem indagandam faciunt, ait ille pag. 286. non sunt improbanda. Philosophia enim prouidentiam Dei astruens, & præmia iis qui ex virtute vixerint, pœnas impiis in vniuersum, & collectiuè de Deo agit. Sed accuratè, & particulatim non item. Neque enim de Deo filio quicquam habet. Affers ex eodem hæc verba, Quemadmodum volebat Deus Iudæos seruari cùm prophetas illis dabat, sic & Græcorum probatissimos quosque proprios ipsis in sua lingua prophetas excitando, prout ipsi Dei beneficium capere poterant, ab hominum vulgo secernebat. Admitto, non tamen vt sine Christi vel implicita, vel explicita cognitione ac fide seruari possent. Quanquam lex, & Philosophia gradus sunt, & quasi scalaria, quibus ad fidem Christianam ascendimus. Idem lib. 1. pag. 121. Erat igitur ante aduentum Domini ad iustitiam Græcis necessaria Philosophia, nunc autem vtilis est ad cultum Dei, ad quem nobis viam præit. Non tamen vt iustitia illa, quæ moralis & naturalis tantum fuit, ad salutem æternam absque Christi fide satis esset. Ita sunt exaudienda eiusdem illa verba, Philosophia quondam per se Græcos iustificabat, id est, ad virtutem erudiebat, & ad Christum cognoscendum disponebat, ἐπαιδαγώγει γὰρ καὶ αὐτὴ τὸ Ἑλληνικόν, ὡς ὁ νόμος τοὺς Ἑβραίους εἰς Χριστόν· προπαρασκευάζει τοίνυν ἡ φιλοσοφία προοδοποιοῦσα τὸν ὑπὸ Χριστοῦ τελειούμενον. Erudiebat enim & ipsa Græcos, vt lex Hebræos in Christum. Præparat igitur Philosophia præuia ei qui Christo sit initiatus, & sub eo perfectus. Si tamen Philosophia continentiam commendat linguæ, ventris, & eorum quæ sub ventre la-

I 2 tent

tent propter se expetenda est, sed venerabilior, & potior est, si expetitur ob honorem, & cognitionem Dei, pag. 122. Philosophiam autem ad salutem non sufficere idem indicat pag. 124. Abraam, inquit, non ex operibus iustificatus est, sed ex fide. Nihil igitur eos nunc iuuat post obitum beneficentia qua vsi sunt, si à fide imparati fuerunt. Paulò antè quid per Philosophiam intelligeret, ostenderat his verbis, φιλοσοφίαν λέγω ὅσα εἴρηται καλῶς δικαιοσύνην μετ' εὐσεβοῦς ἐπιστήμης ἐκδιδάσκοντα. Philosophiam voco non Stoicam, non Platonicam, non Epicuream, aut Aristotelicam: sed quæcunque dicta sunt ab vnaquaque secta Philosophorum pulchrè iustitiam cum pia scientia docentia. pag. 133. Sed si Græca Philosophia non comprehendit magnitudinem veritatis, nec potest implere Domini mandata, certè sternit viam ad regiam doctrinam. 137. Philosophia vt quæ sit inuestigatrix, & in quærendo diligens ad veritatis cognitionem confert, nō existit tamen caussa cognitionis, sed cum aliis coniuncta iuuat. Locus, quem è libro 1. recitas, imperfectus & mutilus est. Explebo. κρίνεται καὶ καθ' ἑαυτὴν ἐδικαίου ποτὲ καὶ ἡ φιλοσοφία τοὺς Ἕλληνας, οὐκ εἰς τὴν καθόλου δὲ δικαιοσύνην, εἰς ἣν εὑρίσκεται συνεργός. Et certè Philosophia per se olim iustificabat Græcos, non tamen ad plenam, cumulatámque iustitiam, ad quam aliquid confert. Ex quibus apparet te mentem Clementis aut non cepisse, aut dissimulasse. Commodum verba Ioannis Chrysostomi affers, qui ante aduentum Christi cognitionem eius aut implicitam, aut explicitam, ænigmaticam, aut perspicuam omnibus ad salutem fuisse necessariam ostendit. Verùm idem Chrysostomus tota illa homil. 7. ad c. 1. Ioannis, de Abraham tantùm, Isaac, Iacob, & aliis veteris instrumenti patribus, non de gentilibus agit. Sic enim ille, Nam Dei amici, & venerabiles illi etiam ante Christi incarnationem ipsum cognouerunt, καὶ περὶ μὲν τοῦ πατριάρχου, καὶ αὐτὸς ὀνομαστὶ φησὶ ὁ Χριστὸς, ὅτι Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο, &c. Et de Patriarcha quidem & ipse Christus nominatim ait, Abraham Pater vester exultauit, vt videret diem meum, vidit, & gauisus est. Et de Dauide arguens Iudæos dicebat: Quomodo igitur Dauid in Spiritu Dominum ipsum vocat dicens, Dixit Dominus Dom. &c. Et sæpe eos vrgens meminit Moysis: De reliquis Prophetis idem testatur Apostolus Petrus, qui Prophetas omnes à Samuele, ipsum, & aduentum eius iam olim prædixisse indicat his verbis, Et omnes prophetæ à Samuele, & deinceps, qui loquuti sunt annunciauerunt dies istos. Iacobo autem & patri eius vt & auo apparuit Deus, & multa promisit, eáque ingentia se bona daturum, quod & perfecit. Quomodo igitur ipse ait, multi Prophetæ cupierunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, (de industria reges omisit, vt se tantum de veteris instrumenti patribus agere ostenderet, quanquam & Dauid, & Solomon Reges Christum cognouerunt) & audire quæ auditis, & non audierunt. An igitur participes cognitionis eius non fuerunt? fuerunt sanè. Nisi enim cognouissent eum, non eum audire & videre exoptassent. Nemo enim expetit quod ignorat. &c. Græcis igitur respondebimus, quod ante aduentum suum in mundo erat, & opera sua summa prouidentia procurabat, & notus erat omnibus, qui se dignos cognitione eius præberent. πολλοῖς μᾶλλον δὲ πᾶσιν ἐγνώσθη τοῖς γενναίοις καὶ θαυμαστοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις: multis, imò omnibus generosis, & admirandis illis viris notus erat. Non inficias tamen iuerim multis gentilibus Christi subobscuram cognitionem singulari Dei munere datam esse. Deinde inscitiæ Baronij ascribis, quod parum commodè Iustini verba hæc interpretatus sit ex Apolog. 11. τὸν Χριστὸν πρωτότοκον εἶναι τοῦ Θεοῦ ἐδιδάχθημεν, καὶ προεμηνύσαμεν, λόγον ὄντα, οὗ πᾶν γένος ἀνθρώπων μετέσχε· καὶ οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες χριστιανοί εἰσι, κἂν ἄθεοι ἐνομίσθησαν· οἷον ἐν Ἕλλησι μὲν Σωκράτης, &c. Latinè reddam, vt appareat imposuisse te Il. Baronio, qui Iustini mentem plenissimè assecutus est. Didicimus, & iam antea ostendimus Christum primogenitum esse Dei, cùm sit ratio cuius omne hominum genus est particeps. Et, qui cum ratione viuunt, Christiani sunt, licet athei habiti sint, vt in Græcis Socrates, Heraclitus, & alij similes iis. Apud Barbaros Abraham, Ananias, Asarias, Misael, Elias, & alij plures. Vide an Baronij verba conspicere. Iure, inquit, censuit Iustinus martyr Christianos esse nominandos quotquot è gentibus licet aduentum Christi præcesserint, ratione, μετὰ λόγου (dixit ille sermone Græco) vixerant. Ratione posuit, pro, cum ratione, vt palam sit carpendi studio te grassari: λόγος & rationem qua homines pollent, significat, & rationem, quæ secunda est Beatissimæ Trinitatis persona, à qua rationem homines haustam ac delibatam habent. Ludunt sæpe Patres in æquiuocis istis, & ex amphibologia elegantiam aucupantur. Geminus est huic locus eiusdem auctoris Apolog. 1. Christus, inquit, etiam à Socrate ex parte est agnitus. Ratio enim erat, atque est (λόγος γὰρ ἦν, καὶ ἐστιν) quæ in omni homine, & illa est, quæ partim per prophetas futura prædixit, partim per seipsam hæc docuit, postquam sese ipsa iisdem perpessionibus quibus & nos sumus reddiderat obnoxiam. Non nescit Baronius rationem vt est in homine, & rationem vt est secunda B. Trinitatis persona res esse plus quàm toto genere diuersas, sed hoc asserimus, Iustinum in prima parte verbo-

tum,

um quæ recitauimus λόγον posuisse pro ratione, quæ est in quouis homine, in secunda parte pro ratione, quæ est secunda persona B. Trinitatis, quæ non est in quouis homine, sed in viris tantùm piis & sanctis per participationem Iustinus tamen ea voce ὁμωνύμως, vsus est, cùm dixit, λόγος γὰρ ἦν, καὶ ἔστιν ὁ ἐν παντὶ ὤν, καὶ διὰ τῶν προφητῶν προειπὼν τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, καὶ δι' ἑαυτοῦ ὁμοιοπαθοῦς γενομένου καὶ διδάξαντος ταῦτα. Verba Euthymij non exciderūt erudito & pio Patri aliter sentienti vt vis, sed verè & piè dixit ad cap. IX. Matth. Christum non venisse ad vocandos iustos, quia iustī ipsi sibi ad salutem sufficiebant, non quidem per se, sed quia iam per verbum Dei, cuius fide implicita, aut explicita illustrabantur, iusti erant. Ita verba Euthymij acciperes, si Theologiæ, vt Grammaticæ arcana teneres. Eadem mente Iobius antiquus auctor dixit, humanam naturam filium accepisse, quia filius sit ratio. Cùm autem homo rationē ab æterna illa ratione delibatam amisisset necessarium fuisse, ad sanandū hominem ratione cassum, vt ratio æterna patris in terras veniret. Sunt πιθανὰ ista, in quibus non minùs est pietatis, quàm gratiæ & venustatis. Disce, Casaubone, à nostris Theologis cur secunda B. Trinitatis persona λόγος, ratio. & verbum dicatur. Omnis actio siue transeat, siue in agente moretur, ac maneat, producit aliquid. Intellectio Dei est actio diuini intellectûs, producit ergo aliquid, ad quod ipsa intellectio Dei terminatur, qui λόγος, verbum, & ratio appellatur. Vt enim nostræ intellectioni terminus aliquis est propositus, sed mutabilis & fluxus, sicut ipsa intellectio, ita immutabili Dei intellectioni terminus immutabilis & æternus est propositus, qui λόγος & verbum dicitur. Homines ex vna re intellecta subinde ad aliam intelligendam transeunt, Deus seipsum semper intelligit, nec mutat, sed idem semper obiectum intuetur, vnde existit verbum immutabile, quod ab æterno generatum est, & æternum generatur. quodque imago dicitur generātis, quia verbum procedit vt similitudo rei intellectæ ex vi processionis. Vnde & verbum dicitur generatum, quia generatio est processio viuentis à viuente in similitudinem naturæ ex vi processionis. D. Basilius ep. ad Gregorium Nazianzenum interpretatur verba Pauli vocantis Christum figuram substantiæ. ὥσπερ ὁ ἐν τῷ καθαρῷ κατόπτρῳ τὴν γενομένην τῆς μορφῆς ἔμφασιν καθορῶντας ἐναργῆ τοῦ ἀπεικονισθέντος προσώπου τὴν γνῶσιν ἔχει, οὕτως ὁ τὸν χαρακτῆρα τοῦ υἱοῦ ἐπιγνοὺς, τὸν χαρακτῆρα τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως διὰ τῆς τοῦ υἱοῦ γνώσεως ἐν τῇ καρδίᾳ εἰσεδέξατο. Vt qui in speculo nitenti vultum suum expressum videt, vultum qui expressus est agnoscit, ita & qui nouit characterem filij, per filij cognitionem, patris subsistentiæ lineamenta & characterem in cor excepit. Verbum autem filius Dei appellatur, quia vt verbum quod ex ore exit imago est internæ cogitationis, ita & verbum Dei internum internæ Patris intellectionis imago est Gregorius Nazianzenus de filio agens, λέγεται λόγος ὅτι οὕτως ἔχει πρὸς τὸν πατέρα, ὡς πρὸς νοῦν λόγος, οὐ μόνον διὰ τὸ ἀπαθὲς τῆς γεννήσεως, ἀλλὰ καὶ τὸ συναφὲς καὶ τὸ ἐξαγγελτικὸν, ὡς καὶ ὅρος πρὸς τὸ ὁριζόμενον. Dicitur sermo quia sic se habet ad patrem vt sermo ad mentem, non modò quia ita generatur, vt nihil generans, aut generatus patiantur, sed & propter coniunctionem, & quia patrem annuntiat, & se habet ad patrem vt definitio ad definitum. ἀλήθεια δὲ λέγεται, ὡς καθαρὰ τοῦ πατρὸς σφραγὶς, καὶ χαρακτὴρ ἀψευδέστατος. Dicitur autem veritas, vt purum patris sigillum, & figura non mendax, εἰκὼν δὲ ὡς ὁμοούσιον· αὕτη γὰρ εἰκόνος φύσις μίμημα τοῦ ἀρχετύπου. Imago vt consubstantialis patri. Imaginis enim natura est imitamentum archetypi. D. Hieronymus ad Paulinum, Verbum dicitur Filius quia & verbum, & ratio, & supputatio est causa vniuscuiusque rei per quam sunt singula quæ subsistunt, quæ vniuersa rectè intelliguntur in Christo. Epiphanius in hær. Pauli Samosat. εἰκὼν ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς· καὶ γὰρ ὁ βασιλεὺς οὐ διὰ τὸ ἔχειν εἰκόνα, δύο εἰσὶ βασιλεῖς, ἀλλὰ βασιλεὺς εἷς, σὺν τῇ εἰκόνι εἷς βασιλεύς. Ioannes Damascen. lib. 1. cap. 6. & pag. 807. οὐκ ἦν ὅτε ἦν θεὸς ἄλογος, διὸ καὶ ὁ λόγος ἀΐδιος οὐ κατὰ τὸν ἡμέτερον λόγον ἀνυπόστατος, καὶ εἰς ἀέρα χεόμενος, ἀλλ' ἐνυπόστατος, οὐκ ἔξω αὐτοῦ χωρῶν· οὐ γὰρ ἔξω αὐτοῦ, γενόμενος, ὥσπερ δὴ ὁ ἡμέτερος λόγος ἐκ τοῦ νοῦ προερχόμενος, οὔτε δι' ὅλου ὁ αὐτός ἐστι τῷ νῷ, οὔτε παντάπασιν ἕτερος. Filius imago patris est. Etenim Rex & imago regis non sunt duo, sed vnus Rex imaginem habens. Ita Pater & Filius vnus Deus. Nunquam Deus fuit sine ratione, ideo ratio eius est æterna, non sine hypostasi qualis est noster λόγος sermo in aera sparsus sed cum suo supposito, non extra ipsum abiens; vbi enim esset extra ipsum existens. Vt autem noster sermo ex mente egressus, neque per omnia idem est cum mente, neque omnino quid aliud & diuersum, ita neque filius est omnino idem cum patre, quia alia persona, neque omnino quid aliud est, & diuersum, quia eadem est substantia. Ephesino concilio patres statuunt filium dici sermonem, quia mens hominum cùm nihil patiatur generat sermonem, vt immutabilitatem, & impassibilitatem diuinæ generationis ostendant, ἐπειδὴ καὶ νοῦς ἀνθρώπων ἀπαθῶς τίκτει τὸν λόγον, ὁ ἰωάννης τὸν λόγον λέγει, τὸ ἀπαθὲς τῆς γεννήσεως δηλῶν. Tertul. in Apologet. cap. 21. Filium Dei sermonem, & rationem vocat. Augustinus lib. 80. quæstionum, quæst. 1. & 63. ostendit rationis nomen non designare processionem à Deo. At verbum

procedit à loquente. Ideò melius dicitur verbum quam ratio, aut sermo, quia sermo compositionem significat, verbum simplicitatem Deo propriam, cum sit similitudo rei intellectæ.

AD CAP. II. EXERCITAT. I.

DIATRIBE II.

IN altero capite primæ illius tuæ Exercitationis plerosque veteres patres cum Baronio errotis, aut potiùs supinæ ignorantiæ insimulas, quod vaticinium Iacobi cap. XLIX. Genes. impletum esse dixerint, cùm Christus Dominus instaurandæ hominum saluti hominem inducere non detrectauit. Verba vaticinij sunt; Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius donec veniat qui mittendus est, vel vt est in Hebr. donec veniat Silo, vel vt LXX. vertunt donec veniat cui repositum est. Agnoscis veteres omnes de Messia dictum accepisse. Origenes homil. XVII. in Genesin, Regium sceptrum de tribu Iuda, & domo Dauid defecisse ait, non in Sedechia, sed in Assamonæis, postquam rerum summa apud Hebræos redacta ad Herodem, qui alienigena fuit, & per ambitionem in regnum Iudæorum irrepsit. Ita & Rabbi Ionathan, Rabbi Oncheli, Epiphanius contra Ebion. Augustinus in Faustum Manichæum lib. 12. cap. XLVII. Theodoret. Isidorus, Beda. Si Baronius hic errat, tantorum virorum auctoritate errorem suum tueri potest. Equidem si quid mei post tantos viros iudicij est, existimem Iacobum ipsum Prophetam, & patres deinde plerosque omnes, per Iudam, è cuius stirpe Christus oriundus erat propter honorem ei habitum, & supra cæteros prærogatiuam, vniuersum populum Iudæum intellexisse, quasi dixerit Iacobus, e genuino populo Iudæo non defuturum regem ad Christi Domini aduentum. Nam ab excessu Iacobi ad Dauidem vsque nemo ex tribu Iuda rerum summam tenuit, à Sedechia ad Christum excepto vno Zorobabele, qui tamen Rex non fuit, nemo ex tribu Iuda regni clauum cepit, à Iosue Iosedech ad Iudam Machabæum perpetua fuit series Pontificum ab Aaron, quam seriem Iudas Machab. interrupit, cùm non esset Pontificiæ familiæ, sed de statione Ioiarib, quæ prima fuit familia stationum sacerdotalium. B. Hieronymus lib. 4. in Hierem. cap. 22 Post Iechoniam, & Sedechiam nullus deinceps de stirpe Dauid in terra Iuda tenuit principatum. Per Iudam autem Iudæos qui ad Herodem in vsque imperio fnei unt exaudiendos indicat Euseb. li. 1. histor. Eccles. c. 6. τηνικαῦτα ἤδη τῶν ἰουδαίων ... πρῶτον τῷ γένει ἀλλοφύλου διαληφθείσης τῆς βασιλείας, ἡ διὰ μωυσέως προγραφὴ λαμβάνει τὸ τέλος, &c. Tunc igitur cum Herodes genere alienigena Iudæorum gentis regno impositus esset, vaticinium Iacobi à Moyse scriptum impletum est, quo dicitur non defuturum regem ex Iuda, neque ducem de femore eius, donec veniret is cui repositum est, quem & ostendit exspectationem fore gentium. Vaticinium non erat impletum, καθ' ὃν ὑπὸ τῆς οἰκείας τοῦ ἔθνους ἀρχῆς διάγειν αὐτοὺς ἐξῆν χρόνον: Quandiu licuit Iudæis sub proprijs agere gentis suæ ducibus, qui duces à Mose cœperant, & ad Augusti imperium perseuerarant, quo tempore primus alienigena Herodes à Romanis Iudæorum regno præfectus est. Audis, opinor, Eusebium per Iudam Iudæos omnes intelligere, licet è tribu Iuda non essent, sed alia quacunque, modo Iudæi genuini. Quod e Cyrilli octauo libro affers aduersus Iulianum, dissimulandum potiùs, quàm grauius inc[e]ssendum fuit. In rebus in quibus fidei cardo non vertitur, pij patres quia homines nati sunt, interdum in diuersas sententias abeant, aut dormitant. Ante Christum natum ex Iudæis nunquam duces, aut Prophetæ defuerunt, sub eius aduentum desiderari cœpere, ait Iustinus in Thryphone, his verbis: Desiisse vnquam Prophetam, aut Principem in genere vestro ab ipso illius principio ad illud vsque tempus quo & natus & passus est hic Iesus Christus, neque vos eo estis impudentia, vt dicere audeatis, neque possetis demonstrare. Nam etsi Herodem quo regnante natus est, Ascalonitam fuisse dicitis, tamen ipsi hoc quoque dicitis, fuisse tum in genere vestro Pontificem maximum, adeo vt fuerit tum vobis secundum legem Mosis Pontifex max. qui & oblationes efficeret, & reliqua instituta legalia seruaret, manente etiam vobis successione Prophetarum ad Ioannem vsque. Similiter vt cum populus vester in Babyloniam est captiuus abductus, terra bello occupata, vasis sacris sublatis negatis, desiisse è genere vestro Prophetam, qui dominus, dux, & princeps populi vestri esset. Nam Spiritus qui erat in Prophetis, reges vobis vngebat & constituebat. At postquam Iesus Christus noster in genere vestro apparuit, & mortuus est, Prophetam neque habuistis amplius, neque habetis. Quin etiam cum proprio regis prius pareretis, id quoque cessauit. Non animaduertisti, Casaubone, quod

iam à

iam à me monitus aduertes, Iuſtinum ita loqui de Herode Aſcalonita, vt eum à genere Iudæorum ſeparet, vt eum verè ἀλλόφυλον, & alienigenam fuiſſe oſtendat. Verba ſic habent vt verè emendaſti, καὶ γὰρ ἡ ῥᾳδίως ἐφ' οὗ ἐγεννήθη ἀσκαλωνίτην γεγονέναι λέγοντες, ὅμως ἐν τῷ γένει ὑμῶν λέγετε ἀρχιερέα. Etenim Herodem, ſub quo natus eſt Chriſtus, Aſcalonitam fuiſſe dicentes, tamen in veſtro genere fuiſſe dicitis aliquem Pontificem maximum. Atqui Herodem non fuiſſe vnquam Pontificem certum eſt, vt regem eundem fuiſſe non eſt obſcurum. Qui licet Rex eſſet, idémque Aſcalonita, tamen ex genere Iudæorum ſub Herode Pontifex erat. Aliud igitur fuit genus Iudæorum, aliud Herodis Aſcalonitæ. Euſebius lib: 8. Demonſtr. euang. pag. 229. vaticininm Iacobi ſic interpreratur. οὐδὲ γὰρ πρότερον παύσονται οἱ ἰουδαίων ἔθνους ἄρχοντες καὶ ἡγούμενοι, ἢ τὴν ἐθνῶν προσδοκίαν ἐλθεῖν, καὶ τὰ ἀποκείμενα τῷ προφητευομένῳ. Non enim prius Iudæorum gentis duces & præpoſiti prius deficient, quam exſpectatio gentium veniat, & quæ repoſita ſunt ei de quo eſt vaticinium. Deinde vt oſtendat de toto genere Iudæorum, non de ſola tribu Iuda hoc vaticinium accipiendum ſubiicit. Multis igitur temporibus reges & duces populi Iudæorum conſtituti ſunt ex alia tribu quàm Iudæ. Primus enim Moſes populo præpoſitus eſt ex tribu Leui non Iudæ, Ioſue ex tribu Ephraim, ex qua & Debbora quæ poſt eum præfuit, Barac ex tribu Nephthalim, Gedeon ex tribu Manaſſe, dein Gedeonis filius, quem excepit Thola ex eadem tribu, poſtquem Eſebon ex Bethleem, Ailon ex tribu Zabulon, Labdon ex tribu Ephraim, Sampſon ex tribu Dan, poſt quem ſublato principatu Iudicum Eli ſacerdos præfuit ex tribu Leui, primus rex Saul ex tribu Benjamin. Quomodo igitur vaticiniũ Iacobi ad duces, & reges ex tribu Iuda referetur, cum ab exceſſu Iacobi per mille plus minus annos non ex ſola tribu Iuda, ſed ex aliis pleriſque iudices ac duces Iudæos rexerint ad ætatem vſque Dauidis. Quanquam autem Dauid & ſucceſſores eius reges è tribu Iuda fuerunt, ægre per quingentos annos ad gubernacula ſedere, cum non omnibus tribubus imperarẽt, ſed tribus tantum, & illis quidem non integris, abſque aliunde non ex Iuda maximam populi partem in qua nouem tribus regerent vſque ad captiuitatem Babylonis, quorum primus Ieroboam è tribu Ephraim, & qui poſt eum rerum potiti ſunt. Poſt reditum ex Babylone ad Chriſti aduentum intereeſſere quingenti & amplius anni, quibus non regio dominatu, ſed ariſtocratico vſi ſunt, cùm nemo ex ſacerdotibus qui præerant ex tribu Iuda eſſet, vnde apparet vaticinium illud non ad Iudam, & nepotes eius ſolos pertinere, ſed ad vniuerſum populum Iudæum, quia iam inde à Moſe tribus Iuda, quod ex ea Chriſtus oriundus eſſet, princeps ac præcipua fuit, & vniuerſæ genti nomen dedit. Hæc igitur mens vaticinij, Non deficiet rex, dux, propheta ex gente Iudæorum donec veniat qui mittendus eſt, ſub eius aduentum deficiet. Probat autem Iudæos appellatos, non eos ſolùm, qui ex tribu Iuda eſſent, ſed vniuerſum populum ex omnibus tribubus conflatum, exemplo Romanorum Regũ, Conſulum, Imperatorum, qui licèt neque à Romulo, neque Roma oriundi eſſent: ſed ex Hiſpania, Illyrico, & aliis prouinciis, Romani tamen dici amarunt. μιᾶς μὲν καθόλου τῆς ἰουδᾶ φυλῆς κατὰ τοῦ παντὸς ἔθνους ἐπιφημιζομένης, Cùm vna quidem in vniuerſum tribus Iuda de vniuerſa gente Iudæorum diceretur, Duces autem, & reges particularim ex ſingulis tribubus eſſent, ſed in vniuerſum appellatione Iudæ honorarentur. Ita Euſebius erudite ſentit, ita nos cum Euſebio Illuſtriſſ. Baronius pleroſque veteres Patres ſequutus eſt, qui auctoritatem non defugiant. In rebus in quibus caput fidei non agitur, & Patres in varias ſententias abeunt, licet ab his ſtare, vel ab illis, niſi ratio nos alia omnia ſentire cogit.

AD CAP. III. EXERCITAT. I.

DIATRIBE III.

Bene defendis in vaticinio Iacobi per Iudam populum Iudæum intelligi, male negas vaticinium illud ſub Herode Chriſto Domino nato impletum, cùm auctores tui Iuſtinus, & Euſebius deſertè ante Chriſtum natum duces & prophetas de Iuda fuiſſe, poſt Chriſtum natum defuiſſe aſſeuerent. Atqui, ais, libertas à Pompeio Iudæis erepta, vrbs vi capta & oppreſſa erat, viceſimo & octauo ante anno quàm Herodes à Romano Senatu Iudææ regno imponeretur. Libertate igitur Iudæis erepta, Iudæa ipſa vectigali effecta, ſequitur vaticinium Iacobi impletum, vt aſſeris, & vt ex tua illa argumentatione colligo ſub Pompeio Chriſtum Dominum inſtaurandæ hominum ſaluti natum. Eodem, imo validiori argumento euincere poſſum Sedechia rege interempto, Hieroſolymis ſub Nabuchodonoſore dirutis, populo Iudæo Babylonem tranſlato Iacobi vaticinium impletum, & Meſſiam id temporis natum,

quia

quia reges de Iuda & duces de femore eius magis defecerant, quàm vrbe Pompeij armis euerſa, cum Hyrcanus Pontifex à Pompeio relictus, Iudæi legibus ſuis vti permiſſi, multi prophetæ ad vſque Chriſti Domini natalem floruerint, Simeon ille iuſtus, Anna propheti ſſa, Zacharias, Elizabeth, & alij plerique. Sed Chriſto Domino ante obitum Herodij vno præteptropter anno nato, & duces, & prophetæ Iudaicæ gentis euanuere. Omnino vel Iacobi vaticinium ſub Herode impletum eſt, cuius extremo regni anno Chriſtus natus, vel nullo poſtea tempore impletum eſt. Vaticinium enim diſertè oſtendit ſceptrum de Iuda non ante defectutum, quam veniat qui mittendus eſt. Sed is venit ſub Herode rege Iudææ, defecerat igitur ſub Herode ſceptrum de Iuda. Quod ſi Herodes non fuit alienigena, ſed genuinus Iudæus, nondum defecerat ſceptrum de Iuda, quod ab Herode rege Iudæo regebatur. Inde ſequitur vel vaticinium impletum non eſſe, quia cum Chriſtus natus eſt Iudæus rex clauum teneret, vel Herodem alienigenam fuiſſe, vel ſi Pompeius is eſt alienigena, qui re vera ſceptrum Iudæorum euertit, Meſſiam ſub Pompeio naſci debuiſſe, ſub quo ſceptrum de Iuda defecerat. Dices fortè Herodem Iudæum nato Chriſto non ita multo poſt obiiſſe, atque ita ſceptrum de Iuda deſiiſſe. Sed in filiis eius è patre Iudæo genuinis Iudæis, qui patre mortuo regnarunt, idem ſcrupulus hæret. Id eſſe cauſæ crediderim, cur Iuſtinus in Dialogo cum Tryphone Herodem Aſcalonitam alienum à genere Iudæorum dicat, vt ſupra oſtendi, & Euſebius in Chronico ſcripſerit, Deficiente pontificum principatu Iudæis regnaſſe Herodem alienigenam. Herodes, inquit, poſt Antigonum à Romanis conſtitutus eſt princeps alienigena, & nihil omnino pertinens ad Iudæam, cuius tempore Chriſti natiuitate vicina regnum & ſacerdotium Iudææ quod prius per ſucceſſionem minorum tenebatur deſtructum eſt, completa prophetia quæ ita per Moyſen loquitur, non deficiet &c. Item Hyrcano à Parthis capto Herodes Antipatri filius nihil ad ſe pertinentem Iudæam ab Auguſto & Senatu accepit, filiique eius poſt eum regnarunt, vſque ad nouiſſimam Hieroſolymarum captiuitatem, ne quicquam ex ſucceſſione ſacerdotalis generis Pontificibus conſtitutis, neque perpetuitate vitæ ſecundum legem Moyſi ſeruientibus Deo, &c, Neminem autem de ſtirpe Dauid poſt Sedechiam in imperio fuiſſe oſtendit Hieronym. lib. 4. in Hierem. cap.22. Et nullus deinceps de ſtirpe Dauid in terra Iudęę tenuit principatum. Vnde & Ioſeph refert de ſacerdotali genere, ac tribu Leui fuiſſe principes, quibus ſucceſſerit Herodes Antipatri proſelyti filius. Idem ad cap. 22. Matth. Herodem ipſum vocat proſelytum, vt & Epiphanius pag. 103. qui Hæreſi XXIX. *θρόνον Δαυὶδ, καὶ βασιλικὴν καθέδραν καλεῖσθαι τὴν ἱερωσύνην*: Solium Dauid, & regiam ſedem vocati ait ſacerdotium Euſebius in Chronico docet Haſſamonæos per mulieres fuiſſe de tribu Iuda, quia tribus Leui, & tribus Iuda coaluerant in vnum: quam ſententiam ſequutus eſt Baronius, vnde & ſceptrum Iuda vſque ad Meſſiam perduraſſe prodit. verba Euſebij in Chronico, *συναφθεισῶν γὰρ τῶν δύο φυλῶν, τῆς τε βασιλικῆς καὶ ἱερατικῆς, Ἰούδα φημὶ καὶ Ἀαρὼν, καὶ πάσης τῆς τοῦ Λευί, οὗτοι βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς ἐγένοντο*. Cum enim in vnum coaluiſſent duæ tribus regia & ſacerdotalis, Iudæ & Aaronis & Leui. ita Aſſamonæi reges & Pontifices fuerunt. Negat tamen Philo Iudæus lib. 2. de Monarchia, Pontifici Max. integrum fuiſſe vxorem ducere, vel non virginem, vel non gentilem, quod vtrunque minoribus ſacerdotibus licuit. *καὶ τῷ γένει ἠκρίβωσε τῶν μελλουσῶν γαμεῖσθαι, προστάξας τῷ μὲν ἀρχιερεῖ μνᾶσθαι μὴ μόνον γυναῖκα παρθένον, ἀλλὰ καὶ ἱέρειαν ἐξ ἱερέων, ἵνα ἐκ μιᾶς οἰκίας, καὶ τρόπον τινὰ τοῦ αὐτοῦ αἵματος ὦσι, νυμφίος τε καὶ νύμφη πρὸς ἁρμονίαν ἐπιδεικνύμενοι παρ' ὅλον τὸν βίον κρᾶσιν ἠθῶν βεβαιοτάτην· ἐπιτρέπει δὲ τοῖς ἄλλοις καὶ μὴ ἱερέων γαμεῖν θυγατέρας*. Et Moſes diligenter præſcripſit de genere futurarum vxorum, vt Pontifici deſpondeatur non ſolum virgo, ſed & ſacerdotalis generis, vt ex vna domo. & quodammodo ex vno ſanguine ſint ſponſus & ſponſa, oſtenſuri tota vita temperiem morum ad concordiam firmiſſimam. Aliis ſacerdotibus permiſſum erat vxores ducere filias eorum qui non eſſent Sacerdotes. At Aſſamonæi erant ex inferioris ordinis ſacerdotibus è ſtatione Ioiarib. Potuerunt igitur ex alia gente quam Leuitica vxores ducere. Sed de Herode, Euſebius loquitur in hæc verba. Quando enim Herodes alienigena circumciſus imperauit Iudæis, & Pontifices alienigenus inſtituit, ſtatim ceſſauit ſecundum diuinum oraculum principatus ex Iuda. Ioſephus Scaliger, in cuius verba iuraſti, Caſaubone, & cuius armis Baronium oppugnas primus noſtri ſæculi Euſebij ſententiam euertere conatus eſt. Defendit enim Herodem, vt fuerit Idumæus & Aſcalonita, vere fuiſſe Iudæum, non alienigenam, quod Idumæi iam inde à Ioanne Hyrcano filio Simonis Pontificis ante xc. annos circumciſi, & legibus Moſis imbuti fuerint. Ioſephus lib. 13 c. 17. Hyrcanus filius Simonis Pontifex creatus *τῆς Ἰδουμαίας αἱρεῖ πόλεις Ἄδωρα, καὶ Μάρισαν, καὶ ἅπαντας τοὺς Ἰδουμαίους ὑποχειρίους ποιησάμενος ἐπέτρεψεν αὐτοῖς μένειν ἐν τῇ χώρᾳ* &c. Idumææ capit vrbes Adora, & Mariſſam, & omnibus Idumæis ſub iugum miſſis permiſit manere in eadem prouincia, ſi vti circumciſione, & Iudæis legibus vellent. Illi amore patriæ circum

circumcisionem, & reliquum vitæ institutum cum Iudæis amplexi sunt, & ab illo tempore Iudæi fuere. Ammonius Grammaticus ea de re disertius loquitur, *ἰδουμαῖοι καὶ ἰουδαῖοι διαφέρουσι· ὥς φησι πτολεμαῖος ἐν πρώτῳ περὶ ἡρώδου βασιλέως· ἰουδαῖοι μὲν εἰσὶν οἱ ἐξ ἀρχῆς φυσικοί, ἰδουμαῖοι δὲ τὸ μὲν ἀρχῆθεν οὐκ ἰουδαῖοι, ἀλλὰ φοίνικες καὶ σύροι, κρατηθέντες δὲ ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἀναγκασθέντες περιτέμνεσθαι, καὶ συντελεῖν εἰς τὸ ἔθνος, καὶ τὰ αὐτὰ νόμιμα ἡγεῖσθαι, ἐκλήθησαν ἰουδαῖοι.* Idumæi & Iudæi differunt, vt ait Ptolomæus in primo de Herode rege. Iudæi enim sunt natiui & genuini ab initio. Idumæi qui non erant ab initio Iudæi, sed Phœnices & Syri, victi autem a Iudæis & coacti circumcidi, & in eadem gente censeri, & easdem leges habere, vocati sunt Iudæi. Fateor à prophanis auctoribus Idumæos interdum numerari inter Iudæos, Antipatrum & Herodem Iudæos dici, non quia genuini Iudæi essent, sed quia per vim coacti erant instituta Iudæorum amplecti. Strabo lib. 16 Idumæi obtinent promontoria Iudææ quæ ad vesperam pertinent, & ad Casium montem. Nabathæi autem sunt Idumæi, *κατὰ στάσιν δὲ ἐκπεσόντες ἐκεῖθεν προσεχώρησαν τοῖς ἰουδαίοις, καὶ τῶν νομίμων αὐτῶν ἐκείνοις ἐκοινώνησαν.* Per seditionem cùm inde excidissent coaluerunt cum Iudæis, & eadem instituta secuti sunt. Malè Iosephus Scaliger arbitratus est Iustinum martyrem existimasse Herodem Ascalonitem summum Sacerdotem fuisse: ostendi supra Iustini mentem eum non cepisse. Certè B. Epiphanius scribit Antipatrū Herodis regis patrem à procuratione sua proselytum factum se & filium circumcidisse. *καὶ ἀπὸ τῆς ἐπιτροπείας περιτέμνεται τε αὐτὸς καὶ περιτέμνει ἡρώδην τὸν υἱόν.* Vnde id didicerit Epiphanius nescio, hoc scio aliter Iosephum sentire, cap. 14. lib. 14. qui Antipatrum, *ἐπιμελητὴν ἰουδαίων* vocat, & Iudæis qui erant in Ægypto *ὁμόφυλον* popularem, & eiusdem gentis fuisse ait, cap. 11. vocat eum Idumæum, nusquam *ἀλλόφυλον*, alienigenam. cap. 19. Antipater *εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ διενεγκὼν, ἔν τῇ περὶ τὴν πατρίδα σπουδῇ*, pietate & iustitia excellens, & studio in patriam. Iudæam intelligit quam regebat c. vlt. lib. 14. Antigonus *ἐπιδεικνὺς ἑαυτὸν μὲν ἐκ βασιλέων, ἡρώδην δὲ ἰδιώτην.* Ostendens se regio sanguine cretum, Herodem esse idiotam, id est, plebeium, non è regio genere, quanquam Antipater inter Idumæos opibus & auctoritate plurimum poterat. c. 5. lib. 1. Belli Iudai. Antipater *γένος ἦν ἰδουμαῖος, προγόνων τε ἕνεκα καὶ πλούτου, καὶ τῆς ἄλλης ἰσχύος πρωτεύων τοῦ ἔθνους*, genere Idumæus erat, primas tenens inter suos & genere, & diuitijs, & alia potestate. Arbitror Herodem à patribus alienigenam vocari, quia Idumæus erat, & non genuinus Iudæus, sed adscititius: non enim ex aliqua XII. tribuum, sed ex Idumæis, qui per vim circumcidi, & instituta Mosis sequi coacti erant. Vnde & facile Idumæi cùm licuit à Mosis lege defecerunt, & Herodes ipse quanquam in publico Iudæum ageret, ad ritus tamen Romanos maximè transierat, vt & eius filij ac nepotes: vnde sequitur vaticinium Iacobi in eo impletum, sub quo sceptrum de Iuda defecit. Quod ais Hyrcanum honore nominis regis negato Pontificem à Pompeio creatum, verè ais, quanquam à Iudæis pro rege semper habitus est. Quare & Antipatro quem Pompeius Iudææ procuratorem instituerat, imperabat, & Herodem filium eius ad iudicium 70. Seniorum coëgit, Iosephus lib. 14 cap. 14. Antipater *ἐξ ἐντολῆς ὑρκανοῦ*, iussu Hyrcani Iulio Cæsari affuit, cap. 15. Antipater *ἐπίτροπος, ἐπιμελητὴς*, procurator Iudææ Hyrcani iussis se audientem præbet. cap. 16. Antipater ipse Hyrcanum *βασιλέα* vocat: se verò *προστάτην*, præfectum. cap. 17. Iudæi Hyrcano dicunt, *σαυτῷ δὲ τὸ βασιλείας ὄνομα μόνον ἀπολείποντα*, tibi præter inane regis nomen nihil fieri reliquum. ibidem vocat Antipatrum *ἐπίτροπον πραγμάτων ὑρκανοῦ*, procuratorem rerum Hyrcani. Ibidem est edictum Iulij Cæsaris in hæc verba, Hyrcanum & filios eius reges Iudæorum esse volo, & Pontificium Iudæorum *διὰ παντὸς ἔχειν (βίου* subintelligo) toto vitæ tempore habere ex instituto patrum, vt filij eius Iudæorum genti imperent. lib. 14. cap. 17. Antipater accepit pecunias ab Hyrcano quos regis nomine ad Romanos gratificandi animo mitteret, ille non regis, sed vno nomine misit. Hęc diligentiùs persecutus sum, vt ostenderem, contra quam sentis, regis nomen Hyrcano post Pompeium integrum fuisse. Strabo lib. 16. Herodem vocat *ἐπιχώριον*, quia Idumæi licet alienigenæ Iudaicos ritus secuti erant. In scripturis sæpè opponitur proselytus indigenæ, & *αὐτόχθων*, vt Exod. 12. vers. 19. Doctor ille peregrinus, quod ex vtroque parente giora & proselyto esset ortus Rabbi bag bag, id est alienigena vocatus est. Apud Iosephum lib. 17. cap. 12. genuini Iudæi separantur ab Idumæis & aliis. Item lib. 2. cap. 5. *ὁ γνήσιος ἐξ αὐτῆς ἰουδαίας λαὸς*, germanus & purus putus Iudęorum populus opponitur reliquis Iudęis. Quæ de proselytis notas probo, sed iterum defendo vaticinium Iacobi, quo non defuturos principes de Iuda prędicitur donec veniat Silo, impletum esse, vel in transmigratione Babylonis Sedechia mortuo, vel erepta, vt vis, libertate à Pompeio, vel sub Herode Idumęo, vel sub Tito deletis funditus Hierosolymis, euerso templo, sublatis regibus & pontificibus. Sed impletum non est in transmigratione Babylonis, vt fateris, non sub Pompeio, quia Christus natus est anno XLII. Imperij Augusti, vt Orosius lib. 1.

cap. 1. & Eusebius. Non sub Tito, quia iam pridem natus erat, & mortuus Christus. Igitur aut vaticinium falsum est, aut impletum sub Herode alienigena, quia Idumęus, quia non ex aliqua XII. tribuum, quia Idumęi non voluntarij, sed necessitate & vi coacti Iudęi ritus Mosis nunquam ex animo complexi sunt, cósque vbi iugum Iudaicæ dominationis excutere licuit facilè ciurarunt. Eusebius lib. 1. hist. cap. 6. τηνικαῦτα δὲ ἰουδαίων ἔθνους ἡγεῖσθαι πρῶτος ἀλλόφυλος ὁ Ἡρώδης βασιλείαν, &c. Tunc Herode primo alienigena genere regnum Iudaici populi nacto, vaticinium impletum est. Ibidem ex Africano, ἀντίπατρον πατέρα Ἡρώδου ἄνδρα ἀσκαλωνίτην, τῶν περὶ τὸν νεὼ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱεροδούλων καλουμένων γεγονέναι, Antipatrum patrem Herodis cuiusdam Ascalonitæ fuisse è numero seruientium Apollinis templo, qui ab Idumęis latronibus puer captus cum illis erat, quia pater eius ob paupertatem eum redimere non poterat. Innutritus autem Idumęorum latronum moribus postea Hyrcano Pontifici Iudęorum carus fuit. Plus apud me Iosephus obtinet fidei, quàm Africanus ille quisquis est. Origenes certè ex Iosepho Herodem alienigenam fuisse, ait homil. 17. ad Genesin. Apud Iosephum lib. 14. cap. 27. Herodes dicitur idiota & semiiudęus, sed non alienigena, Ἡρώδῃ ἰδιώτῃ ὄντι, καὶ ἰδουμαίῳ, τουτέστιν, ἡμιιουδαίῳ. lib. 5. cap. 4. belli Iudaici, Cleopatra queritur apud Antonium, Herodem factum esse regem, τῷ μηδὲν προσήκοντι ἀρχῆς, regni nullo iure ad se pertinentis: Non tamen cum negat fuisse Iudæum, quia pro Iudæo se gereret. Si in Chronico templi secundi, vt vis, prima Antipatri generatio dicitur non fuisse è filiis Israel, non video cur ipse Antipater verè vnus è fortibus Israel vocetur. Certè Herodes ex animo Iudæus nunquam fuit, qui multa contra legem patrarit, & Græcos pluris quàm Iudæos fecerit Iosephus lib. 17. cap. 8. scribit, Iudæos sub excessum Herodis questos, quod Aquilam auream in templi fastigio dedicasset: cùm lex vetet imagines statuere, aut animantium effigies consecrare. lib. 19. cap. 7. Herodem ait ἕλλησι πλέον ἢ ἰουδαίοις οἰκείως ἔχειν ὁμολογούμενον, fateri solitum se magis affectum esse ad Græcos, quàm Iudæos, quod vt vir Idumæus de lege Mosis parum solicitus esset. Cuius rei argumento est, quod cùm multa patraret contra Hebræorum instituta, non proprio motu, sed ex mandato principis Rom. ea se facere diceret, μὴ καθ' αὑτὸν, ἀλλ' ἐξ ἐντολῆς καὶ προσταγμάτων ταῦτα ποιεῖν, ait Ioseph. lib. 15. cap. 12. At qui Romani reges à se institutos aliquid facere contra patria instituta non cogebant. Ex his apparet, Casaubone, longè te grauius peccasse in vaticinio Iacobi ex tuo & Scaligeri sensu contra patres interpretando, quàm Illustrissimum Baronium cum patribus sentientem.

AD CAP. VI. EXERCITAT. I.

INæquitas Baronio quod parum ex vsu Romani sermonis Iudæam scribat à Pompeio ex parte in prouinciæ formam redactam, cùm tamen locutus sit cum Ammiano Marcel. lib. 14. Palæstinæ, inquit, regiones pari sorte Pompeius Iudæis domitis, & Hierosolymis captis in prouinciarum speciem Rectori delata iurisdictione formauit. Si verba vt sonant audimus, allucinatus est Ammianus, quia Pompeius Antipatrum procuratorem Iudææ sub auctoritate Hyrcani instituit, ei iurisdictionem non detulit, quæ mansit apud Hyrcanum, & concilium Sanedrim, ad quod Herodes ipse causam dicturus cæsis Iudæis vocatus est. Iudæa autem ante exilium Archelai, quanquam à Pompeio vectigalis facta erat, propriè tamen in prouinciæ formam redacta non erat, quod à magistratibus & regibus Iudæis regeretur. Sed quemadmodum parum ex vsu Romani sermonis Baronius locutus est, ita & tu, qui Seaurum, & Gabinium Syriæ præsides fuisse ais, cum libera Rep. ante Augusti imperium duo tantum genera prouinciarum essent, consulares & prætoriæ, in quas proconsules & prætores, cum magistratu abiissent, mittebantur, Præsidum autem appellatio reperta sit sub principibus, qui in prouincias Cæsaris ex equestri ordine cum exercitu præsides, vel legatos mittebant, vt Dio scribit in Augusto, & Strabo lib. 17. Iterum vellicas Baronium quod dixerit Antigonum Regem Iudæorum vltimum cruci alligatum, & fustibus cæsum, eum non cruci, sed palo alligatus fuerit. Aio eum crucem pro palo posuisse, & quod parum commodè. Dio dixerat ἀπέσφαξε, optime de capite truncato interpretatum esse. Imo & Iosephum admonuit non satis genus supplicij expressisse, qui solùm πελεκισμὸν posuerit, cùm ex Dione virgis ad palum cæsus securi percussus sit. Iosephus lib. 15. cap. 1. ex Strabone, Antonius Antigonum Iudæum ἀχθέντα εἰς Ἀντιόχειαν πελεκίζει, καὶ ἔδοξε μὲν οὗτος πρῶτος ῥωμαίων βασιλέα πελεκίσαι, Antiochiam ductum securi percutit, & visus est primus Romanorum securi regem percussisse. Quod mones ex Iosephi lib. 20. cap. 8. Herodem è sacerdotibus Pontifices legisse probo. Eusebius Ananelum fuisse ἱερατικοῦ γένους, non vt Cedrenus, & Sigonius, alienigenam, sed indigenam indicat in Chronico,

Chronico, ἀνανηλόν τινα τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἰουδαίων ἱερέα μετὰ πεπέμφθαι, Ananelum quendam è Sacerdotibus Iudæis qui erant Babylone accitum Hierusalem creauit Pontificem.

AD CAP. IX. EXERCITAT. I.

INclementior es in Baronium, qui nihil nisi obsignatis tabulis optima fide, ex optimis auctoribus promit. Imprimis Iosephum auctorem grauissimum laudat lib. 11. cap. 7. ἁλώσεως· τρία γὰρ παρὰ ἰουδαίοις εἴδη φιλοσοφεῖται, καὶ τοῦ μὲν αἱρετισταὶ οἱ Φαρισαῖοι, &c. Tria sunt apud Iudæos Philosophiæ genera. Horum vnum Pharisæi profitentur, alterum Sadducæi, tertium ὃ δὴ καὶ δοκεῖ σεμνότητα ἀσκεῖν, quod videtur Sanctam grauitatem exercere Esseni, Iudæi genere, inter se mutuo amore supra reliquos coniuncti, qui voluptates & maleficia vitant, temperantiam & aduersus perturbationes ac cupiditates inuictum animum, virtutem existimant. Nuptias negligunt, sed alienos liberos assumentes teneros quasi consanguineos sua disciplina & moribus informant. Nuptias non vsurpant, nec ex iis successionem ambiunt fœminarum intemperantiam exosi, quas vni viro fidem seruare non posse autumant. Diuitias despicantur, &c. Pharisæi quidem οἱ δοκοῦντες μετ᾽ ἀκριβείας ἐξηγεῖσθαι τὰ νόμιμα, καὶ τὴν πρώτην ἀπάγοντες αἵρεσιν, εἱμαρμένῃ τε καὶ θεῷ προσάπτουσι πάντα, qui certiorem legalium rituum notitiam profitentur, & hi primum dogma habent, vt fato & Deo vniuersa imputent (lego ἐπάγοντες) Et iusta facere, aut non facere in potestate hominis vt plurimum situm esse aiunt, adiuuare tamen in singulis, & fatum. Sadducæi fatum omnino tollunt, καὶ τὸν θεὸν ἔξω τοῦ δρᾶν τι κακὸν, ἢ ἐφορᾶν τίθενται, & Deum nec mali quid patrare, nec aspicere statuunt. Aiunt autem hominem eligere posse bonum & malum, & verum velit vnicuique coniugere. Pharisæi inter se amant, Sadducæis mores sunt agrestiores, erga exteros conuersatio inhumana. Idem lib. 3. c. 9. οἱ μὲν οὖν Φαρισαῖοι τινὰ καὶ οὐ πάντα τῆς εἱμαρμένης εἶναι λέγουσιν ἔργον, Pharisæi quædam fato fieri non omnia putãt, quædã nostri arbitrij esse vt fiãt, vel non fiant. Esse in fatum rebus omnibus dominari aiunt, & nihil esse quod non eius decreto accidat hominibus. Sadducæi fatum tollunt, & id nihil esse censent, neque fato res hominum fieri, omnia autem in nobis ponunt, vt & nobis bonorum causa simus & malorum. lib. 18. cap. 11. Pharisæi τὴν δίαιταν ἐξευτελίζουσι, οὐδὲν ἐς τὸ μαλακώτερον ἐνδιδόντες, victum simplicem habent nullis mollitum delitiis, & duci se patiuntur iis bonis quæ ratio dictat. Maiores natu honorant, nec audent iis monentibus obloqui, vel aduersari, & omnia fato fieri existimantes, non insitum hominis voluntati auferunt impetum, cùm visum sit Deo temperamentum esse eius decreti & libertatis hominis volentis accedere ad virtutem aut vitium, πράσσεσθαί τε εἱμαρμένῃ τὰ πάντα ἀξιοῦντες, οὐδὲ τοῦ ἀνθρωπείου τὸ βουλόμενον τῆς ἐπ᾽ αὐτοῖς ὁρμῆς ἀφαιροῦνται. Credunt animas immortales, & sub terras pœnas & præmia iis qui virtutem aut vitium in vita secuti sunt, & alias perpeti carcere damnari, alias facilem habere ad vitam reditum. Per hæc placita multum fidei apud populum obtinent, & quicquid ad solemnes precationes & sacrificia pertinet ex eorum præscriptio fit. Sadducæi animas cum corporibus deleri aiunt, nec quicquam seruandum esse præter legem. Virtuti enim tribuunt cum præceptoribus de sapientia quam profitentur disceptare, & controuersari. Huius sectæ pauci sunt, sed fere dignitate præcipui. Ex horum tamen sententia vix quicquam agitur. Nam quoties magistratus suscipiunt, inuiti quidem, & necessitate adacti accedunt ad sententiam Pharisæorum, quia non aliter populo grati, aut tolerabiles essent. Esseni omnia Deo permittunt, immortales animas ponunt, & iustitiam studiose consectantur. Ad templum autem donaria mittentes sacrificia non faciunt ob sanctitatem, & differentiam castuum ac cerimoniarum quas habent. Quapropter exclusi a communi fano seorsim sacrificant. Moribus alioqui sunt optimis. Præter has tres quartam Philosophorum sectam ponit Iosephus, cuius Iudas Galilæus auctor, qui cætera cum Pharisæis consentiunt, nisi quod constantissimo libertatis amore flagrant, solum Deum principem & dominum habendum existimantes. Quiduis patiuntur, ne hominem dominum appellent. De hoc Iuda Galilæo qui sub Archelao fuit lib. 1. c. 7. ἁλώσ. agit, vbi eum nulla in re similem aliis fuisse ait. De Pharisæis lib. 13. cap. 18. Origin. Tantum apud populum possunt, vt fides iis statim habeatur, si quid contra Regem aut Pontificem dixerint. Sadducæi contraria Pharisæis sentiunt. Pharisæi natura in animaduersionibus æquiter, ac clementer se habent. cap. 24. Alexandra vt populum sibi conciliaret, omnia quæ ad funus viri sui Alexandri, & ad regnum pertinerent Pharisæorum arbitrij esse voluit lib. 17. c. 3. καὶ ἦν γάρ μόριόν τι ἰουδαϊκῶν ἀνθρώπων ἐπ᾽ ἀκριβώσει μέγα φρονοῦν τοῦ πατρίου νόμου. &c. βασιλεῦσι δυνάμενοι μάλιστα ἀντιπράττειν. προμηθεῖς κ τοῦ πρῶτα εἰς τὸ πολεμεῖν τι καὶ βλάπτειν ἐπηρμένοι. Erat pars quædam Iudæorum exactiorem ... legis cognitionem vindicans, Pharisæi vocantur, qui maxime possunt regibus aduersari,

 conside

considerati, qui non dubitarent aperte eos oppugnare & lædere. N[illegible] cùm tota gens Iudæorum in verba Cæsaris, & regis iurasset bene[illegible] poll[illegible] non iu[illegible]arunt, cum supra sex millia essent. lib. 1. cap. 4. ἄλως. Iungit autem se Alexandra ad dominationem secta quædam Iudæorum Pharisæos vocant, quæ videtur aliis religiosior, & pietatis diligentior, & leges accuratius (ἀκριβέστερον lego, non ἀκριβέστερως) explic[illegible], vbi docet eos homicidia patrasse per Alexandram, & omnia in Iudæis in [illegible] Quos F[illegible] vocat Iosephus Essæi dicuntur Philoni, libro, quod omnis liber bonus est. Numerus eorum supra quatuor millia, οὐκ ἀκριβεῖ τύπῳ διαλέκτου ἑλληνικῆς παρώνυμοι ὁσιότητος, non omnino exactè ad Græcum sermonem à sanctitate dicti, quasi ὅσιοι. Quoniam & in his maxime cultores Dei sunt, non animalia sacrificantes, sed suas cogitationes Deo dignas efficere satagentes. Isti vicatim habitant, vrbes vitant propter familiaria ciuibus vitia, gnari non minus periculi esse ab eorum conuictu, quam ab aëris intemperie pestifera, propter contagium insanabile. [illegible] ἐκ συμβόλων ἀρχαιοτρόπῳ ζηλώσει παρ' αὐτοῖς φιλοσοφεῖ. Pleraque per figuras more veterum Philosophorum eis sunt tradita. lib. de vita contempl. Essæos, quasi ὁσίους, practicam vitam exercuisse, & æmulatos esse in omnibus ait. Multas alias sectas numerat Iustinus p. 239. Dialogo cum Tryph οὐδ' εἴ τις Ἰουδαίους ἄν τις ὀρθῶς ἐξετάσῃ ὁμολογήσειεν εἶναι τὰς Σαδδουκαίους, ἢ τὰς ὁμοίας αἱρέσεις Γενιστῶν, καὶ Μεριστῶν, καὶ Γαλιλαίων, καὶ Ἑλληνιανῶν, καὶ Φαρισαίων [illegible]. Eos non existimetis Christianos, qui Deo Abrahæ maledicunt, vt neque Iudæos esse putabit, qui rem suo pondere æstimauerit, Sadducæos, aut eiusmodi hæreses Genistarum, Meristarum, Galilæorum, Græciensium, Pharisæorum, Bap istarum. Eusebius Histor. Eccles. lib. 1. p. 41. Has Iudæorum sectas recenset, Essæos, Galilæos, Hemerobaptistas, Masbathæos, Samaritas, Sadducæos, Ph risæos. Meristæ forte Essæi qui separatis locis habitarent, & à cæteris seipsos segregarent. Prius dixerat ex septem sectis fuisse Simonem, à quo Simoniani, & Cleobium à quo Cleobiani, & Dositheum à quo Dositheani, & Gorthęum à quo Gorthęoni, & Masbothæi. Igitur Masbothęi à Gorthęo Iudæo profecti, vt Egesippus. De Samaritis Epiphanius lib. 1. Panar. pag. 16. Samaritas dictos esse ait, quod pro custodibus in ea ota positi essent, aut quod essent custodes ordinationis Mosis secundum legem. Samaritas interpretantur φύλακας, custodes. Differunt à Iudæis, quia Prophetarum qui post Mosem fuere scripta non admittunt. Negant resurrectionem mortuorum. Spiritum Sanctum ignorant, & cùm idololatriam respuant, idola colunt nescientes, quia inter orandum vndiquaque ad montem animos óculósque aduertunt, quasi sanctificatus sit. ἐκ τοῦ παραδεχθῆναι [illegible] τὸ ὄρος ἐν τῷ αὐτῆς εὐχῇ ὡς ἀγίῳ ὄντι [illegible]. pag. 18. Samaritæ in 4. sectas diuisi sunt, idem inter se sentientes quod ad sabbatum, & circumcisionem, & alia quæ sunt in lege. In paucis quisque ex tribus differt ab aliis, exceptis Dositheanis. Manserunt enim Esseni in instituto firmi, nec tantillum dimoueri se passi sunt. Gottheni ob minuta quædam inter se dissenserunt, cum inter eos, Essenos & Sebuęos, discordia suborta esset. Lex enim iubebat ex omnibus locis Iudęos conuenire Hierosolymam tribus anni temporibus, per Azyma, Pentecosten, Scenopegiam. Samaritas enim Esdras & Neemias post reditum è Babylone permiserunt Iudæos iuuate ad Hierusalem ædificandam. Sebuęi tempora festiuitatem mutarunt, quod eum Iudæi per eorum vrbes transirent Hierusalem, sępe ad manus inter se venitent. Reiecerunt igitur festum azymorum in Augustum, post messem, vnde anno exordium dederunt, & statim azyma celebrarunt, Pentecosten in Autumnum, Scenopegiam in tempus quo prius azyma Iudæi celebrant, retulerunt. ὁ μὲν ἢ ἐπειδήπερ τις σιβουαίοις γεγένηται ἢ [illegible] Lego, ὁ μὲν ἢ ἐπειδήπερ τις σιβουαίοις γεγένηται, [illegible]. Non tamen persuaderi se passi sunt Gortheni à Sabuęis, licet Esseni, finitimi aliis existentes eadem cum Sabuęis fecerint. Soli autem Gortheni, & Dositheani a Sabuęis alieni sunt, & cum eis contendunt, & faciunt Ipsi Gortheni & Dositheani festa sua quando Iudęi celebrant Azymorum, Paschatis, Pentecostes, Scenopegię, & ieiuniorum solemnium dies. Alii autem non sic sed Essenorum morem seruant. Dositheani a his multifariam differunt. Nam resurrectionem fatentur, abstinent animatis, quidam eorum abstinent à nuptiis, ἐγκρατεύονται ἀπὸ γάμων μετὰ τὸ βιῶσαι: Cùm in nuptiis vix [illegible] Cornarius legit, μετὰ τὸ βιῶσαι ἐν γάμῳ, bene. Tu, Casaubone, μετὰ τὸ χηρῶσαι, cùm vidui fuerint, vel ἡβῶσαι, cùm liberos susceperint. Simplicius & meliùs Cornarius) vides locum hunc Epiphanii corruptum. Egebat tua manu, quæ quia scalpellum non adhibuit, ipse adhibui, & medicina facere tentaui. Vide an Dositheani sint illi quos Iosephus lib. 2. c. 7. inter Essenos numerat, & nuptias tamen expetiri ait. Essenorum enim duo genera ponit, quorum alij omnino respuant nuptias, alij admittant, & conueniant cum tanta moderatione, vt per triennium explorent valetudi

...tem se ...narum. & si constanti purg... one appa... uerint idoneæ partui, ita eas in ma... ad... cum prægnantibus non consuescunt. Pergit Epiphanius de Dositheanis, ... rad... tunt ... ... nem & sal batum, & in eo co... ... nunt qu... l nemine... rog... gunt quia ... hominem abominantur Iosephus Essenos discerni ait inter se secun... ... tæ abstinentiæ tempora in ordines 4. tantumque iunior... maior... us ... nfer ores l abe... vt si aliquos contigerint, illi quasi à contactu alienigenæ lauentur. Epiphanius ... ibit ... heum Iudæum virum eruditum, cum a Iudæis pro dignitate acce... tus non esse... ad Samaritas se contulisse, & hanc sectam procudisse. Deinde ait ante Christum apud Iudæo... ... se & Hierosolymitanos, Sadducæos scilicet, qui auulsi erant à Dositheo. Sadducæ... s se vocant quasi iustos; Sedech enim iustitia. Negant resurrectionem vt & Samaritæ. non admittunt angelos, quos agnoscunt Samaritæ. Spiritum sanctum ignorant. Non tamen erant Samaritæ, sed Iudæi. Iosephus lib. 2. ἁλώσεως, c. p. 7. Essenos genere Iudæos fuisse ait, quos ... phanius inter Samaritas numerat. Seorsim sacrificabant, non in templo, ad quod tamen donaria mittebant, quod excellentioribus vterentur cerimonijs: εἰς ἢ τὸ ἱερὸν ἀναθήματα τε ... ντες θυσίας οὐκ ἐπιτελοῦσι διαφορότητι ἁγνειῶν ἃς νομίζοιεν, καὶ δι' αὐτὸ εἰργόμενοι ... κοινοῦ τεμενίσματος ἐφ' ἑαυτῶν τὰς θυσίας ἐπιτελοῦσι διαφορότητα ob excellentiam. vel diuersitatem rituum quos obseruant, & id. ò communi templo prohibiti, & exclusi apud se sacrificant. Quod genus sit sacrificij non video, cùm animalia non mactarint, sed suas tantum cogitationes Deo dignas efficere laborarint, ait Philo Iudæus. Epiphanius pag. 20. ait Iudæos in ... sectas diuisos, Sadducæos, Scribas, Pharisæos, Hemerobaptistas, Nazaræos, Ossenos, Herodianos. Scribæ, inquit, γραμματεῖς ἦσαν δευτερωταὶ τοῦ νόμου, ὡς γραμματικήν τινα ἐπιστήμην ὑφηγούμενοι, τὰ ἄλλα πάντες ... τῇ Ἰουδαίων, erant interpretes legis quasi Grammaticam aliquam scientiam profitentes, cætera Iudæi. Non viuunt tantum secundum legem, sed superstitiose, & per excessum lotiones sextariorum, poculorum, tabularum, & aliorum vasorum ministerij custodientes, πυγμῇ μὲν τὰς χεῖρας νιπτόμενοι, πυγμῇ δὲ καὶ καθαρισμοὺς πρὸς δι' ὑδάτων καὶ λουτρῶν ἀποσμηχόμενοι, crebrò manus lauantes, crebrò & purgationes quasdam per aquas & lauacra visurpantes, séque abstergentes, ἔχοντες δὲ τὰ κράσπεδα σημαντικὰ τῆς αὐτῶν πολιτείας, habentes fimbrias quasdam indices eorum instituti ad ostentationem, & phylacteria, seu conseruatoria legis vestimentis imponebant. id est, latos clauos purpuræ. Peret aliquis, quando & hoc in Euangelio est, μὴ ἄρα πετάλτων (πετάλα lego) λέγει, ornamenta circumpensilia dici; quia solent quidam phylacteria, periapta, amuleta, & proebra vocare. Sed sermo non est de his amuletis & antidotis, verum quoniam pallas induuni, & dalmaticas, siue colobia latis clauis purpureis intexta, clauos phylacteria vocant. Craspeda, seu κράσπεδα fimbrias, phylacteria clauos purpureos. Corymbos enim quosdam instar mali punici, ad quatuor alas, seu manicas pallij quisque habebat, è flamine ipso tenin... os, quando abstinebat à consuetudine fœminarum, aut virginitatem exercebat: quia quisque sibi definiebat per ordinem tempus virginitatis, aut continentiæ, & hæc ipsorum erant prototypa, & signa, quibus homines monerentur eorum instituti, ne quis attingeret sanctificatos. Deuteroses autem apud eos 4. erant, vna Mosis Prophetæ; altera magistri eorum Aciban, aut Baraciban: tertia Andæ, siue Annæ, qui & Iudas dicitur: quarta filiorum Assamonæ. Videntur Scribæ aliquid mutuati à veste sacra ministrantis in templo, cui Iosephus tintinabula & mala granata tribuit, lib. 6. cap. 6. ἁλώσ. τὸ ἱερὸν ἐσθῆτα ὁ λειτουργῶν ἀμφιέννυτο μόνος, ἐλειτούργει δὲ τὰς μηρὺς ἄχρις αἰδοίου διαζώσματι καλύπτων, λινοῦν ὑποδύτην ἐνδέδυτο λαμβάνων, καὶ ποδήρης κάτωθεν ὑακίνθινον ἔνδυμα στρογγύλον, θυσανωτὸν ἐργον· τῶν δὲ θυσάνων ἀπήρτηντο κώδωνες χρύσεοι, καὶ ῥοαὶ παράλληλοι. Sacerdotes vtebantur vestibus plebeis. Sacram enim vestem induebat is solus qui ministrabat. Ministrabat autem femora velamine tectus vsque ad pudenda, intus habens tunicam lineam, & talare desuper Hyacinthinum vestimentum totundum fimbriatum. A fimbrijs suspensa erant alternatim tintinabula & mala granata. De scribarum antiquitate Illustrissimus Baronius B. Hieronymû auctorê sequutus est, qui eos à Samai & Hillel ortos esse defendit lib. .. in E... aiam ... d cap. 8. Et Opinor id non tibi sumes, vt beato Hieronymo te linguæ Hebraicæ peritiorem esse putes, quem ab Hebræis ipsis diligentissimè institutum fatentur omnes. Te vero... docti aiunt ... raica verba scriptis tui admiscere non debuisse, quorum te planè tudem esse quotidie clamitant ... ostenduntque Iudæum illum tibi imposuisse, quem in Anglia Doctorem as... iuetas. ... quid quod ferri possit de Decimis & sectis Iudæorû habes, illud ex ... lencho Trihæres... Iosep. ... aligeri, & tractatu de Decimis accepisti; sed pergamus porrò ad Scribas. Iosephus lib. 7. Orig. c. p. 11. ait è Leuitis quosdam a Dauide factos γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, Sacræ literæ ... & ... vocant, quotum fit mentio lib 1. Paralip. c. 23. & cap. 26. Sopherim appellantur, literati, Isaiæ 3. Malach. 2. quibus solis legem scribere, & interpretari licuit, ne deprauare-

tur. Iosep. lib. 17. cap. 8. τῶν πατρίων ἐξηγητὰς νόμων vocat, patriarum interpretes legum: σχημέραι ἢ διημέρευον πάντες οἱ ἀντιποιούμενοι ἀρετῆς ἐπιτηδεύειν: apud eos totum diem agebant ij quotquot in virtute proficere cupiebant. Sic Paulus ad pedes Gamalielis eductus. Meminit eorum B. P. 1. Cor. 1. Epiphanius τοὺς γραμματεῖς νομοδιδασκάλους interpretatur, καὶ νομικοὺς Doctores legis, atque Phariseos eadem cum illis sensisse, quem Illustr. Baronius sequutus est. Φαρισαῖοι δὲ τὰ αὐτὰ τούτοις ἐφρόνουν, γραμματεῦσι δὲ φημι τοῖς ἑρμηνευομένοις νομοδιδασκάλοις· συνῆσαν γὰρ αὐτοῖς οἱ νομικοί. Pharisei eadem cum illis sentiebant, Scribas intelligo, quos interpretantur legis Doctores. Erant enim vna cum Phariseis & Scribæ. Alia tamen preterea supra Scribarum institutum sapiebant Pharisei, maiorem, seueriorémque disciplinam sequuti. οἰκονομίαν interpretor disciplinam & institutum. Quidam enim ex ijs cùm exercerent se disciplinæ seuerioris studijs, ὥριζον δεκαετίαν, ἢ ὀκταετίαν, sibi decennium & octennium ad eam Exercitationem sumebant, aut quadrennium, quo vel virginitatem seruarent, vel abstinerent à consuetudine fœminarum, perpetuò orantes, in eo frequentius studium ponebant, certabántque, ne videlicet corporale aliquid paterentur, aut inopinantibus per somnium iniucunda aliqua corporis seu seminis fluxio accideret, lego, ἢ κλαπῆναι δι᾽ ὀνειρώξεων ἀηδῆ τινα ῥύσιν σώματος, (Nam & Moses ῥύσιν σώματος τὸν ἐξονειρωγμὸν vocat, aut certe γονορρείαν, ἀπεργαζομένην. Scaliger legit, ἐκκρισιν σπέρματος, nimia verborum mutatione. Quorum alij tabulam sibi studiosè parabant dodrantis latitudine, in quam vespere se deponebant, vt si cui somnus obreperet, atque is in solum caderet, identidem ad preces excitaretur, vt vitam agerent vigilantes quam maximè fieri posset. Alij cum calculos collegissent, eos sibi substernebant, vt ijs compuncti alto somno ne consopirentur, sed cogerentur euigilandi caussam sibi ipsis subministrare. Alii autem & spinas pro culcita sibi sternebant, eadem fini, ieiunabant autem bis sabbato, secunda, & tertia feria, & decimationem decimabant, & primitias dabant trigesimam & quinquagesimam. Belle totum hunc locum illustrauit Iosephus Scaliger, à quo tu quicquid hac de re aduersus illustriss. Baronium affers mutuatus es. Pergit Epiphanius, τὰς τεθυσίας ἀσφαλίζοντο, καὶ τὰς εὐχὰς ἀπεδίδουν. Sacrificia & vota firmissimè exsoluebant, & eodem vestitu quo Scribæ procedebant, cum amiculis & alio habitu, ac muliebribus pallijs in latis crepidis, & linguis calceorum progredientes. Dicebantur autem Pharisei, quia ab aliis separati essent ob superuacaneum voluntarium cultū apud ipsos solemnem, ἐθελοπερισσοθρησκείαν. Phares enim Hebræa lingua dicitur separatus. Confitebantur illi mortuorum resurrectionem, credebant Angelos esse & Spiritum Sanctum, sed ignorabant Filium Dei, vt & alii. Fatum & Astronomia apud eos plurimum vigebant. Statim igitur Græca nomina ex Astrologia errantium Hebraica lingua aliis nominibus indigetarunt, vt & signa Zodiaci XII. &c. ἐσχάτη δὲ αὐτοῖς ἀτοπία, καὶ ἠλιθιότης οὐχ ἡ τυχοῦσα τοῖς καὶ ἀνάστασιν ὁμολογοῦσιν, καὶ κρίσιν δικαίαν ὁριζομένοις εἱμαρμένην λέγειν. sed extrema illis est absurditas, & stultitia non leuis, cum resurrectionem admittant, & iustum iudicium definiant, fatum ponere. Omnino Epiphanius existimat Phariseos fatum ita admittere, vt omnia necessario fieri putent, & libertatem humanæ voluntatis adimant. Ex verbis Iosephi quæ supra posui, in alia eos sententia fuisse obscurum non est, in hoc enim ab Essenis discrepabant, quod Esseni omnia fato tribuebant, Pharisei omnia quidem consilio Dei fieri putabant, sed hoc temperamento, vt in homine esset libertas, si voluerit accedendi ad vitium aut virtutem. Sed tu, Casaubone, vt liberum arbitrium tibi eriperes, quasi fessus in luto caballus in verbis Epiphanii substitisti, quæ tuum errorem Essęorum errori geminum ac consimilem euertunt. πῶς γὰρ δύναται κρίσις εἶναι, καὶ εἱμαρμένη; δυοῖν γὰρ ἀνάγκη θάτερον, ἢ γενέσεως ὑπαρχούσης μὴ εἶναι κρίσιν. Quomodo enim potest iudicium esse cum fato. E' duobus enim alterum necessarium est, aut genitura & fato existente non esse iudicium, quòd is qui agit non ex se agat, sed per necessitatem quam affert fati dominatus, aut si iudicium est, & id nobis verè scriptura minatur, cum leges iudicent, & qui perperam agunt, pœnas sustineant, sitque in confesso legem esse iustam; & iudicium Dei verissimum, inane esse fatum, nec omnino consistere posse, quando & is laudem consequitur, qui cùm peccare possit non peccat, quia benè egit, & is qui peccat supplicio plectitur ob peccata, & aduersus vtrumque diuersa sententia definitur. Quare per Isaiam vere dixit Dominus, si volueritis & audieritis, bona terræ comedetis. Si autem nolueritis & non audieritis, gladius vos deuorabit. Os enim Domini hæc loquutus est. Itaque omnibus clarum est, & indubitatum, Deum liberum arbitrium nobis dedisse per seipsum dicentem, si volueritis, si non volueritis. Ita vt in potestate hominis sit, τὸ ἀγαθοεργεῖν, ἢ τὸ φαύλων ἐφάπτεσθαι πραγμάτων, bene agere, aut ad mala ferri. Quibus inclamandum est frequentius quæ à Domino dicta sunt, Væ vobis Scribę & Pharisęi hypocritæ, quia relinquitis quæ grauia sunt in lege, iudicium & misericordiam, & decimatis ἀποδεκατοῦντες anethum, mentam, & rutam, & purificatis quod

extra poculum & tabulam est, quod intus est, plenum relinquitis immunditia & sordibus &c. hæc erant ad quæ, Casaubone, veluti mulus bouinator strigares, qui Dei ipsius verbis errorem tuum conuelli animaduertebas. Et adhuc cum talia pecces, audes arietare in Illustrissimum Baronium, qui vt fidem S. Epiphanij, sic & verba sequutus est. Pergit Epiphanius, & Hemerobaptistas ait eadem cum Scribis, & Pharisęis sentire. Cum Sadducęis tamen resurrectionē mortuorum negare, & perfidiam eorum amplecti. Hoc amplius habent, quod vere, autumno, æstate, hyeme semper de die lauantur, vnde & Hemerobaptistæ dicti. Negabant posse hominem pariter viuere, (probo tuum illud additamentum καθαρῶς) nisi quotidie quis aqua eluatur, vt sit ab omni culpa purus. Nazaræi vero genere Iudæi sunt, & in omnibus iudaizant, Sabbatum obseruant, & circumcisionem & festa Iudaica: sed fatum non admittunt, neque astrologiam, neque Pentatenchum non sacrificant, non animata comedunt. carnes non attingunt. Osseni vero Iudæi sunt hypocritæ ad excogitandum acres. A Nabathęis profecti, & Ituræis, & Moabitide, & Areilitide eorum qui sunt extra vallem Alyces, seu mare mortuum. Osseni dicti, quasi σεβαζὸν γένος, robustum genus & stabile, cum quibus coniunctus est sub Traiano Elxai & Iexeos frater eius Iudæus, qui salem, aquam, panem, cælum, ætherem, ventum, iusiurandum ipsis ad cultum tradidit, & definiuit, &c. auersani ur virginitatem oderc continentiam, cogunt ad nuptias, docent non esse peccatum, si persecutio sequit, idola colere, modo ex animo non colant, etsi quid ore confiteantur, quod corde negent, &c. Postea subiungit, hæc est hæresis Osseorum, quæ cum Iudæis sabbatum colit, circumciditur, & omnia quæ sunt in lege facit, sed eos libros respuit quos Nazaręi. Iurasse eos ostendit per cælum, salem, panem, & alia quæ Christus vetuit. Illustrissimus Baronius arbitratur Ossenos istos alios fuisse ab Essæis: tu contra eosdem esse putas, nescio quo argumento, cùm Essęi apud Iosephum virginitatem & continentiam coluerint, sacrificiis ac ritibus sanctissimis vsi sint, pro Dei ac legis confessione omnibus cruciatibus excarnificari se passi sint, vt Iosephus lib. 2. c. 7. Belli Iudaic. Osseni vero perditissimi nebulones fuerint. Nec attinet dicere Essęos ab Iexeo fuisse deprauatos. Aliquod enim vestigium apud eos veterum rituum perseuerasset. Inscienter igitur hic Doctissimum Cardinalem allatras, cuius iudicium tuo vbique præponderabit. Septimam hæresim Epiphanius fuisse ait eorum, qui Herodem Antipatri filium Messiam esse arbitrati ab eo Herodiani dicti sunt. Erant autem meti Iudæi qui dies Herodis colebant, vt ait Persius, l. 5.

——— *At cum*
Herodis venere dies, vnctáque fenestra
Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

Vetus Pers. Scholiastes. Herodes apud Iudæos regnauit tempore Augusti in partibus Syriæ: Herodiani ergo diem natalem Herodis obseruabant, vt etiam sabbata quo die lucernas accensas, & violis coronatas in fenestris ponunt. Nitebantur illo Iacobi vaticinio, non deficiet princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius, donec veniat cui reposita sunt, ἐπειδὴ γὰρ ὁ ἡρώδης υἱὸς ἀντιπάτρου ἐτύγχανεν ἀσκαλωνίτου τινὸς ἱεροδούλου ἀπόλλωνος τοῦ εἰδώλου. Quia Herodes filius fuit Antipatri cuiusdam Ascalonitæ seruientis Apollini &c. de quibus supra egimus. Ex his apparet te non tam inscitiæ arguere Illustrissim. Baronium, quam B. Hieronymum & Epiphanium viros te non dissentiente longe Doctissimos, à quibus quicquid de Sammai, de Hillel, de Delphon ille scripsit, mutuatus est. Verba Tertulliani de præscrip. cap. 25. sic habent. Taceo Iudaismi hęreticos, Dositheum, inquam, Samaritanum, qui primus ausus est Prophetas quasi non in Spiritu sancto loquutos repudiare. Taceo Sadducæos qui ex huius erroris radice surgentes ausi sunt pręter hanc hæresim etiam resurrectionem carnis negare. prętermitto Pharisæos qui additamenta legi astruendo à Iudæis diuisi sunt, vnde etiam hoc accipere ipsum quod habent nomen digni fuerunt. Cum his etiam Herodianos qui Christum Herodem esse dixerunt. Quod de Exonirogmo seu nocturna pollutione per quietem, supra posuimus, Iosephus lib. 17. cap. 8. illustrat his verbis. ἐπὶ δὲ τοῦ ματθίου τούτου ἱερωμένου συμβαίνει καὶ ἕτερον ἱερέα καταστῆναι πρὸς μίαν ἡμέραν ἣν ἰουδαῖοι νηστείαν ἄγουσιν· αἰτία δὲ ἐστιν ἥδε· ὁ ματθίας ἱερωμένος ἐν νυκτὶ τῇ φερούσῃ εἰς ἡμέραν ᾗ ἡ νηστεία ἐνίσταται ἔδοξεν ἐν ὀνείρατι ὁμιλῆσαι γυναικί, καὶ διὰ τόδε οὐ δυναμένου ἱερουργεῖν ἰώσηπος ὁ τοῦ ἐλλήμου συνιεράσατο αὐτῷ συγγενὴς ὤν. Sub Matthia Pontifice accidit, vt & alius Pontifex constitueretur ad vnam diem qua Iudæi ieiunium seruant. Hæc autem causa est. Matthias Pontifex nocte quæ præibat ieiunij diei sibi visus est per somnium rem habere cum muliere. Et ideo cum sacris operari non posset Iosephus Ellemi filius cognatus eius cum eo consecratus est, & ad diem vnum sacerdotis munus obiit. Ex quo Iosephi loco somniasti, Casaubone, moris fuisse, vt Pontifex Maximus vicarium haberet, cum Iosephus id semel tantum accidisse dicat, & Annam Caiaphæ vicarium

extitisse

extitiſſe per hanc conſuetudinem putas, quem ſacræ literæ ſocerum Caiaphæ, & deceſſorem in Pontificatu fuiſſe teſtantur. Agnoſcimus tres illas ſectas Eſſenorum, Sadducæorũ, Phariſæorũ ἐκ τοῦ πάνυ ἀρχαίου, ab antiquo fuiſſe apud Iudæos, vt teſtatur Ioſephus lib. 18. c. 11. quorum idem auctor meminit lib. 13. c. 9. in rebus Ionathæ, annis præterpropter 240. ante Chriſtũ. Georgius Monachus in Claudio ſcribit Eſſæos à Ionada oriundos. Ἰωναδὰμ ὁ πατὴρ ἡμῶν ἐνετείλατο ἡμῖν λέγων, οὐ μὴ πίητε οἶνον ὑμεῖς, καὶ υἱοὶ ὑμῶν ἕως τοῦ αἰῶνος, καὶ οἰκίας οὐ μὴ οἰκοδομήσετε, καὶ σπέρμα οὐ μὴ σπαρῆτε, καὶ ἀμπελὼν οὐκ ἔσται ὑμῖν, ἀλλὰ ἐν σκηναῖς κατασκηνώσατε πάσας τὰς ἡμέρας ὑμῶν, ὅπως ἂν ζήσητε πολλὰς ἡμέρας ἐπὶ τῆς γῆς ἐφ' ἧς διατρίβετε, καὶ εἰσηκούσαμεν τῆς φωνῆς Ἰωναδὰμ τοῦ πατρὸς ἡμῶν. &c. ἐκ τῶν δικαίων οὖν τούτων καταχθέντες οἱ Ἐσσαῖοι ἔτι καὶ θαυμαστοὶ μᾶλλον ἐπηύξησαν, καὶ ποθῆσαι, καὶ ἐπετίμησαν τήν τε παναγάθον καὶ πανάρετον ἀκτημοσύνην, καὶ τὴν θεοφιλῆ, καὶ θεοπρεπῆ σκληραγωγίαν, καὶ ἀνυπέρβλητον δικαιοσύνην. Ionadam Pater noſter præcepit nobis dicens, non bibetis vos & filij veſtri vinum in æternum, & domos non ædificabitis, & ſemen non ſeminabitis, & vineæ non erunt vobis, ſed in tabernaculis agetis omnibus diebus vitæ veſtræ, vt viuatis diu ſuper terram in qua degitis, & audiuimus voci patris noſtri Ionadam. Ex iuſtis igitur iſtis orti Eſſæi mirabiles magis aucti ſunt, & paupertatem virtutis altricem intenderunt, & Deo caram, Deo dignam vitæ auſteritatem, & inexſuperabilem iuſtitiam exercuerunt. Locus ille quem ex Act. 23. affeis non oſtendit ſcribas alios à Sadducæis, alios à Phariſæis ſtetiſſe. οἱ γραμματεῖς τοῦ μέρους τῶν Φαρισαίων, Scribæ partis Phariſæorum: ſed potius quod vult Epiphanius omnes cum Phariſæis ſenſiſſe. Nam εὔποροι μόνοι, ſoli diuites & potentes à Sadducæis faciebant. Adde quod eodem cultu fuere Scribæ & Phariſæi, vt indicat S. Epiphanius. Legendus Origines lib. 4. c. 2. περὶ ἀρχῶν. De Doſitheanis D. Hieronymus in Luciferianos, & ad cap. 22. Matth. & lib. 3. ad Iſaiæ cap. 8. Quæ de decimis à te explicata ſunt, ex tuo auctore quia digna videntur, quæ vulgo nota ſiut, paulo plenius hic ſubiiciam. Omne eſculentum hominis quod aſſeruatur, cuius incrementa ſunt de terra, obnoxium eſt primitiis ac decimis, etiam hortenſia, & viliſſima quæque modo eſui hominibus eſſent, vt mentha, pulegium, anethum, rutha Mat. 23. Luc 11. Ex iis primo delibandæ primitiæ, ſecundo theruma, tertio decima, quæ duplex erat, prima & ſecunda, cauetúrque ne theruma primitias, therumam Decimatio prima, decimationem primam ſecunda anteuertat. Colonus de prouentu ſuo nihil attingere audebat, antequam primitias, therumam, decimam vtramque de eodem delibaſſet: ſed primitiæ de ſpicis, vuis, & oleis duntaxat offerebantur in corbe, theruma, & decima de frugibus elaboratis, qualia ſunt frumentum vannatum, muſtum & oleum. De fructibus non elaboratis, qui tabat dicuntur, primitiæ tantum debentur. Poſtquam erant elaborati primo detrahebatur theruma de aceruo frugum, & ſacerdotibus tradebatur Deuteronom. 18. quæ dicitur theruma maior, ἀφαίρεμα μέγα, vt Septuaginta vertunt, quæ non eſſe debet minor parte frugum quadrageſima, quinquageſima, aut ſexageſima. Quadrageſima dicitur theruma boni oculi, quinquaſima theruma mediocris, ſexageſima oblatio oculi maligni. Hac delibatione de fructibus facta, & ſacerdotibus tradita, de reliquo aceruo decima dabatur Leuitis, Numer. c. 18. quæ dicitur: Decima prima Tobiæ cap. 1. De ea decima decimam dabant ſacerdotibus Leuitæ, Numer. cap. 18. quæ dicitur decima decimæ, vel theruma decimæ, quam cum Leuitæ perſoluerant reliquum in omni loco extra Hieroſolyma abſumere poterant Numer c. 18. non item ante. Igitur quod reliquum faciebant de theruma maiori & decima prima dicebatur prophanum, quia libere poterat abſumi. De theruma maiori, & decima prima, rurſus altera decima deducebatur, quæ dicta decima ſecunda Tob. 1. Deuter. 4. Leuit. 27. quæ decima ſecũda differebat à prima, quod decima prior detracta decima decimæ prophana erat, & extra mœnia Hieroſolym. abſumi poterat, Decima ſecunda ſacra erat, neque ea veſci licebat niſi corã Deo intra ſepta tẽpli. Itaque huius ſecundæ decimæ ſpecies aut Hieroſolyma portandæ erant, aut ſi longior via eſſet à colono diuendebantur, atque ex pecunia inde redacta victimæ, vinum, oleum, & frumentum Hieroſolymis à colono coemebantur, vt ex illis epulum χαριστήριον gratiarum actionis fieret, quod à colono, & Leuitis in atrio ipſo templi abſumebatur Leuit. XIIII. Sed quando illa Decima ſecunda diuendebatur, quinta pars Decimæ inſuperadiiciebatur Leuit. 27. Itaque ſecunda Decima, quæ in ſpeciebus erant de decẽ centum, in adæratione fiebat XII. qua detracta reſiduum fiebat prophanum in vſus coloni, non ante. Verbi cauſſa, habet colonus in reditu huius anni ſex millia modium tritic. Pendet quadrageſimã, hoc eſt 150 aut quinquageſimam, 120. aut ſexageſimam ſi præparcus eſt 100. Dedetur 100. ſacerdotibus Therumnæ nomine ſuperſunt 5900. quæ bis decimanda erunt. Primo enim decima prima decimanda erit, nempe 590. quæ Leuitis tradenda. De illis 590. therumnam debent ſacerdotibus Leuitæ, hoc eſt, decimam decimæ nimirum 59. quibus detractis remanent Leuitis prophana præpara-

ta 531.

131 quibus extra & intra Hierusalem vesci licebat. Rursus prima decima scilicet 590. de 5900. detractâ, remanent prophana colono 5310. de quibus detracta decima secunda nempe 531. remanent prophana præparata colono 4779. vtraque decima coniuncta ad 5900. est 1121. Theruma maior dicta est ad differentias therumæ decimationis, quæ minor erat. Primam decimam Hierosolymas à colonis deferri solitam in apothecas templi docetur lib. 2. Paralip. cap. 31. quibus custodiendis præpositi erant Leuitæ spectatæ fidei, vt ibidem docetur. Tradebat autem species colonus, vel eius Apostolus, seu Vicarius Leuitis, qui in ἐφημερίᾳ sua ministrabant in templo. Tobiæ cap. 1. Semper enim vna familia Leuitarum de 24. Hierosolymis in templo ministrabat. Quot enim ἐφημερίαι sacerdotum, tot Leuitarum erant, nimirum 24. Tob. cap. 1. τὴν πρώτην δεκάτην ἐδίδουν τοῖς υἱοῖς Λευὶ τοῖς θεραπεύουσιν εἰς Ἱερουσαλήμ. Primam decimam dabant filiis Leui ministrantibus in Hierusalem de adærarione secundæ decimæ, sequitur in libro Tobiæ, καὶ τὴν δευτέραν δεκάτην ἀπεπρατιζόμην, καὶ ἐπορευόμην, καὶ ἐδαπάνων αὐτὰ ἐν Ἱεροσολύμοις. & secundam Decimam vendidi, & profectus sum, & consumpsi eam Hierusalem. Sequitur apud Tobiam, καὶ τὴν τρίτην ἐδίδουν οἷς καθήκει. Et tertiam dabant quibus oportebat. Tertiam vocat decimam, quæ tertio anno dabatur, cùm tamen prima decima esset: versio Latina ita vt in tertio anno proselytis & aduenis ministraret omnem decimationem. Erat illa prima decimat quæ primo & secundo anno hebdomadis, item quarto & quinto Hierosolymam à colono delata in manus ephemeriæ Leuitarum tunc ministrantis tradebatur. Tertio autem anno & sexto hebdomadis annalis in horrea, cellas, & apothecas coloni condebantur, Deuteron. cap. 14. Propterea hæc decima dicebatur decima pauperis in annis tertio & sexto, quæ in annis primo, secundo, quarto dicebatur Decima prima. Septimo anno nullæ primitiæ, nulla theruma, nullæ decimæ persoluebantur ob cessationem agriculrionis. Iudęi decimas soluere non tenentur nisi in terra Israël, ideoque hodie non soluunt. Ne fraus fieret in persolutione Decimarum præficiebantur δειγματισταί, qui discutiebant domos quæ Decimas non persoluerent: frumenti Decimę soluebantur à mense Siuan post Pentecosten, vini à Tisrio, olei à xv. Teber. de obseruatione Sabbati quę tradis probo. Dositheani nimis rigidi erant in eius obseruatione, vt Origenes lib. 4. περὶ ἀρχῶν cap. 2. Marathias Maccabęus decreuit vt hoste vitam tentante sabbato, vis vi repelli posset Iosepho narrante. lib. 12. cap. 8. originum, lib. 1. Bel. Iud. cap. 5. ὑπὲρ μόνου τοῦ σώματος ἀμύνεσθαι, καὶ τοῖς σάββασι, pro solo corpore propugnant in sabbatis. Iosephus lib. 1. cap. 7. Essenos Sabbato ne ignem quidem accendere, neque vas vllum mouere, neque ad naturæ requisita ire scribit. Philo lib. de vita Mosis, veritum ait lege, sabbatis πῦρ ἐναύειν. De Iudęo gubernatore nauis qui Sabbato antequam præsens vitæ periculum cerneret manum gubernaculo admouere detrectarit, tibi assentior. μεσούσης δὲ ἤδη τῆς νυκτὸς ἀναπηδᾷ παρ' ἑαυτοῦ πρὸς τῇ καθέδρᾳ χωρεῖ, νῦν γάρ φησιν ὁ νόμος ἐφίησι, ἐπειδὰν νῦν σαφῶς τὸ ὑπὲρ τῆς ψυχῆς θέομεν. Media nocte à se ipso persuadetur, vt ad clauum sederet. Nunc enim, ait, per legem licet, quoniam nunc palam est nos super anima currere, & in extremo periculo versari. Si non daremus hoc Casaubono, qui totam ætatem in literis Græcis & Latinis posuit, vt locos Synesij difficiles & impeditos commodius expedire & interpretari posset, quam viri eruditi qui grauioribus studiis distinentur, parum æqui rerum æstimatores essemus.

AD CAP. XI.

IVdicium Illustriss. Baronij de Mercurio Trismegisto multi ex veteribus & recentioribus probant. Tuum tamen de eodem non improbo. Recentiorem illum auctorem fuisse oportet, qui Phidiæ, & Eunomij locri Citharœdi meminerit, & trophæa, per quercum vaticinia, prytanea commemoret. De Sibyllis non persuades, non modo quod eorum vaticinia Iustinus, Clemens, Lactantius, cæterique veteres patres laudauerint, probauerint, verum & quod apud Zonaram, & Cedrenum varijs temporibus è terra, & priscis monumentorum conditoriis plerasque tabulas erutas esse legamus, quibus virgo paritura denuntiaretur, & in filium eius fidem ij qui scripserant profiterentur. Erophilen primam mulierum vaticinia cecinisse vult Pausanias pag. 327. πρώτη γυναικῶν χρησμοὺς ᾖσε. Apud Seruium arbitratur Varro Sibyllã Erythræam fata Romana scripsisse, quia post incensum Apollinis templum in quo fuerant apud Erythræam insulam ipsa carmina inuenta fint. Iustinus Parænet. 1. ad Græcos. περὶ δὲ τῆς ἀρχαίας καὶ σφόδρα παλαιᾶς σιβύλλης ἧς καὶ Πλάτων, καὶ Ἀριστοφάνης, καὶ ἕτεροι πλεῖστοι ὡς χρησμῳδοῦ μεμνῆσθαι, διὰ χρησμῶν ὑμᾶς διδάσκειν περὶ ἑνὸς καὶ μόνου θεοῦ συμβαίνει ἀναγκαῖον ὑπομνῆσαι. Necesse est vt vobis memoriam refricem, Sibyllæ cuiusdam antiquæ, cuius Plato, Aristopha-

nes & alii plerique vt fatidicæ meminerunt, quæ vos oraculis suis de vno atque ipso solo Deo doceat.

εἷς δὲ θεὸς μόνος ἐστὶν ὑπερμεγέθης, ἀγένητος.

Est Deus vnus, & ingenitus, supra omnia magnus.

Eodem libro, *ἔσται δὲ ὑμῖν ῥᾳδίως τὴν ὀρθὴν θεοσέβειαν ἐκ μέρους παρὰ τῆς παλαιᾶς σιβύλλης*, &c. Erit autem vobis facile rectum Dei cultum in parte à veteri Sibylla ex aliquo potenti afflatu per oracula vos docente, discere ea quæ proxime accedunt ad Prophetarum doctrinam. Hanc aiunt Babylone ortam filiam Berosi qui scripsit Chaldaicam historiam, quæ cùm in Campaniæ partes nescio quomodo transiisset, Cumis quæ vrbs ad sextum lapidem Baiis abest oracula fuderit, &c. Eius Sibyllæ meminit Plato in Phædro, quam ait, vt & alios fatidicos, numine Dei afflatos, multa & magna prænuntiasse, cum nihil eorum quæ vaticinarentur intelligerent. Iustini locus est pulcherrimus sub finem primi Parænetici quem adito. Idem Apolog. 2. *καὶ σίβυλλα δὲ καὶ ὑστάσπης γενήσεσθαι τῶν φθαρτῶν ἀνάλωσιν διὰ πυρὸς ἔφασαν.* Et Sibylla & Hystaspes corruptibilia omnia consumptum iri per ignem pronuntiarunt. Eadem Apologia, *κατ' ἐνέργειαν δὲ τῶν φαύλων δαιμόνων θάνατος ὡρίσθη κατὰ τῶν τὰς ὑστάσπου, ἢ σιβύλλης, ἢ τῶν προφητῶν βίβλους ἀναγινωσκόντων, ὅπως διὰ τοῦ φόβου ἀποστρέψωσιν ἐντυγχάνοντας τοὺς ἀνθρώπους τῶν καλῶν γνῶσιν λαβεῖν, αὐτοῖς δὲ δουλεύοντας κατέχωσιν, ὅπερ εἰς τέλος οὐκ ἴσχυσαν πρᾶξαι· ἀφόβως μὲν γὰρ οὐ μόνον ἐντυγχάνομεν αὐταῖς, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν ὡς ὁρᾶτε εἰς ἐπίσκεψιν φέρομεν ἐπιστάμενοι πᾶσι διάρεστα φανήσεσθαι.* Opera autem malorum dæmonum mortis supplicium constitutum est in eos qui legerent Hystaspis, aut Sibyllæ, aut Prophetarum libros, vt per metum auerterent homines ab illis, quominus scripta ea legentes, rerum bonarum notitiam perciperent, sed in seruitute eorum retinerentur, quod ad vltimum perficere non potuerunt. Sine metu enim huiusmodi scripta legimus, sed etiam vobis ad inspiciendum quæ in eis traduntur, vt videtis offerimus, grata, acceptáque omnibus fore scientes. Ais verbo Dei contrarium videri tam profunda mysteria gentibus fuisse clarius proposita, quàm Iudæis. Respondeo, vt caligantibus oculis maiori ad videndum lumine opus est, quàm perspicacibus, ita & gentibus maiori Dei lumine in tantis tenebris, vt fidei arcana cognoscerent opus fuisse, ad quorum imbecillitatem se Deus, vt bonus est, accommodarit, Respondet etiam Iustinus Sibyllas agitante Deo sæpè pronuntiasse quæ non intelligerent, addo, vt sancto illi Iobo qui Iudæus non fuit pietatis mysteria clarè à Deo enuntiata sunt, ita & Hystaspi, & alijs enuntiari potuisse, imo & in eorum gratiam qui naro Domino venturi erant, ea vaticinia scripta esse, vt facilius ad credendum adducerentur, Insuper assero paucissimis hæc eiusmodi enuntiata quæ illi quidem amplecterentur. Cæteri respuerent, quia non intelligerent, vt in vaticinijs solet, priusquam euenissent. Denique ineptum est rationibus agere, vbi res ipsæ loquuntur, argumentis refellere quæ patrum omnium consensus probat, primitiuæ Ecclesiæ fides agnoscit. Iustinus siue quis alius auctor est, in quæstionibus ad Orthod. quæst. 74. *εἰ τῆς παρούσης καταστάσεως τὸ τέλος ἐστὶν ἡ διὰ τοῦ πυρὸς κρίσις τῶν ἀσεβῶν καθὰ φασιν αἱ γραφαὶ προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων, ἔτι καὶ τῆς σιβύλλης καθώς φησιν ὁ μακάριος κλήμης ἐν τῇ πρὸς κορινθίους ἐπιστολῇ.* Si præsentis rerũ status finis est impiorum iudicium, vt scripta Prophetarum & Apostolorũ, atque adeo Sibyllæ loquuntur narrante Beato Clemente in epistola ad Corinthios Si oracula Sibyllæ sub Apostolis & Clemente vulgò nota erant, ea post Christum à quibusdam Christianis in fidei testimonium falsò subdita esse vero simile non est. Fateor vaticinia Sibyllæ quæ xv. viri S.F. asseruabant in vulgus non exiisse, imò non temerè à xv. viris ipsis inspecta esse, nisi senatus censeret. Sed cum ea scripta Romæ conflagrassent, & ex aliis vrbibus peterentur, putas eam diligentiam adhibitam esse, quicquid de Augusto Suetonius dicat, vt ea solis Romanis innotescerent, nemo exscriberet, nemo sibi seruaret, nemo cum amicis communicaret, vnum modo exemplar esset, quod Romam ad xv. viros deferretur. Putem ego Sibyllarum oracula multos exscripsisse, multos domi legisse, vnde ad primitiuæ Ecclesiæ Patres manarint. Erat interdictum ne libri Sibyllę qui apud xv. viros fuere vulgarentur, & vt vult Iustinus, capite cautum, ne oracula vatum legerentur, ne ad res nouas ea faces subiicerét, gloriatur tamen Iustinus ea vaticinia impune se legere, vt idem interdictum non magni fuisse videatur. Post ætatem Iustini multis annis scripsit Aurelianus apud Vopiscum: Miror vos Patres Sancti, tamdiu de aperiendis Sibyllinis dubitasse libris perinde quasi in Christianorum Ecclesia, non in templo Deorum omnium tractaretis. Quanquam enim id temporis Christiani vaticinia Sibyllæ lectitabant, non tamen iis superstitionibus, expiationibus, sacrificiis, quæ libris Sibyllinis imperabantur, implicari se patiebantur. Itaque ex Ecclesia Christianorũ eæ superstitiones exulabant cum diuinis oraculis & Christi Domini verbis ante omnia niterentur. Sumebant tamen è Sibyllinis, si quid ad fidei arcana faceret, vt Ethnici non tantum è sacris literis, verum etiam è Prophanis reuincerentur. Acrostichides de quibus

bus Lactantius & D. Augustinus a nt in versibus Sibyllinis agnoscit Cicero lib. 2. de Diuinat. In Sibyllinis, inquit, ex primo versu cuiusque sententię primis literis illius sententiæ carmen prætexitur. Item ea quæ dicitur ἀκροστιχὶς; cum deinceps ex primis versuum literis aliquid connectitur, vt in quibusdam Quint. Ennius fecit. Non inficias iuerim, Romæ libros Sibyllinos iniussu Senatus, vel Imperatoris consultu non solitos. Ammianus lib. 23. Iisdem diebus nuntiatum est ei per literas Romæ super hoc bello libros [...] consultos vt misserat, Imperatorem eo anno discedere à limitibus suis, aperto prohibuisse responso. Cicero lib. 2. de Diuin. iniussu senatus ne legantur quidem libri, valeántque ad deponendas potius, quam ad suscipiendas religiones Dio pag. 61. οὐ γὰρ ἐξῆν οὐδὲν τῶν σιβυλλείων εἰ μὴ ἡ βουλὴ ψηφίσαιτο εἰς τὸ πλῆθος ἐξαγγέλλειν. non fuit liberum aliquid è libris Sibyllæ in vulgus enuntiare sine senat. consulto. Augustus Cæsar quicquid fatidicorum librorum Græci Latinique generis, vel parum idoneis auctoribus ferebatur, supra duo milia contracta vndique cremauit, & solos retinuit Sibyllinos, hos quoque delectu habito, condiditque duobus foculis auratis sub Palatini Apollinis basi, ait Suetoo. Tacit. lib. 5. Annalium. Quia vero multa sub nomine Sibyllæ vulgabantur, sanxit Augustus quem intra diem libri ad prætorem vrbanum deferrentur, neque habere priuatum liceret. Solin. cap. 8. Sibyllæ Tarquinianæ libri ad Syllam vsque durarunt, & consulebantur à pontificibus. Tunc autem vna cum Capitolio cremati. Sed præter eius Sibyllæ scripta multa alia laudantur D. Maximus, πρώτη ἡ χαλδαία, καὶ ἡ περσίς, ἡ καὶ πρός τινων ἑβραία ὀνομαζομένη σαμβήθη λέγεται γένος ἐκ τοῦ νῶε, ἡ περὶ τῶν κατ' ἀλέξανδρον μακεδόνα προειρηκυῖα, ἧς μνημονεύει νικάνωρ ὁ τοῦ ἀλεξάνδρου βίον ἱστορήσας, ἡ περὶ τοῦ θεοῦ μυρία θεσπίσασα· ταύτης δέ εἰσι βιβλία εἰκοσιτέσσαρα περὶ παντὸς ἔθνους, καὶ χώρας περιέχοντα· ὅτι δὲ οἱ στίχοι αὐτῆς ἀτελεῖς εὑρίσκονται, καὶ ἄμετροι αἰτία τῶν ταχυγράφων. Prima Sibylla Chaldea est, & Persis, quæ a quibusdam Hebræa dicitur Sambethe, ex genere Noe quæ de Alexandro Macedone vaticinata est, cuius meminit & Nicanor in vita Alexandri quæque de Deo infinita effata est. Eius sunt 24. libri de omni gente & regione: quod autem versus eius imperfecti, & sine metro inueniuntur in causa sunt notarij. Rationem affert Clemens Alexand. centone sexto cur Deus Prophetas apud gentes esse voluerit. καθάπερ ἰουδαίους σώζεσθαι ἐβούλετο ὁ θεὸς τοὺς προφήτας διδούς, οὕτως καὶ ἑλλήνων τοὺς δοκιμωτάτους, οἰκείους αὐτῶν τῇ διαλέκτῳ προφήτας ἀναστήσας, ὡς οἷοί τε ἦσαν δέχεσθαι τὴν παρὰ θεοῦ εὐεργεσίαν τῶν χυδαίων ἀνθρώπων διέκρινεν. δηλώσει πρὸς τῷ πέτρου κηρύγματι ὁ ἀπόστολος λέγων. Quemadmodum, inquit, cum dedit Deus Prophetas Iudæos seruare voluit, ita & Græcorum probatissimos, cum excitasset Prophetas domesticos eorum dialecto, quatenus poterant a Deo beneficium accipere, separauit ab hominibus vulgaribus. Indicabit hoc præter prædicationem Petri Paulus Apostolus dicens, sumite libros Græcanicos, legite Sibyllam, vt indicat vnum Deum & quæ futura sunt & Hystaspem percurrite, & reperietis longe clarius filium Dei scriptum, & quomodo aduersus Christum aciem multi reges instruent, eum odio habentes, & eos qui nomen eius ferunt, & fideles eius, vel eius patientiam, & præsentiam. Apud eundem versus Sibyllæ recitantur, quibus contra idola Deus vnus asseritur, Ephesini templi incendium, Isidis & Serapidis fanorum subuersio denuntiatur, quæ non video cur nupera & commentitia dicantur. Consule Protrepticon Iustini. Imbecilla est illa ratio de Sibyllinis libris qui Romæ apud xv viros fuere, ex illis nihil aliud prolatum, nisi quo gentium error firmaretur, Addam ex Cicerone, eum qui illa Sibyllæ carmina scripsit perfecisse vt quodcunque accidisset prædictum videretur, hominum & temporum definitione sublata. lib. 2. de Diuinat. Adhibuit, inquit ille, latebram obscuritatis, vt iidem versus alias in aliam rem posse accommudari viderentur. Sed de te quæro, Casaubone, quod putes illud esse Cumæum carmen de quo Virgilius dixit,

Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.
Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo.

Credasne libris Sibyllinis qui apud xv. viros erant, comprehensum fuisse. At qui libros illos sine senatusconsulto Consuli nefas erat, nec eos Poëta legerat, quos vulgari, aut priuatorum hominum manibus teri contra religiones & populi Roman. instituta fuit. Et tamen ante Christum Dominum natum Cumeæ Sibyllæ carmen fuit, quo mira venturo deinde sæculo felicitas ostentaretur. Oportuit igitur ætate Virgilij, ante Christi Sanctissimum natalem Cumanæ Sibyllæ carmina fuisse, quæ impune legi possent, quæ mira de noua progenie cælo demissa sponderent.

Iam noua progenies cælo demittitur alto,
Ille Deum vitam accipiet, Diuisque videbit
Permistos heroas, & ipse videbitur illis.

Eusebius sub finem li. 4. de vita Constantini carmen illud Virgilij Græcis verbis expressit, &

L 2 aliis

aliis Erythreæ vaticiniis illustrauit. αὕτη γοῦν θείας ἐπιπνοίας ὄντως γενομένη μεστή, δι' ἐπῶν τὰ περὶ τοῦ θεοῦ τὰ μέλλοντα προθέσπισε σαφῶς τὴν προταξέσει τῶν πρώτων γραμμάτων, ἥτις ἀκροστιχὶς λέγεται, δηλοῦσα τὴν ἱστορίαν τῆς τοῦ Ἰησοῦ κατελεύσεως· ἔστι δὲ ἡ ἀκροστιχὶς αὕτη, Ἰησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτὴρ σταυρός. Ipsa igitur diuino afflatu reuera plena versibus de Deo futura prædixit clare, primis literis præpositis, quæ dicitur acrostichis, ostendens historiam Iesu aduentus. Hæc autem est acrostichis. Iesus Christus Dei filius seruator, crux. En tibi acrostichis vna ex illis quas M. Tullius commemorat: fueruot ætate Eusebij viri parum pij qui crederent tecum hanc acrostichin non à Sibylla, sed à Christianis quibusdam exiisse, quos falsi reuincit Eusebius pag. 165. ostenditque in confesso esse hanc quam ipse ponit acrostichin longo ante tempore à Cicerone versibus Latinis expressam. Ex quibus animaduertis atgurationes tuas cæspitare, & in salebris hærere. Deus Iudeis arcana fidei aperuit, non igitur gentibus aut Sibyllis, imò & Iudæis, & gentibus, & Sibyllis, quibus non iuuidit sui cognitionem, quorum saluti consultum cupiit, quibus vt maiori lumine indigentibus ea clarius quæ ad salutem facerent, quam Hebræis indicauit. Quod negas ex Iustini Apologia 2. solis Christianis vetitam esse Sibyllioi carminis lectionem, vere negas: imò Sibyllarum carmina vulgo lectitata esse arbitror, exceptis illis, quæ apud xv. viros S. F. Romæ asseruarentur. De mente Aureliani Augusti quid sentirem supra indicaui. De domo Pollionis quod negas Herodi hospitalem fuisse contra docet Iosephus, qui eam filiorum Herodis καταγωγὴν vocat.

AD CAP. XII.

VErba M. Tullij de Pythia antistite sic exaudienda putas, non quasi voluerit oracula penitus reddita non esse, sed versibus reddi desiisse. Quorsũ igitur illa verba Ciceronis eodẽ loco? Euanuisse aiunt vetustate vini loci eiús vnde anhelitus ille terræ fieret, quo Pythia mente incitatá oracula ederet. De vino aut salsamento putes loqui quæ euanescũt vetustate. Vult, opinor, Pythiam mente incitari, & oracula edere omnino desiisse. Sed iudiciosus non est Baronius ais, qui Delphicum Apollinẽ vsitata responsa vltra non dedisse dicat, & mox hexametris versibus forte Augusto editam affirmet. Quasi vero Deus, vt maximo omniũ Principi Christũ natũ indicaret, non potuerit præter ordinem à Pythia responsum exprimere, qui sępe coëgerit ore territorũ qui Dęmonibus obsessi erant, ipsos Dæmones Christũ præter ordinem fateri. Nimis humanitus res Dei æstimas, quæ sępe supra hominis rationem, & vsitatum rerum ordinem fiunt. Certe si M. Tullius li. 2. de Diuinatione audiendus est, Pyrrhi temporibus iã Apollo versus facere desierat. Dio apud Xiphilinum scribit Neronẽ sustulisse Apollinis Delphici oraculũ cum homines ad os illud mactasset vnde spiritus sacer exibat, τὸ μαντεῖον Ἀπόλλωνος κατέλυσε ἀνθρώπους ἐς τὸ στόμιον ἐξ οὗ τὸ ἱερὸν πνεῦμα ἀνῄει σφάξας. quod si verum est, ante Nerouem edebantur Delphis oracula, quæ si prorsa oratione essent, à Prophetis, qui plures ibidem erant, versibus efferebantur, vt Pausanias & Plutarch. vnius Prophetæ nomen recitat Herodotus li. 8. qui Aceratus dictus. Plures fuisse indicat Aelianus li. 10. de Aoimant. c. 26. λύκος παρελθὼν εἰς τὸν νεών, καὶ τῶν προφητῶν τινα τῆς ἐσθῆτος τῆς ἱερᾶς ἑλκύσας. Lupus ingressus in templum, & vnum è Prophetis veste sacra apprehensa trahens. Horum meminit Eurip. in Ione, ἱεροφύλαξ ait,

τῶν δ' ἔσω ἄλλοις μέλει
οἳ πλησίον θάσσουσι τρίποδος
Δελφῶν ἀριστῆς οὓς ἐκλήρωσεν πάλος.

Aedituus ait, nos hæc foris curamus, quæ sunt intus alij curant, qui prope tripodem sedens optimates Delphorum sorte ducti. Videtur tamen ætate Domitiani Apollo respondisse. Sic enim Philostratus lib. 6. de vita Apollonij. σκέψαι τὸν Ἀπόλλω τὸν Δελφικόν, ὃς τὸ μέσον τῆς Ἑλλάδος ἐπὶ προρρήσει λογίων ἔχει, ὁ μὲν γὰρ δεόμενος ἐρωτᾷ βραχὺ ἐρώτημα, ὁ δὲ Ἀπόλλων ἅ οἶδεν τερατευσάμενος λέγει ὁπόσα οἶδε. Considera Delphicum Apollinem qui medium Gręciæ ad oracula reddenda tenet, qui eget responso interrogat pauca. Apollo sine fuco & fallaciis respondet quæ scit. Theodoretus li. 3. c. 9. Histor. Eccles. ostendit ætate Iuliaoi Delphicum oraculum responsa dedisse. αὐτὸς δὲ τὸν Πύθιον τὸν Δαφναῖον ἱκέτευεν δηλῶσαι οἱ τὰ ἐσόμενα· ὁ δὲ τοὺς γειτνιῶντας νεκροὺς ἔφη ἐμποδὼν γίνεσθαι τῇ μαντείᾳ, καὶ χρῆναι τούτους πρότερον εἰς ἕτερον μετατεθῆναι χωρίον, ἔπειθ' οὕτως ἀπαγγεῖλαι τὸ προρρηθέν· οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι τι μὴ τοῦ τεμένους ἐκκαθαρθέντος. Iulianus ipse Pythium Daphnæum supplex rogauit, vt futura sibi ostenderet. Ille respondit mortuos qui prope erant impedire oraculum & eos in alterum locum transferri oportere, deinde se responsa daturum (lego εἶτα) Non enim respondebo quidquam nisi fanum purgatum fuerit. Symmachus tam in li. 4. ep. 33. conqueritur oracula desiisse sua ætate. Non vides, inquit, oracula olim loquuta desiisse, nec vl

nec vllas in antro Cumano literas legi, nec Dodanam loqui frondibus, nec de spiraculis Delphieis vllum carmen audiri. Plutarchus lib. de defectu oracul. ὑδαμοῦ γὰρ ἀλλαχόθι ἢ Λεβαδεία ἡ Βοιωτία παρέχεται τοῖς χρήζουσι ἀρύσασθαι μαντικῆς. Nusquam alibi nunc Boeotia præbet ijs quibus opus est haurire diuinationem, quam apud Lebadiam. Quod de Cœna Dodecatheo Augusti Illustrissimus Baronius ponit, Suetonius cap. 70. lib. 2. commemorat his verbis, Cœna quoque eius secretior in fabulis fuit, quæ vulgò δωδεκάθεος vocabatur, in qua Deorum, Deatúmque habitu discubuisse conuiuas, & ipsum pro Apolline ornatum, non Antonij modo epistolæ singulorum nomina amarissimè annumerantis exprobrant. Auxit cœnæ rumorem tunc in ciuitate penuria & fames, acclamatumque est postridie frumentum omne Deos comedisse. Hæc verba clarè ostendunt cœnam Dodecatheon semel tantum ab Augusto vsurpatam. Seruius certè ad illud Virgilij,

Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo.

Monet factum Augusto simulacrum cum Apollinis cunctis insignibus, qui tamen Apollinis filius existimatus auctore Suetonio lib. 2. cap. 94. Fateris Eusebium à Georgio Syncello mutuatum quæ de ara πρωτογόνῳ θεῷ, ab Augusto erecta Suidas & Nicephorus scribunt, verba oraculi refers ex fasciculo temporum.

ἑβραῖος με θεὸς κέλεται μακάρεσσιν ἀνάσσων,
τόνδε δόμον προλιπεῖν, καὶ ὁδὸν πάλιν ἱκέσθαι.
ἄπιθι λοιπὸν ἐκ δόμων ἡμετέρων.

Hebræus Deus beatis imperans me iubet hanc domum deserere & rursum ire viam. Cęterum tu exi ex nostris ædibus. Oraculum hoc paulo aliter concipitur apud Suidam & alios.

παῖς ἑβραῖος κέλεταί με θεοῖς μακάρεσσιν ἀνάσσων,
τόνδε δόμον προλιπεῖν, καὶ ἀΐδην αὖθις ἱκέσθαι.
σὺ δ᾽ ἄπιθι λοιπὸν ἐκ δόμων ἡμετέρων.
Me puer Hebræus Dijs qui dat iura Beatis
Hac exire domo iubet, infernumque subire;
Tu vero ex nostra protinus æde fuge.

Non video cur narrationi huic fidem deroges, quam iam inde à Georgio Syncello, & Eusebio viris doctissimis receptam, probatámque vides, nisi quia ἑλληνίζεις, & oculi tibi sunt, sub solea, vt Ægyptij loquuntur. Eodem genio duceris cùm putidissimæ fabulæ vanitatem vocas, quæ de B. Virgine narrantur, quam vidisse dicitur Augustus sublimem in aëre infantem in vlnis habentem. Tu planè sentis cum Iudæis, & infidelibus Græcis. Nimium Gręcus es, malim te Romanum esse. Cedrinus, Suidas, Zonaras auctoritatem non defugiunt, quos tu luteos, & blireos censes. Sibylla quæ dicitur hoc Augusto spectaculum præbuisse, non illa fuit Cumana: Caue credas, sed antiquis moribus mulier, quæ instinctu Dei Augustum monuerit. Hanc narrationem Illustriss. Baronius non reiecit, quia maluit piè credere quæ ad Dei gloriam faciunt, quam lumine supercilij græcanico fastidire: eodem supercilio respuis quę Dio de sole intra tres circulos fulgente narrat, non repudiaturus si Iulij Cęsaris aut Augusti magnitudinem portenderent. Nec enim Liuio, Iulio obsequenti, Suetonio, Capitolino in eiusmodi portentis fidem negas. In Christo pręstigias vocas, & τερατωδίας Orosium narrantem libro 6. cap. 20. postulas.

AD CAP. XIII.

Qvæ scribis toto isto capite, non alio pertinent quam vt inscribas falsi BB. Hilarium, Augustinum, Gregorium Nazianzenum, & alios Patres, qui tradunt Christum non tantum è tribu Iuda, verum è tribu Leui ortum. Ideo D. Augustinus lib. 2. de consensu Euang. cap. 3. & 4. Matthęum ait naturales Christi ex regibus Iudęorum generationes numerasse, Lucam vt Sacerdotalem in Christo personam ostenderet, generationes adoptiones Christi percurrisse. Tu vero Christum Regem & Pontificem secundum ordinem Melchisedech, non secundum ordinem Aaronis, aut Leui, è sol à tribu Iuda, & domo Dauid ortum defendis, Euangelistasque quod & Baronius asserit, in genere Iosephi simul & B. Virginis genus esse complexos, quod e cap. vlt. Numerorum probas, Vbi proximus agnatus virginem ἐπίκληρον, ad quam gentis hęreditas est deuoluta ducere tenetur. Ostendis B. Virginem non solùm eiusdem tribus fuisse cum Iosepho, verum ex eadem gente & cognatione, nempe Dauidica, quare dixerit Epiphanius κλῆρον εἰς τὸν ἀναγκάσαντα αὐτὴν ἥκειν, cùm iura hęreditatis quam possidebat eo ipsam adegissent. B. Gregorius Nazianz. existimauit, B. Lucam posuisse Natha-

nem loco Salomonis, quia per Salomonem regia dignitas ad posteros Dauidis fuisset transmissa, per Nathanem sacerdotalis successio. Quod fortè aliquis minus probet, qu a Dauid Sacerdotum Aaronicum in Nathanem filium transferre non potuit, quo nunquam functus erat. Vt plenè nodus hic soluatur ita definio, Abrahæ & Dauidi potissimum Christi promissionem a Deo factam, Genes. 12. & 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes, Psal. 131. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. 2. Reg. 7. 1. Paralip. 17. Ex Abraham igitur & Dauide per seriem nepotum Christus Dominus natus. Sed non abs re quęri potest, cùm Christus Mariæ, non Iosephi fuerit filius, cur in describenda Christi genealogia, B. Matthęus dixerit, Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ. Respondent Iręneus lib. 3. cap. 18. Tertul. lib. contra Iudęos, & alij Patres, Iosephum & Mariam Christi matrem eiusdem fuisse tribus atque familiæ. Ita qui Iosephi genus recenset, & Mariæ genus enunciat. Obijciebant Celsus, Porphyrius, Iulianus, Mariam Dei Matrem ex tribu Leui fuisse, quia erat cognata Elizabeth vxoris Zachariæ Lucæ 1. Omnino B. Maria fuit ex tribu Iuda Luc. 3. Et dabit illi Dominus sedem Dauid patris sui. At ex Spiritu Sancto, non ex Iosepho B. Virgo filium Dauid concepit. Erat igitur è tribu & familia Dauid, vt scribit B. Lucas cap. 2. Ioseph & Maria ascenderunt ex Galilæa in Iudæam in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethleem, vt ibi describerentur, quòd esset ex familia Dauid. Respondet Augustinus quęst. 47. in libro Iudi., aliquem ex tribu Iuda duxisse vxorem vnam aliquam ex tribu Leui, vnde B. Maria originem traxerit. Non fuit autem moris, vt Hebræi per mulieres genealogias describerent. Lex est Numer. 36. ver. 6. & 7. vt ex sua quisque tribu virginem ἐπίκληρον duceret, ne hæreditates ab vna tribu in aliam auerterentur, vt Ambros. lib. 2. de pœnit. cap. 8. & lib. 3. in Lucam. Hieronym. in cap. 1. Matt. Legis ratio hæc est, ne hęreditates quæ Deo arbitrante inter eas tribus ex æquo fuerant distributæ Iosue cap. 19. perturbarentur. Singulæ enim familiæ in eadem tribu æquales agri portiones acceperant, quod inculcatur Iosue cap. 19. cùm dicitur, per cognationes suas. ἐπίκληρος igitur illa quæ sola hęres esset, extra tribum suam, imò extra familiam non potuit enubere. D. Hilarius can. in cap. 1. Matt. Mariam ex lege Iosepho nupsisse ostendit. Verba legis Hebræa Numer cap. 26. ita sonant. Omnis filia hæres hæreditatis ex tribubus filiorum Israël, vni ex familiaribus patris sui erit in vxorem, vt possideant filij Israel vnusquisque hæreditatem patrum suorum. Quæri potest quomodo conciliari debeant inter se Matthæus, qui Iosephum filium Iącobi fuisse ait, & Lucas, qui filium Heli. Respondet Africanus apud Eusebium lib. 1. Ecclesi. hist. cap. 7. Iosephum alterius filium fuisse naturalem, alterius legalem. Iacobum enim & Heli fuisse fratres, quorum alter ducta vxore cùm sine liberis excessisset, alter vt lex iubebat Deut. 25. ex ducta vidua Iosephum susceperit, qui propterea iam naturalis, iam legalis patris filius dicatur. Verba Eusebij, ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὀνόματα τῶν γενῶν ἐν Ἰσραὴλ ἠριθμεῖτο ἢ φύσει ἢ νόμῳ· φύσει μὲν γνησίας σπορᾶς διαδοχῇ, νόμῳ δὲ ἑτέρου παιδοποιουμένου εἰς ὄνομα τελευτήσαντος ἀδελφοῦ ἀτέκνου. Nomina generis in Israël numerabantur, aut natura, aut lege. Natura quidem, per successionem natiui seminis: lege, alio filios generante in nomen fratris sine prole demortui. Legales autem filios legalium parentum nomine censeri, quod Beza eiusque criones negant, docetur Deuteron. cap 25. his verbis. Quando habitauerint fratres simul, & vnus ex iis absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semen fratri suo, & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Israel. Genes. cap. 38. Onian autem sciens, non nasci sibi filios introiens ad vxorem fratris sui semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur. Ruth. cap 4. Boos vt legem seruet Ruth mulierem alienigenam vxorem ducit, & filius inde natus non Boos, non Ruth, sed Noëmi matri defuncti natus esse dicitur: vnde apparet non necesse fuisse vt fratres eodem patre nati essent, nec vt proprie fratres essent, sed fratrem nomine cognatos omnes censeri, qui ad defuncti hæreditatem ius aliquod haberent, quam adire non si vxore eius ducta non poterant, Ruth cap. 4. Animaduerte filium Ruth non Boos appellatum, quod nomen fuit patris naturalis, non Chelion, quod nomen legalis patris, sed Obed filium Chelion patris legalis. Iubetur enim pater naturalis primogenitum filium, non suum, sed illius mortui censere filium, quod vidit Augustinus libro quæstionum in Deuteron. quæstione 46. & libro 2. Retractationum cap. 7. Quæritur item vter legalis pater Iosephi fuerit. Plerique omnes Iacobum naturalem, Heli legalem patrem esse aiunt, vt Augustinus supra, & Ambros. Matthæus enim facta statim in exordio mentione Dauidis, continuationem regij generis vsque ad Christum ostendere voluit. Quod longè efficacius probatur, si Iacob naturalis, quam si legalis pater sit. Deinde Matthæus de industria gignendi verbo vsus est, quo Lucas abstinuit. Matthæus [illegible] plicante Lucam, posuitque naturalem patrem, Lucas posterior legalem. Eusebius libro 1 histor.

histor. Eccl. cap. 7. οὕτω δὲ διαφόρων δύο γενῶν ἀριθμουμένων τοῦ τε Ἰακὼβ, καὶ τοῦ Ἠλὶ ὁμομητρίων ἀδελφῶν, ὧν ὁ ἕτερος Ἰακὼβ ἀτέκνου τοῦ ἀδελφοῦ τελευτήσαντος Ἠλὶ τὴν γυναῖκα παραλαβὼν, ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς τρίτον τὸν Ἰωσὴφ, κατὰ φύσιν μὲν ἑαυτῷ, καὶ κατὰ λόγον, διὸ καὶ γέγραπται, Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσὴφ· κατὰ νόμον δὲ τοῦ Ἠλὶ υἱὸς ἦν. Ita & ex duobus diuersis generibus inueniemus esse Iacobum & Heli fratres, eadem matre genitos. Quorum alter Iacobus mortuo fratre sine liberis, ducta vxore Heli fratris sui genuit ex ipsa Iosephum, secundum naturam & rationem filium suum. Ideo scriptum est, Iacob genuit Ioseph, secundum legem filius Heli erat. Ideo Lucas dixit de Heli, ὃς υἱὸς (τοῦ Ἠλὶ) qui filius erat Heli, secundum legem. Quaeritur item cur Matthaeus dicat Salathielem filium fuisse Iechoniae, Lucas Neri, cur à Salathiele vsque ad Dauid alios rursus Lucas quam Matthaeus recenseat, & Matthaeus per Solomonem, Lucas per Nathan ad Dauidem perueniat. Matthaeus quidem à parentibus ad filios descendendo, Lucas à filiis ad parentes ascendendo. Ita existimo Iechoniam filiam Neri qui ex Dauide per Nathan genus ducebat vxorem duxisse, ex qua Salathielem susceperit, qui Iechoniae proprie filius, quia ab eo genitus. Neri vero minus proprie, quia ex filia Neri susceptus erat. Quemadmodum Athalia filia Amri dicitur, quia neptis eius erat. Probat igitur Matthaeus Christum per Solomonem filium esse Dauidis, Lucas per Nathan, cum Lucas ascendit ad Salathiel, qui materno tantum genere ex Nathan ortus erat: noluit eius matrem ponere propter scripturae consuetudinem, quae faeminarum genealogiam tacet, sed eius auum patris loco numerat. Aduerte Matthaeum Iacob patris naturalis, Lucam Heli patris legalis maiores numerare. Pauciores numerat Matthaeus, tum quia tres reges consilio praetermisit, tum quia illi quos Matthaeus numerat longioris vitae fuere, vt Ambros. lib. 3. in Lucam, Augustin. li. 1. quaestio. in Genesin 4. 121. Quod ais, Christum ex tribu Leui nihil sacerdotalis generis habuisse, bene sentis cum B. Paulo toto cap. 7. epist. ad Hebr. Quod enim dicitur Luc. 1. Beata virgo cognata fuisse Elisabethae, quae erat ex genere Aaron, fieri potuit, vt pater aut auus, abauusue, aut triauus Elisabethae, vxorem duxerit ex tribu Iuda & familia Dauid. Ambros. lib. 3. in Lucam, Elisabetham ex tribu Iuda fuisse ait in parte. Ex omnibus iis quos Lucas parentes numerat nemo sacerdos fuit, vnde frustra Leuitici generis aliquid habuisse putant, Nathan naturalis filius Dauid fuit 2. Reg. 5. Ideo Christus genus à Dauide cum per Salomonem, tum per Nathanum duxit. Quaeritur & cur Matthaeus consistat in Abraham, Lucas ascendat vsque ad Adamum. Aio Lucam respexisse primam promissionem de venturo Christo factam Genes. c. 3. ipse conteret caput tuum. voluisseque ad Adamum peruenire qui primam causam aduentus Christi peccando praebuerat, vt Epiph. haeres. 51.

AD CAP. XIV.

QVod parum honoris ac reuerentiae B. Dei parenti haberi vis, id solens more tuo, reliquorumque à Catholica fide perfugarum facis, qui vxores suas, quàm Dei matrem pluris esse volunt. Id ante te Lutherus, id Caluinus & Beza clamitarunt, & cum Antidicomarianitis bellum inexpiabile Sanctissimae Virgini ex professo indixerunt, Constantino Copronymo duce, quem Zonaras vetuisse scribit προσκαλεῖσθαι πρεσβείαν τῆς ἀειπαρθένου μαρίας, καὶ θεοτόκον ὀνομάζεσθαι. Inuocare intercessionem Mariae semper Virginis, eamque Dei matrem appellari. Epiphanius aduersus Antidicomarianitas Sanctissimae Dei parentis cultum commendat, aitque ὁ τιμῶν τὸν κύριον τιμᾷ καὶ τὸν ἅγιον, ὁ ἀτιμάζων τὸν ἅγιον ἀτιμάζει καὶ τὸν αὐτοῦ δεσπότην. Qui honorat Dominum, honorat & Sanctum eius, qui iniurius est in Sanctum, iniurius est in eius Dominum. Bene tamen admones, ita matrem Dei colendam, ne cultus qui vni Deo debetur, ei exhibeatur, quod olim à Collyridianis factum est. Sed vt ea moderatio seruetur, vt honos qui Sanctissimae parenti debetur ob filium ei habeatur. D. Irenaeus lib. 5. cap. 19. probat factum mulieris cuiusdam, quae se B. Virgini commendarit, eamque sibi aduocatam depoposcerit. B. Augustinus Serm. 2. De Annuntiat. Sancta, inquit, Maria succurre miseris, iuua pusillanimes, refoue flebiles. Greg. Nazianzenus in orat. de D. Cypriano, scribit Virginem, cuius pudicitia malis artibus à Cypriano tentabatur, B. Dei parentis opem, auxiliumque precibus implorasse. Gregorius Nazianz. in Christi patientis Tragoed. eam δέσποιναν, καὶ πρέσβυν εὐπρόσδεκτον εἰς τὸν υἱὰ, Dominam, & aduocatam, ac conciliatricem erga filium vocat. Eandem appellat παντάνασσαν, omnium reginam Apollonius Collarinus li. 1. excid. Hierosolym. Deum patrem ita B. Virginem alloquentem facit,

———————— Prae cunctis Itala tellus

Te colet, & coeli Dominam, mundique vocabit.

Concil.

Concil. Ephes. pag. 249. honorificentissimis titulis Sancti patres B. Dei parentem ornant, & ei cultum maiestati eius sacratissimæ debitum non inuident. Dauid Cythræus Lutheranus auctor est hodieque Græcos in Horologio suo sub meridiem noctis B. Virginem his verbis appellare, σε τ ἀκατάλυτον τεῖχος, τ τ σωτηρίας ὀχύρωμα θεοτόκε παρθένε ἱκετεύομεν, &c. τ ἐναντίων βουλὰς διασκέδασον. προστασία φοβερὰ καὶ ἀκαταίσχυντε μὴ παρίδῃς ἀγαθὴ τὰς ἱκεσίας ἡμῶν, θεοτόκε, πανύμνητε. Supplices rogamus te quæ murus es inexpugnabilis, arx salutis, Dei mater virgo, hostium insidias dissipato, præsidium tremendum, ab ignominiæ labe liberum, ne pia Dei mater omnium regina neglegas nostras supplicationes. Concilio Ephesino, παρθενικὴ πανήγυρις σήμερον τ γλῶτταν πρὸς τ εὐφημίαν καλεῖ, καὶ ἡ παροῦσα ἑορτὴ τοῖς συνελθοῦσιν ὠφελείας γίνεται πρόξενος. festiuitas B. Virginis hodie linguam nostram ad eius laudationem vocat, & præsens celebritas conciliatrix est vtilitatis iis qui adsunt. Vt coronidem tibi sit, & reliquis B. Virginis hostibus, ex Ioannis Geometræ hymnis pauca delibabo.

χαῖρε μοι ὦ βασίλεια βασιληΐδος ἐκγονε φύτλης,
χαῖρε πασαυγήεντος ἀφ' υἱέος, οἷα σελήνη
πατρὸς ἀφ' ἠελίου, φέγγος ἐφελκομένη.
χαῖρε λόγῳ λόγον αἰὲν ἀμβροτον ἄσπορος, ἀφθορος, ἁγνή.
Salue mihi regina orta ex regio genere,
Salue ô quæ trahis lumen à filio omnino lucente,
Vt luna à sole patre suo. Salue quæ verbo verbum
Æternum paris sine semine integra, castra.

Sed vt propius ad rem veniamus, Illustrissimus Baronius, quæ ab Apostolis scripta sunt de B. parente in primis amplectitur, quæ à Iudæis & Hæreticis ficta respuit, quæ ab Hippolyto Martyre grauissimo, sanctissimo, & antiquissimo Patre tradita, quæ à S. Epiphanio, Gregorio Nysseno, & Damasceno commendata eleuare non audet: imò piè amplectitur, & pictatis cultoribus prodit, Si tibi plus fidei, & auctoritatis arrogas, quã Sanctissimis illis Patribus, tibi læua in parte mamillæ nil salit Arcadico. Sed bene est, quod in Leucij scriptis de B. Virgine improbãdis tibi Ill. Baronij iudiciũ probatur, vt vehementius in Christophorum de Castro Iesuitam virum piũ, & eruditũ fellis tui acetũ vomas qui ea quæ ad honorẽ & cultũ B. Dei parentis faciũt amplectitur, & fouet. Ill. Baronius ait Collyridianos Dei genitricem Mariam humanæ prorsus naturæ expertẽ, ac diuinæ tantũ participem dixisse, si Epiphanio fides est. ἀντὶ θεοῦ αὐτὴν παρεισάγειν ἐσπούδασαν, cũ pro Dea introducere studuerunt, diuinam naturam humanæ opponi non inficias ibis. Nihil erat igitur cur Illustriss. Baronium ob hoc dictum tam acri aculeo fodicares. Agnosco tecum ἁγία ἁγίων, Sancti Sanctum, Debir vocari, & oraculum, vnum summo Pontifici patuisse. Iosephus lib. 5. cap. 14. εἰς ἣ ἅπαξ κατ' ἐνιαυτὸν μόνος ὁ ἱερεὺς: semel tantum in anno ingrediebatur Pontifex, Philo Iud. in legat. ad Caium ex libello Agrippæ, κἂν αὐτὸς ὁ ἀρχιερεὺς δυσὶν ἡμέραις τ ἔτους, ἢ καὶ τῇ αὐτῇ τρὶς ἢ καὶ τετράκις εἰσφοιτήσῃ, θάνατον ἀπαραίτητον ὑπομένει Si Pontifex ipse duobus diebus anni, aut eadem die ter, aut quater ingressus fuerit, sine vlla spe veniæ mortis supplicium subit: vt in Sancto Sanctorum Deipara Virgo vndecim annos fuerit, mihi persuadere non possum. In templo eductam fuisse, vel in Pastophoriis sacerdotum potius, quia traditione tenetur antiqua, facile crediderim. Quod voluisse putem auctorem Christi patientis,

μήτηρ μ' ἐδωκεν ἱερὰς ἀμφὶ δόμους
ἐν θ' ἐκτραφεῖσαν χερσὶν ἀγγέλων ξένως
εἰς καιρὸν ἀνδρὶ σώφρονι ἐκδίδωσι με
γερουσία σύμπασα.

Mater me sacræ ædi addixit, vbi eductam nouo more manibus angeli, vniuersus sacerdotum, seniorumque cœtus tempestiuè me locauit viro continenti. Hic admonebo cum Illustriss. Baronio errones nostri seculi vete nouatores dici, qui verbis Christi fidem non habeant, vel nouo more accipiant, veterum Patrum interpretamenta reiicula esse velint, respuant Christi verba, Caro mea vere est cibus. Hoc est corpus meum quod pro vobis traditur. Qui manducat, aut bibit indigne, reus erit corporis & sanguinis Christi, non diiudicans corpus Domini. Et nouatores sunt, & veteratores, quia vetera se amplecti aiunt, quæ tamen refugiunt, & arte veteratoria nouitatis eadem incusant. Certe Gregorius Nyssenus homilia in Natalem Domini ait sacerdotes B. Dei parentem quandiu paruula fuit ad Samuelis similitudinem in sacris educasse, quod ipse fateris. Cur igitur tibi nouum & incredibile videtur quod à tanto viro ante mille 300. annos in literas missum est, & à viris Sanctissimis deinde acceptum, & ad nos transmissum. Credis Christi Discipulos adeo frigide animatos fuisse erga Dominum Iesum, adeo indiligentes ac incuriosos genealogiæ Doctoris sui, vt de intemerata eius parente

de

De affinibus & cognat[illegible] rent, vnde [illegible] quomodo nat[illegible] quomodo educta, quibus studiis imbuta fan[illegible] iterit esset? [illegible] ignaris, [illegible] cou[illegible] accepta, deinde ad posteros transmiserunt. A qu[illegible] vti[illegible] Sac. qui patrem B. Mariæ Ioachimum, matrem Annam indi[illegible] tat.

AD CAP. XXII

A Is de virginibus votiuis ad seruiendum curam Deo relict[illegible] scripturam fign[illegible] are. Multa fuere in Iudæorum [illegible] ribus quæ in literis sacris silentur. De vir[illegible] istis vox [illegible] aliquid significari videtur Leu[illegible] bis, [illegible] que expleti fuerint dies purifica[illegible] [illegible] pro filio siue pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ siue [illegible] m pro peccato: ex quibus apparet non modò mares, verùm & fœminas pri[illegible] s ex hominibus redimi iussas. Nec videntur fœminæ exceptæ illis verbis Exod. 13 Omne primogenitum hominis de filiis tuis pretio redimes, quia hominis & filiorum nomine m[illegible] & fœminæ veniunt. Cùm igitur deferretur agnus anniculus pro filia vt redimeretur, si non redempta esset, eam ministerio templi addictam esse oportuit. Huiusmodi enim redemptio fuit libera, & ex arbitrio vouentis si vellet potius primogenitum seruire Deo in templo, quàm redimi, quod in Samuele demonstratur lib. 1. Reg. c p. 1. Imò Leuit. cap. 27 pater filiam vouere potuit ab vno mense vsque ad quintum annum licet primogenita non esset, quæ tribus siclis potuit redimi. Et versu 28. dicitur, Omne quod Domino consecratur siue homo fuerit, &c. non vendetur, nec redimi poterit. Cum igitur fœminæ vouerentur, consecrarentur Domino quid mirum si aliquot virgines votæ, consecratæ in templo coram Domino ministrarint, quibus è 90. illis cellis quas Salomon extruxerat al a quæ dicarentur. Exodi 1[illegible]. verba hæc, Quicquid habueris masculini sexus consecrabis Domino, fœminas excipit, quas tamen voueri posse, & redimi ostendi. Locus Gregorii Nysseni contra te facit, qui B Virginem quandiu puella fuit ad Samuelis similitudinem in sacris ædibus a Sacerdotibus educatam fuisse ait, sed cùm iam adolesceret de ea viro collocanda cogitasse Sacerdotes. Mulierem enim inter Sacerdotes versari, atque in sanctis ædibus conspici, nec lex, nec grauitas permittebat. Sed priùs quàm adolescerent nec lex, nec grauitas vetabat, vt ego colligo, eas in templo versari. Non autem verosimile est, contra legem & morem id in sola B. Dei parente vsurpatum, vt ex voto parentum & legis præscriptione puella in templo versaretur. Lex in omnibus quæ à parentibus votæ, & redemptæ non essent seruari debuit. De cellis istis 90. Iosephus libr. 8. Orig. cap. 3. [illegible] Circa templum ædificauit in ambitum 30. ædiculas, & totidem a[illegible] s desuper extruxit, & secundi[illegible] s totidem alias æquales imposuit vt nona[illegible] eti[illegible]. An totidem in secundo templo post reditum a Babylone fuerint scriptura non indicat. Sed cùm ad instar primi fuerit exstructum, licet minus sublime, totidem habuisse cellas vero simile est lib. 1. Esd. cap. 3. Iosephus lib. 5. cap. 14. belli Iudaic. ædium illarum numerum non recenset, sed plures fuisse ait, in templo ab Herode restituto, ad similitudinem & altitudinem prioris, quod Salomon ædificauit, [illegible] ad latera inferiotis templi multæ erant ædes peruiæ triplici tecto suspensæ. [illegible] dicitur [illegible] domus triplici contignatione in qua solum primæ contignationis, tectum est infimæ partis ædium, solum secundæ tectum est primæ, tertiæ solum tectum est secundæ. En tibi plures cellas alias aliis impositas. Non obest igitur quod postea ait [illegible] Desuper autem paris illas domos non habebat, quanto erat angustior. Si tecum legero [illegible] ea lectio a me faciet, sequitur enim in superiori parte fuisse ædiculas eiusmodi, sed pauciores, quia erat pars superior magis angusta. [illegible] vocamus. *maisons à trois estages*, gallico idiomate, in quibus tres cellæ. Puras illas domunculas [illegible] æ superlectili, & annonæ custodiendæ seruisse, aut in vsus sacerdotum repositas. Vocantur [illegible] Pastophoria Gazophylacia, [illegible] Iosepho lib. 9. cap. 7. dicerem vestiaria [illegible]. Reg. cap 6. 1. Reg. 10. 1 Paralipom. 28. & in nouo instrumento. Potuerunt e[illegible] is cellis aliquæ virginibus votiuis in tenera ætate assignari, maxime cum plura eiusmodi fuisse verisimile sit quæ in domo Pontificis vt Samuel, & postea Ioas cum nutrice ali potuerit. Non temerè igitur est, quod D. Ambrosius lib. 1. de virginibus votiuis his verbis [illegible] iam in templo [illegible] mis fuisse legimus virgines: sed quid Apostolus dicit? Hæc in figura [illegible], vt e[illegible] iudicia futurorum: figura enim in paucis est, vita in pluribus. De Iosabetha [illegible] or vxorem fuisse Ioadi. Sic enim Iosephus lib. 9. cap. 7. [illegible]

ἰωσαβεθὴ ὄνομα. Erat Ochofiæ foror eodem patre nata Iofabethe nomine: ταύτῃ συνῆν ὁ ἀρχιερεύς. Vnde difcas matrimonium fuiffe Pontificibus cum tribu Iuda, quod negafti. Ea Ioado fummo Pontifici nupta erat: item, ἀνεθρέψατο αὐτὴν τε, καὶ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ἰωαδος. Aluerunt Ioafum ipfa Iofabetha & Ioadus vir eius. 2. Paralip. cap. 22. Iofaba vxor dicitur Ioadi Pontificis. Mulieres excubantes in oftio tabernaculi cap. 38. Exod. Fœminas fuiffe, quæ ftudio pietatis ad tabernaculum conuenirent, quemadmodum & lib. 1 Samuel. cap. 11. non autem virgines quæ in templo feruirent, agnofco tamen, & probo: Nec Annam templum inhabitaffe putarim; quæ tamen frequens in templo erat, vt pietati operaretur. Virgines illæ κατάκλειστοι 2. Macbab. cap. 11. in parthenone domi apud matres, non in templo inclufæ erant, αἱ δὲ κατάκλειστοι τῶν παρθένων αἱ μὲν συνέτρεχον ἐπὶ τοὺς πυλῶνας, αἱ δὲ ἐπὶ τὰ τείχη τινὲς δὲ διὰ τῶν θυρίδων διέκυπτον. Virgines quæ erant inclufæ, aliæ ad veftibula & portas, aliæ ad parietes concurrebant, quædam exerto collo, per feneftras profpectabant, cùm Heliodorus irrupiffet vrbem ad diripiendos templi thefauros. De virginibus inclufis Lycophron in Caffandra,

ἐγὼ δὲ τλήμων ἡ γάμους ἀρνουμένη
ἐν παρθενῶνος λαΐνου τυκίσμασι.

Ego mifera quæ refugiebam nuptias in fabrica parthenonis lapidei: Parthenonem vocat εἱρκτὴν, carcerem, καὶ παλίσσυτος ποσὶν ἔβαινεν εἱρκτῆς ἐντός; & regrediens pedibus iuit in fuum carcerem. Ideo Hefiodus dixit,

καὶ διὰ παρθενικῆς ἁπαλόχροος οὐ διάησι,
ἥτε δόμων ἔντοσθε φίλῃ παρὰ μητέρι μίμνει.

Frigus non peruadit per corpus virginis tenellæ, quæ intra ædes apud matrem caram manet, Huc pertinet illud Phocilidis,

παρθενικὴν δὲ φύλασσε πολυκλείστοις θαλάμοισι,
μηδέ μιν ἄχρι γάμων πρὸ δόμων ὀφθῆναι ἐάσῃς.

Virginem cuftodi in thalamis claufis, neque eam vfque ad nuptias ante ædes videri patere. Id voluit Catullus de Ariadna, virgo ait,

Regia quam fuaues expirans caftus odores
Lectulus in molli complexu matris alebat.

Inclufas illas Græci vocant μενάνδρους, virum expectantes, Philo in Flaccum, θαλαμευόμεναι παρθένοι δι' αἰδῶ τὰς ἀνδρῶν ὄψεις, καὶ τῶν οἰκειοτάτων ἐκτρεπόμεναι. Thalamicolæ virgines dictæ, quæ ob pudorem, virorum afpectum, etiam maxime affinium vitant. Dicuntur & ἄρκτοι, vrfæ, καὶ ἀρκτευόμεναι, maxime feræ, apud Harpocrat. Hæc ego tuis illis κατακλείστοις reponere volui. Virgines tamen in templo aliquas tenera ætate fuiffe non dubito, quia mares, & fœminæ redimebantur, vouebantur, confecrabantur Deo Leuit. xii. & xvii. Hæc ratio Illuftriffimum Baronium fatis fuperque tuetur. De mulieribus quæ ad tabernaculum adorandi cauffa conueniebant. Iofephus libr. 5. cap. 11. γυναῖκάς τε τὰς ἐπὶ θρησκείᾳ παραγινομένας ὕβριζον φθοραῖς, τὰς μὲν βίαν προσφέροντες, τὰς δὲ δώροις ὑπαγόμενοι. Mulieres quæ ad tabernaculum ventitabant filij Eli corrumpebant, alijs vim afferentes, alias donis allicientes, qui locus de virginibus non poteft intelligi. Plerique tamen patres afferunt locum in templo virginibus teneris fuiffe. Gotfridus Vviterbienfis

Mos erat in templo teneras feruare puellas,
Quas ibi lege fua cum religione tuentur,
Nata maris ftella eft regina Maria nouella
In templo Domini nocte diéque fuit.

Hunc auctorem, fat fcio, quia nuperus, eleuabis. Certe feftum Præfentationis B. Mariæ non eft nuperum, quod fub Gregorio Nyffeno celebratum fit.

AD CAP. XXIIII.

Is non confentire cum doctrina Chrifti, vt quæ vouerit virginitatem viro nubat, qui voti non fit confcius & approbator, 1. Corinth. 7. At virgo nupfit Iofepho voti virginitatis non confcio, vnde fequitur eam virginitatem non vouiffe. Dicebat ille apud Plautum vxori fatuæ, At.i mulier es, & tibi dico. Abi valde homo es, valde ex hominum ingenio res Dei æftimas. Quis te docuit Iofephum Mariæ voti confcium non fuiffe, quis tibi certo indicauit eam à Deo mentem Iofepho iniectam non effe, vt colere ipfe virginitatem vellet. De virgine quid hæres, cùm ipfa dixerit, virum non cognofco. Virgines quibus nuptiæ conciliantur, fi animum nubendi habent, quanquam virum expertæ non fint, non refpondent, virum fe non cognofcere.

[illegible] Gregor. Nyssenum [illegible] ante S. Maria liberorum caussa ducta fuisset à Io-[illegible] parituram Angel [illegible] se rem nouam, & alienam audire præ se tulisset, [illegible] tur, vt aliquando mater esse [illegible] quia carnem Deo consecratam [illegible] dicit: quomodo sine viro [illegible] esto? Iosephum [illegible], sed virum non noui. Augustinus lib. de sancta virgin. c. 4 quomodo fiet istud? Hoc [illegible] non diceret, nisi Deo virginem se ante vouisset D. Ambros. [illegible] de instit. Virginis Desponsata viro mater Domini coniugis nomen accepit. Non enim defloratio virginitatis facit coniugium, sed pactio coniugalis. Cum nuptiis iungitur puella coniugium est, non cum viri [illegible] mixtione coniungitur. Ideo Ioseph dicitur ἀνὴρ αὐτῆς, ipsa dicitur γυνή, non παρθένος, vxor, non sponsa tantum. Ioseph noli timere accipere Mariam vxorem tuam. Augustin. lib de bono coniug. cap 3. seruato pari consensu potest permanere coniugium, non permixto corporis sexu, sed custodito mentis affectu. Beda Homil. in id, missus est, verbo Mariæ interpretatur. Quomodo fieri potest, vt concipiam, pariamque filium, quæ in castimonia virginitatis vitam consummare disposui. Anselmus homil. intrauit Iesus. In hoc Maria non immerito mirata est, quoniam quamuis desponsatam, tamen se nunquam nupturam, neque virum cogniturum certo sciebat. Petrus Martyr, quem sequeris ausus est scribere Mariam nupsisse Iosepho animo aliarum mulierum coeundi Quis huic portento linguam sacrilegam exscindat. Egregiè glossa vetus, ad locum Lucæ, quia virum non cognosco, id est, non cognoscere propono. Secundum enim quod dicunt Doctores Catholici, Beata Virgo, antequam desponsaret Ioseph, habuit obseruantiam castitatis virginalis in desiderio. Non tamen sic voluit expresse: sed cum postea Deo ordinante esset ei desponsata qui erat in simili proposito, simul emiserunt votum. Melius Hugo Victorinus lib. de Mariæ virgin. Quid est virum non cognosco, id est, propositum habeo virum non cognoscere. propositũ habeo virginitatis decus vsque in finem inuiolatum conseruate. Exagitas deinde Ill. Baronij cupiditatem laudis illaudabilẽ, qui dixerit, Ioannem Baptistam 8. Kal. Octobris fuisse conceptum. Existimat ille, vt debet, verum ab Ecclesia Natali Diui Ioannis celebrando diẽ assignatum. quod si, vt est, verũ est, non eum coniectura fefellit, cui libentius assensum præbuerim quam Canonibus Iosephi Scaligeri Isagogicis. Interim hic admoneo, te nomium Theologum, quicquid in has exercitationes tuas Theologiæ infersisti, totum illud vel à Beza, vel à Scaligero, vel à centuriatoribus mutuatum. Quod illi probant probas, quod illi negant negas.

AD CAP. XXVII.

Bene est quod Illustriss. Baronij de conceptione Christi sententia tibi probatur, quando Christus conceptus est annos 4. Augusti præteriisse ab inito eorum viratu, & menses quatuor, si tres dies demas: non tamen tibi temperate potes, quin eum vellices, & orationem eius parum Latinã esse dicas. Admoneo in rebus Theologicis satis eum loqui Latinè, qui bene sentit, & sententiam suam sic exprimit, vt intelligi possit. De temporis articulo quo Christus Dominus conceptus est, Non dubito conceptum eo puncto quo Beata Christi mater Dei nuntio assensum præbuit, dixitque, ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Cum enim dixit Angelus, ecce concipies, nondum conceperat, cum dixit, Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, nondum ei ad conceptum Christi Domini obumbrauerat: quare & nonnisi post discessum Angeli conceptum Dominum esse. D. Athanasius ait aut quicunque auctor est eius orationis de B. Deipara ne ex Angelo concepisse putaretur. ἡ δὲ καὶ ἔτι διαπορεῖσα, πλὴν ἐπευχομένη ἑαυτῇ φησι, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου, καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς ὁ ἄγγελος, ἵνα μὴ καταλειφθῇ ἀφορμὴ τοῖς ἐθέλουσι λέγειν, ὅτι αὐτὸς ὁ ἄγγελος ἐνοικήσας ἐν τῇ παρθένῳ ἐσαρκώθη, οὐδ' ὅτι ὁ λόγος αὐτοῦ κατὰ προφορὰν ἀπηχήσεως ἐνήργησε τὴν ἐνανθρώπησιν, ἀλλ' ὅτι ἀπελθόντος τοῦ ἀγγέλου ἐπῆλθεν ἐπὶ τὴν παρθένον τὸ ἅγιον πνεῦμα. Illa autem accepto nuntio etiamnum dubitans, verum tamen bene sibi precata dicit, fiat mihi secundum verbum tuum, & discessit ab ea Angelus, vt non præberet ansam iis, qui dicere vellent, quod ipse Angelus inhabitans in Virgine incarnatus est, neque quod sermo eius secundum prolationem effecit incarnationem, sed quod cum exiisset Angelus superuenit Spiritus sanctus in Virginem, & virtus altissimi obumbauit ei. Eodem igitur temporis puncto Spiritus sanctus e purissimo sanguine B. Dei parentis sanctissimum Christi Domini corpus formauit, eodem ipso puncto animam infudit, eodem ipso puncto Angelus egressus est. Dicit tamen S. Athanasius καὶ οὕτως ὕστερον ἐτελειώθη τὸ σωτήριον κύημα. ita post egressum Angelũ perfectus est salutaris conceptus ἀλλ' οὕτω λέγομεν, ὅτι δυνάμεως καὶ πνεύματος ἐπλήσθη ἡ παρθένος

741. Marc. Titius Iosephus lib. 14. ca. 12.

745. C. Sentius Saturninus Ioseph. lib. 16. cap. 13. Rector prouinciæ vnus, si consularis fuit, habuit tres legatos, & vnum procuratorem. Volumnius non Pręses Syriæ fuit, sed procurator Saturnini. Ioseph. excid. lib. 1. cap. 17.

Anno 750. Quintilius Varus. Caius enim Augusti nepos Christo iam nato, cum extraordinatio imperio ad bellum Parthicum, & recuperandam Armeniam missus est Tacit. lib. 3. annal De Quintil. Varro, Dio, & Iosephus lib. 17. cap. 7.

Anno 759. Varo successit P. Sulpitius Quirinus.

Mihi ista Casauboni proxime ad verum accedere vidętur. Video tamen Chronologos penè omnes in varias sententias distrahi & aliter Scaligerum, aliter Genebrardum, aliter Suslygam, aliter Illustriss. Baronium, aliter Casaubonum sentire. Omnino in historia temporum coecutimus omnes, & quantumcunque studij, quantum diligentiæ afferamus, allucinamur. Et Casaubonus, & Scaliger, & alij plerique in diuersa abeunt. Scaliger arbitratur natum esse Christum nouem mensibus ante obitum Herodis. Casaubonus & alij Herodem obiisse anno proximo vel altero à natiuitate Domini. Illustrissimus Baronius anno Christi octauo. Quærendum, cuius potissimum sententiæ acquiescamus. Certè Eusebius ab Abraham ad natalem Christi putat annos bis mille xv. intercedere. Orosius lib. 1. cap. 1. Sunt autem ab Adam primo homine vsque ad Ninum magnum vt dicunt regem, quando natus est Abraham anni ter mille 84. qui ab omnibus historiographis vel omissi, vel ignorati sunt. A Nino autem vel Abraham vsque ad Cęsarem Augustum, id est, vsque ad natiuitatem Christi, quæ fuit anno imperij Cęsaris 42. quum facta pace cum Parthis Iani portæ clausæ sunt, & bella toto orbe cessarunt, anni duo millia quindecim. Orosius hæc mutuatus ab Eusebio. Certè Dominus Iesus natus anno post Actiacum prælium 28. Anno imperij Augusti 42. Georgius Syncellus, ἐγεννήθη ὁ κύριος ἐν ὑπατείᾳ συλπικίου καμαρίνου, καὶ γαΐου πομπηίου, ὡς ἐν ἀκριβέσι, καὶ παλαιοῖς ἀντιγράφοις φέρεται. Natus est Dominus Cos. Sulpitio Camarino, & C. Pompeio, vt in exactis & veteribus monumentis fertur. Non malè D. Hieronymus, in cap. 11. Esa. Veteres reuoluamus historias, & inueniemus vsque ad 28 annum Cęsaris Augusti, cuius 41. anno Christus natus est in Iudæa in toto orbe terrarum fuisse discordiam, 28. annum Cęsaris accipe post Actiacum prælium, 41. primum, vel vt alij melius, 42. annum imperij Augusti. Procopius Gazensis ad cap. 2. Esaiæ. Osorius lib. 7. cap. 3. Christum natum ait anno ab vrbe condita 752. Omnis certè Ecclesia ad ortum sęculo Eusebij credidit Christum natum 8. id. Ianuarij, Theophaniorum festo, vt infra ostendemus. Sed ad rem Publius Quirinius missus est in Syriam Christo nascente, vt censum in Syria & Iudęa ageret. Deinde iterum missus est anno ab vrbe condita 59. damnato Archelao cum duplici potestate regendæ prouinciæ, & census habendi, vt tu vis ex Iosepho initio lib. 18. Orig. qui δικαιοδότην vocat, iuridicum, alias ἡγεμόνα, pręsidem imperium ordinarium Quirino demandatum fuit, vt regeret Syriam. Negotium agendi census fuit extra ordinem, & vltra consuetum munus præsidum. Ioseph. lib. 20. cap. 4. κυρηνίου τῆς ἰουδαίας τιμητοῦ ὄντος. lib. 17. sub finem, ἀποτιμησόμενος τὰ ἐν συρίᾳ, vt censum ageret bonorum in Syria. Quirinius iste non missus est ex Senatusconsulto, vt vult Eusebius: sed ἐκ διατάγματος, ex edicto Cęsaris. Iste est Publius Sulpitius Quirinius, qui cum M. Valerio Messala secundum Consul fuerat, ideo vocat eum Iosephus non consulem, sed consularem, lib. 18. κυρήνιος δὲ τῶν εἰς τὴν βουλὴν συναγομένων, τάς τε ἄλλας ἀρχὰς ἐπιτετελεκὼς, καὶ διὰ πασῶν ὁδεύσας, ὥστε ὕπατος γενέσθαι, τά τ' ἄλλα ἀξιώματι μέγας σὺν ὀλίγοις ἐπὶ συρίας παρῆν ὑπὸ καίσαρος δικαιοδότης τοῦ ἔθνους ἀπεσταλμένος, καὶ τιμητὴς τῶν οὐσιῶν γενησόμενος. Item, ἀποτιμησάμενός τε αὐτῶν τὰς οὐσίας, ἀποδωσόμενος τὰ ἀρχελάου χρήματα. Quirinius autem Senator, qui alios magistratus percurrerat omnes, ita vt consulatu defunctus esset, dignitate cum paucis magnus, in Syria aderat à Cęsare, vt ius redderet prouinciæ, missus, & bonorum censitor esset: Item censum acturus bonorum, & venditurus bona Archelai, Euangelista, ἐξῆλθε διάταγμα, exiit edictum à Cęsare. Bis enim missus est Quirinius in Syriam à Cęsare, nam & Christo nascente, & postea Archelao Tetrarcha abdicato missus est censitor. Prior descriptio facta est toto terrarum orbe, vt quot & quantos delectus ad bellum populus Romanus facere posset, tam ex prouinciis populi Rom. quàm ex sociis, regibus, & ciuitatibus sciri posset. Posterior, vt Archelai bona venderentur, ad alias prouincias non pertinuit. Ideo B. Lucas dixit, αὕτη ἡ ἀπογραφὴ ἐγένετο πρώτη. Hęc fuit descriptio prima. Secundæ meminit Lucas Act. v. Ex his apparet non audiendum Eusebium ita scribentem, ὑπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς κυρήνιος ἐπιμελητὴς ἐξεπέμφθη οὐσιῶν, καὶ οἰκητόρων ἀναγραφὰς ποιούμενος. A senatu missus est Cyrenius procurator, descriptionem facturus bonorum & incolarum. Bene hoc quod sequitur, ἐν τῷ αὐτῷ ι. χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν ἐν βηθλεὲμ τῆς ἰούδα γεννᾶται. Eodem anno Iesus Christus Deus noster

in Bethleem Iuda generatur. Idem, Cęsare Octauiano 13 & M. Plantio. ἔτ. 1. χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν ἐν βηθλεὲμ γεννᾶται τῆς ἰουδαίας. Herodes Rex Iudæorum regnat annos 37. cuius regni anno 35. Iesus Christus Deus noster in Bethleem generatur, simul colliguntur ab Abraham ad natiuitatem Christi bis mille xv. anni. In epitome temporum ab Adam vsque ad Heraclium, hæc leguntur, βασιλεὺς δὲ ἡρώδης ἰουδαίων ἔτη λζ᾽. οὗ τῆς βασιλείας ἔτει λε᾽ ἰησοῦς ὁ χριστὸς ἐν βηθλεὲμ γεννᾶται. Herodes Rex Iudæorum regnat annos 37. cuius regni anno 35. Iesus Christus in Bethleem Iudææ nascitur: quia Herodis iussu à bimatu, & infra infantes interfecti sunt, vt Matthæus. In Chronographia Nicephori Patriarchæ αὔγουστος ἐβασίλευσεν ἔτη νς᾽ μῆνας ς᾽. τῷ δὲ μβ᾽ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐγεννήθη κατὰ σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, καὶ θεοτόκου μαρίας ὁ κύριος ἡμῶν ἰ. χριστὸς ὁ πρὸ αἰώνων θεὸς ἐν βηθλεὲμ τῆς ἰουδαίας πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν ἰανουαρίων, ὅ ἐστι χοιὰκ κθ᾽, τουτέστι δεκεμβρίου κε. Augustus regnauit annos 56. menses 6. Quadragesimo imperij eius anno natus est ex sancta Maria virgine Deipara secūdum carnem Iesus Christus æternus Deus in Bethleem Iudææ octauo Kal. Ianuarias, 25. Decembris. Ex Africano, ἐν ἔτει ἡρώδου λγ. κυρήνιος ὑπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς ἀποσταλεὶς εἰς τὴν ἰουδαίαν ἀπογραφὰς ἐποίησαν, &c. Anno Herodis 33. Cyrinius missus à senatu in Iudæam descripsit bona & incolas. Eodem anno Iesus Deus noster in Bethleem nascitur. ἦν δὲ ἔτος τὸ δεύτερον, καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος τῆς αὐγούστου βασιλείας αἰγύπτου δὲ ὑποταγῆς, καὶ τῆς τελευτῆς ἀντωνίου, καὶ κλεοπάτρας, εἰς ἣν ὑστάτην ἡ κατ᾽ αἴγυπτον τῶν πτολεμαίων κατέληξε δυναστεία ὄγδοον ἔτος καὶ κ. Erat autem 42. annus imperij Augusti, Ægypti autem in prouinciæ formam redactæ, & mortis Antonij & Cleopatræ in quam desiit Ptolemæorum in Ægypto dominatus, annus 28. Cùm in Chronologia sententiæ veterum inter se adeo dissideant, non mirum est, si tibi cum Illustriss. Baronio non conuenit, qui præsides Syriæ esse ait, eos quos tu legatos Antonij, non præsides fuisse defendis. In his talibus sibi quisque satis sapere videtur. Quare in tanta discrepantium opinionum varietate paulo æquior esse debueras in Illustrissimum Baronium, cui non minus fidei in Annalium negotio, quam tibi habendum esse tute fateberis.

AD NVMERVM XXXI.

Baronius Illustrissimus Cardinalis Quirinium ter Syriæ præfuisse ait, Iosephus lib. 18. Origin. ait eum venisse δικαιοδότην ἐς τὸ ἔθνος, καὶ τιμητὴν τῶν οὐσιῶν γενησόμενον. Tu negas in prima illa descriptione Quirinium fuisse præsidem, sed censitorem, quia Imperatores ad census agendos primarios Reip. viros in prouincias mittebant. Hic à Scaligero, præter morem tuum discedis. Scribit enim in notis ad Eusebij Chronicon, in prima descriptione Quirinium fuisse præsidem, & censitorem, in secunda censitorem tantum ad bona Archelai distrahenda. Tu contra in prima descriptione extra ordinem eum putas censui agendo missum, non vt præesset Syriæ, in secunda descriptione vt præses esset, & censitor bonorum Archelai. Iustini verba in Apologia 2. contra te faciunt, τῶν γενομένων ἀπογραφῶν ἐπὶ κυρηνίου τοῦ ὑμετέρου ἐν ἰουδαίᾳ πρώτου γενομένου ἐπιτρόπου ἀπογραφάς Respicite, inquit, descriptiones quæ factæ sunt sub Cyrinio, qui primus fuit in Iudęa vester procurator: vocat ἐπίτροπον, quem Iosephus δικαιοδότην, Lucas ἡγεμόνα, pręsidem. Illustrissimus Baronius meminerat Quirinium quater in Syriam missum, primum quidem quando in Cilicia res gessit, expugnatis, vt loquitur Tacitus per Ciliciam Homonadensium castellis, iterū sub natalem Domini quando censum egit. Tertio cū Caio Cęsare in Armeniam comite. Quarto post damnationem Archelai, vt bona eius venderet. In verbis Tertulliani aduersus Marcionem nihil mouendum esse tecum sentio, census constat actos sub Augusto tunc in Iudæa per Sentium Saturninum, apud quos genus eius inquirere potuissent. Non vide tamen quomodo census acti sint sub Sentio Saturnino, non per ipsum Saturninum, sed per Quirinium, nisi te auctorem sequamur, qui putas in prima illa descriptione Quirinium non fuisse præsidem, sed censitorem tantum, anno 759. pręsidem, Syriæ fuisse Quirinium, & bona Archelai venditasse. Quam sententiam à Scaligeri tui sententia longe abire ostendi. Censum lustralem in prouinciis fuisse, aut singulis quinquenniis fieri solitum, inauditum est. Quod Censorinus ait lib. de die nat. cap. 15. Post lustrum à Vespasiano conditum desiisse priscum illud institutum, nemo infitietur. Quanquam postea censores fuere, & census per interualla, prout res exigeret, etiam desidente imperio acti. Dio censores vltimos Paulum, Æmilium Lepidum & Luc. Munatium Plancum fuisse ait, postea desiisse, eius rei augurio fuit quod tribunal prolapsum est ascendente Planco. Postea tamen Augustus Censores creari desitos longo interuallo creauit apud Suetonium cap. 37. lib. 2. Claudius gessit censuram intermissam diu post Paulum Plancumque censores eodem auctore lib. 5. cap.

16.

16. apud eundem post Vespasianum patrem Domitianus censor perpetuus Cęcilium Rufum senatu mouit. Apud Trebellium Valeriano censura delata. Dalmaticus sub Constantino magno censor cognouit de Athanasio vt Socrates lib. 1. Histor. omnino numerus eorum qui censi esse dicuntur apud Suidam ad eos tantum pertinet quorum Romæ facta est descriptio, quod non animaduertit Suidas. nec alium eum sequuti. Placuit, inquit, Augusto omnes Romanorum incolas sigillatim recensere, quum scire cuperet quanta esset eorum multitudo. Inuenti sunt qui Romanam ditionem inhabitabant quadragies & semel centena millia mille & septemdecim. Imo in Syria aut Iudęa supra quadragies & semel centena millia fuere. Deinde cò descendis, vt Illustriss. Bellarminum, Hosium Pighium impietatis arguas, quod dixerint scripturam si Ecclesiæ auctoritate destituatur parum valere. Ecclesia, Casaubone, fuit, cum scripturæ non essent. Nulla de rebus fidei scripta ante Mos m. Christus Dominus verbo docuit, præcepitque discipulis non vt scriberent, sed vt verbo docerent. Antequam Matthęus, Ioannes, & Paulus scriberent Ecclesia fuit, scriptura non fuit. Ecclesia scripturas confecit, probauit, ostendit, quæ scripta admittenda, quæ respuenda. Sacræ scripturæ non crederem, ait D. Augustinus nisi ab Ecclesia proponeretur. Laudo humanitatem tuam, qui viris eruditis allucinationes suas non exprobres, sed indices. Quaoquam in negotio literarum errorem notare, exprobare est.

AD CAPVT XXXIV.

IN historia temporum plerique omnes adeo diuersi abeunt, vt inter eos conuenire vix possit. D. Epiphanius in Panario hære. 51. scribit natum esse Christum Dominum Augusto 13. & Syluano Cos. Cassiodorus in Chronico quem sequitur Ill. Baronius præcedente anno Cornelio Lentulo & Valerio Messalina Cos. Epiphanius 6. Ianuarij Christum natum putat anno 42. Augusti Imperij. Quod idem sentit Chrysost. in Luc. c. 2. Eusebius natum Dominum Olympiadis 94. anno 2. Imperij Augusti annos numerat a nece Iulij Cæsaris quod voluit Horat. l. 4. Od. 14.

Nam tibi quo die
Portus Alexandria supplex,
Et vacuam patefecit aulam,
Fortuna lustro prospera tertio
Belli secundos reddidit exitus.

Dio lib. 51. pugnatum scribit ad Actium 4. Non. Septemb. anno vrbis conditæ 723. sequenti anno Alexandria capt. ex vet. Kal. fragmento Kalendis Sextilibus, aut 3. Non. Sextilis. Tacitus ipse D. alogo de claris orat. Augusti Imperij annos numerat a nece Cæsaris, vt Augustum 58 annos regnasse appareat. Iosephus lib. 18. cap. 3. scribit eum imperasse annis 57. 6. mens. duos dies primum Consul fuit 14. Kal. Sept. vt Tacitus & Dio anno ætatis 20. qui ab eius primo consulatu numerant, dicunt Christum natum 41. Augusti Imperij anno, quo Lentulus & Messalinus fuere consules. Vt Iren. lib. 3. c. 25. Tertul. in Iudæos. Victus Antonius ab Augusto Olympiadis 87. anno 3. D. Lucas Christi baptismum contigisse ait anno 15. Imperij Tiberij, quando Iesus erat quasi annorum 30. incipiens. Ab anno 42. Augusti ad an. 15. Tiberij 30. intercedunt anni. Ignatius epist. ad Trallianos καὶ τρεῖς δεκάδας ἐτῶν πολιτευσάμενος ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου, cum tres annorum decades egisset baptizatus est a Ioanne. Hæc omnia disertis verbis Illustriss. Baronius docet, quem non video cur grauius insecteris, cum Scaliger, Sethus Caluisius, & alij cum eo sentiant. Certe quod nouem annos Illustriss. Baronius à Iosepho scribit omissos, non facile crediderim. Herodi enim Iosephus ait regnum delatum anno vrbis 714. Iuliano Sexto. adde illud anno Iuliano 1x. regnauit à delato regno annos 37. ab adito 34. mortuus est anno vrbis 750. Iuliano anno 42. vt putat Iosephus, anno sequenti qui habuit consules Lentulum & Messalinum natus est Christus. Ita ex ratiociniis Iosephi veris tempore mortuus est Herodes ante Pascha, Christus natus est post Herodis mortem, 25. die Decembris, quod repugnat euangelio cuius fides sanctior est, quam vt in dubium vocetur. Dicendum igitur in Iosephi ratiociniis annum vnum desiderari, aut alterum. Iosephi locum quo nititur Illustriss. Baronius lib. 14. Origin. c. 17. defendis esse corruptum, vbi dicitur Herodes, quo tempore Iulius Cæsar bello Aegyptiaco confecto res in Syria & Iudæa composuit, natus fuisse annos tantum xv. ιε γὰρ αὐτῷ ἐγεγόνει μόνα ἔτη. legis κε. xxv. ei anni erant, vt censent Scaliger & alij. Neque obstare ais, quod ibidem Iosephus de Herode dicat νέος παντάπασιν ὤν, quia νέος, νεανίας, νεανίσκος, iuuenculus, apud bonos auctores accipitur pro eo

qui

primum episcopatu honestatus erat Hierosolyma euntem, orationis & visendi loca sacra causa, humanissimè & amicissimè incolæ excipientes. Ibat Alexander Episcopus Hierosolymæ, vt loca sacra viseret Origenis æuo, Non igitur hic honos primum habitus sacris locis ab Helena, vt vis, sed longè ante religioni & venerationi piis omnibus erat. Quanquam autem veteres patres vbi persecutio conquieuerat, redditam Ecclesiæ pacem dicebant, maximè tamen sub Constantino eam redditam esse aiunt, vt Eusebius lib. 10. historiæ, & alij patres ostendunt. Erat igitur modestiæ tuæ, & si quis in te pietatis sensus est, boni consulere ardens eorum religionis studium, qui sancta loca vbi Christi natalis exceptus est, iam inde ab Apostolis venerati sunt, & venerationē illam ad posteros transmiserunt. Origenes certe lib. 1. in Celsum, speluncam vbi Christus natus est, ipsis etiam gentibus percelebrem fuisse ait. De oratione illa quam B. Chrysostomi esse negas alij videnint, & de genere scribendi iudicent, pietatem certè scribentis quisquis ille est amplector, quam tu inscitiæ, & nimiæ simplicitati temerè accenses quod autem Illustriss. Baronius ait, Christi natalis nobilissimum monumentum ex ligno confectum post multa tempora inde translatum Romam possidere, quanquam id veteres historiæ non loquuntur, quia tamen fama Constanti tenetur, assentior, & priscæ pietati ac religioni manus do.

AD CAP. VI. VII.

DE fascijs, quibus Christus infans à sanctissima genitrice inuolutus est, quasque in veneratione iam olim fuisse Illustrissimus Baronius ait, vt parum es credulus non tibi persuadet, ne si sententiæ eius acquiescas, honorem habendum sanctis reliquijs credere cogaris. Fateris tamen in Monologio quod prodijt è Bibliotheca Cardinalis Sirleti, vltimam Augusti diem commemorationi zonæ B. Virginis festiuam esse. Si zona qua sanctissima Virgo præcingebatur in cultu fuit, longè iustius est vt fasciæ quibus sacrosanctum filij Dei corpus inuolutum est in cultu fuerint. Fascias illas Euthymius, illas Germanus Patriarcha orationibus suis celebrarunt, & religiosè acceptas, asseruatasque fuisse indicarunt: quorum auctoritatem apud Lippomanum cur eleues non video, nisi quia consulto ab iis omnibus quæ ad pietatem faciunt alienum te profiteris. Multo minus tibi D. Hieronymi verba ꝟ video probabuntur ep. ad Marcellam. Et Martyrū vbique sepulcra veneramur, & sanctam fauillam oculis apponentes si liceat ore contingimus. S. Augustinus epist. ad Quintiam, reliquias beatissimi Martyris Stephani non ignorat sanctitas vestra quam conuenienter honorare debeatis. Gregor. Nazian. orat. 4. in Iulianum, οὐκ ἔτι περὶ κατακαλύψουσι ἁγίων λείψανα ἐσχάτοις ἀτιμοτάτοις συναπτομένας, καὶ τοῖς ἀνέμοις δώσουσι, ἵνα καὶ τῆς ὀφειλομένης τιμῆς τοὺς νικητὰς ἀποστερήσωσι. Non amplius reliquias martyrum igne absument, cum ossibus vilissimis per contumeliam permixtas, nec in ventos spargent, vt priuent honore qui illis debetur. Orat. 3. in Iulian. de Martyribus loquens. ὧν ἓν τὰ σώματα μόνον ἴσα δύναται ταῖς ἁγίαις ψυχαῖς ἢ ἐπαφώμενα ἢ τιμώμενα, ὧν καὶ ῥανίδες αἵματος μόνον καὶ μικρὰ σύμβολα πάθους ἴσα δρῶσι τοῖς σώμασι ταῦτα οὐ σέβεις ἀλλ᾽ ἀτιμάζεις. quorum corpora idem possunt quod animæ sanctæ, siue tangantur siue honorentur. Quorum vel solæ sanguinis guttæ atque exigua passionis signa idem possunt quod corpora. Hæc non colis, Casaubone, sed vt Iulianus contemnit. Iustinus quæst 28. siue quis alius auctor est, πῶς οὐκ ἔστι τῶν ἀτοπωτάτων, μυσάττεσθαι τῶν ἁγίων μαρτύρων τὰ σώματα καὶ τοὺς τάφους ὑπὸ ἑλλήνων φυλακτικὰ ὄντα ἀπὸ τῆς τῶν δαιμόνων ἐπιβουλῆς. &c. Quomodo absurdum non est Græcos abominari tumulos & corpora sanctorum martyrum, quæ homines ab insidiis dęmonum tuentur, & morbos medicis artibus insanabiles sanant. Dices fortè corpora Martyrum honoranda non vestes. Chrysostomum audi homil. 8. de statuis. ὢ πόση τῶν ἁγίων ἀρετή, οὐχὶ τὰ χρήματα αὐτῶν μόνα, οὐδὲ τὰ σώματα, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ ἱμάτια τῇ κτίσει πάσῃ πάντῃ εἰσὶν αἰδέσιμα: O quanta Sanctorum virtus, non tantum res eorum, & corpora, verùm & vestimenta omni creaturæ omnino sunt in veneratione & reuerentia. Quod si Sanctorum vestimenta creatura omnis reueretur, multo magis panni attactu corporis eius consecrati, qui dedit martyribus, vt sancti essent. Tuum illud ἀγραυλεῖν & θυραυλεῖν, amplectimur, vt in agris degere, morari sub Dio significet. De turre Ader D. Hieronymus ep. 27. Erat locus ipse turris Ader, id est gregis, iuxta quem Iacob pauit greges suos, & pastores nocte vigilantes audire meruerunt, Gloria in excelsis Deo, &c. Beda de locis sanct. cap. 8. porro ad orientem in turre Ader, id est, gregis, mille passus à ciuitate Bethleem segregata est ecclesia trium pastorum diuinæ natiuitatis cōsciorum monumenta continens. Tu apud Michæam cap. 4. turrim Ader vrbem ipsam Hierusalem significare defendis. Genes. 35. potius significari locum ad Hierusalem, quam ad Bethleem autumas.

N Ego

Ego Hieronymum & Bedam auctores cum Illustriss. Baronio sequor, qui in rem præsentem venerunt, quod tu non fecisti. De Iudæis quod ais eos ante Augusti ætatem Romæ more Iudaico vixisse, non inficior. Sueton. cap. 84. lib. 1. In summo publico luctu exterarum gentium multitudo suo quæque more lamentata est, præcipueque Iudæi, qui etiam noctibus continuis bustum frequentarunt. De Caio in Asiam profecto grauissimi auctores consentiunt eum anno vr. con. 756. obiisse, aliquot annis post natum Christum, quem natum ait Orosius anno vrbis, 752. lib. 7. cap. 3. De affectu Augusti in Christum & Iudæos non liquet, aut lucet.

AD CAP. IX.

Illustrissimus Baronius diem Circumcisionis Christi ritibus ecclesiasticis consecratam ait, quod probant verba illa quæ tute refers ex Apostolo Euangeliis Græcorũ primo die Ianuarij, εἰς τὴν α ἡ κατὰ σάρκα περιτομὴ τοῦ χριστοῦ ἐν τῷ ὄρθρῳ, καὶ λειτουργία. In primam Ianuarij diem confertur Circumcisio Christi in matutino, & liturgia. Locus Isaiæ 11. quem ad Circumcisionem pertinere negas, allegoricè ad eam referri potest, delectabitur infans ab vbere super foramine aspidis, vt per foramen aspidis primus anni ineuntis, & Ianuarii mẽsis dies prophanis olim cerimoniis damnatus significetur, quasi dixerit Propheta, diem primum anni ineuntis nefastum, sanguine suo purissimo expiabit infans: vt enim è foramine aspis, ita ex hoc anni initio omnes veterum prophani ritus exibant. De festo Circumcisionis abundè Illustriss. Baronius in Martyrol. Rom. die 1. abstineo. De Magis quæ scripta sunt à Baronio quod laudas candori tuo deputo. Quod eos Perside profectos cum Sancto Chrysostomo sentis, bene sentis. Patres nonnulli Psal. 71. verbis adducti sunt, vt crederent ex Arabia Reges fuisse. Reges Tharsis & insulæ munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducent. E Perside profectos Prudentius ostendit.

En Persici ex orbis sinu
Sol vnde sumit ianuam,
Cernunt periti interpretes
Regale vexillum magi.

Scaliger tuus ad Eusebium pag. 161. num. MMXV. Matthæus, inquit, apertè dicit Herodis iussu pueros à bimatu & infra interfectos fuisse, postquam ex Magis tempus nati Messiæ exquisiuisset. Bimulo igitur proximum pronuntiarunt, & ab eius natali ad eam diem biennium, aut paulo minus interfuisse. Neque hoc negauerit nisi qui verba Euangelistæ non capit. Hæc ille, à quo merito discedis. Illud. ἰδοὺ. Ecce Matth cap 2. Cùm natus esset Iesus in Bethleem, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam dicentes, vbi est qui natus est Rex Iudæorum? Verba Matthęi non ita pridem natum euincunt. Isai. 60. Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madiam & Epha, omnes de Saba venient aurum & thus deferentes, & laudem Domino annuntiantes. Ex Arabia venisse Magos Iustinus existimat Dialogo in Tryphon. τότε ἐλθόντων πρὸς αὐτὸν τῶν ἀπὸ ἀραβίας μάγων, καὶ εἰπόντων ἐξ ἀστέρος. Paulo infra iterũ, τῶν ἀπὸ ἀραβίας μάγων ἐλθόντων εἰς Βηθλεὲμ, καὶ προσκυνησάντων τὸ παιδίον. Tunc cùm Magi venissent ad ipsum ex Arabia, & dixissent de stella. Item, cùm Magi venissent ex Arabia in Bethleem, & adorassent infantem. Ibidem ostendit eos paulò post natum Dominum venisse. οἵτινες ἅμα τῷ γεννηθῆναι τὸ παιδίον ἐλθόντες προσεκύνησαν αὐτῷ. Qui simul atque natus est cùm venissent adorarunt eum. Lucianus certè in longæuis Magos non in Persis modo fuisse, verũ & in Medis, Parthis, Bactris, Scythis ostendit. οἱ καλούμενοι μάγοι γένος τοῦτο μαντικὸν καὶ θεοῖς ἀνακείμενον παρὰ πέρσαις, καὶ πάρθοις, καὶ βακτρίοις, καὶ χωρασμίοις, καὶ ἀρείοις, καὶ σάκαις, καὶ πολλοῖς ἄλλοις βαρβάροις. vt in Chorasmiis & Ariis, ita & in Arabibus esse potuerunt Magi contra quam tu sentis. Magos Scythas esse vult, aut certè à Scythia profectos Iosephus lib. 1. cap. 7. Origin. ὁ μαγώγης ὁ υἱὸς τοῦ ἰαφὲθ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ μαγώγας ὀνομασθέντας ᾤκισε, σκύθας δ' ὑφ' ἑλλήνων προσαγορευομένους. Magoges filius Iapheth magogas à se appellatos fundauit. Melius Philostratus lib. 1. σοφίαν ἥτις ἐστὶ πέρσαις ἐπιχώριος μελετωμένην μάγοις ἀνδράσι. Sapiẽtiam quæ Persarũ regioni est propria, magis exercita & tractata. Malè Cedrenus eos Astrologos fuisse ait, μάγοι λέγονται οἱ πέρσαι ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ἀστρόλογοι. E magis dicuntur Persæ ab indigenis astrologi. Babylonij & Caldæi fuere astrologi, non magi. Verbum est Persicum, teste Apul. Apolog. 1. Persarum lingua magus est, qui nostra lingua sacerdos: callere leges cerimoniarum, fas sacrorum, ius religionum est esse magum. Philo Iudæus lib. de specialib. legib. τὴν μὲν οὖν ἀληθῆ μαγικὴν ὀπτικὴν ἐπιστήμην οὖσαν, ᾗ τὰ φύσεως ἔργα τρανοτέραις φαντασίαις αὐγάζεται σεμνὴν καὶ περιμάχητον δοκοῦσαν εἶναι, οὐχ ἰδιῶται, ἀλλὰ καὶ βασιλεῖς

σι..., καὶ βασιλέων οἱ μέγιστοι, καὶ μάλιστα οἱ περσῶν διαπρέπουσι. Veram magicam artem esse, quæ vim habeat perspiciendi, & quæ naturæ opera visis intueatur apertioribus, cum sit ampla quædam,& quæ studiose quæri debet scientia, quámque non plebeij, sed etiam reges,& regum maximi, & præcipuè Persarum exercent. Phophyr. lib. de abst. ab animat. ἐν πέρσαις οἱ περὶ τὸ θεῖον σοφοὶ λέγονται μάγοι· οὕτω δὲ μέγα καὶ σεβάσμιον γένος τοῦτο παρὰ πέρσαις νενόμισται. In Persis qui in rebus Dei eruditi sunt, dicuntur Magi. Gens autem illa vsque adeo magna & veneranda est in Persis, vt Darius Hystaspis inscripserit monumento suo inter alia se magorum fuisse (lego μάγων, non μαγικῶν) doctorem. Strabo lib. 1. Magos σοφίᾳ τινὶ διαφέροντας τῶν ἄλλων, ἡγεμονίας καὶ τιμῆς τυγχάνειν παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν, sapientia quadam alijs præcellentes, principatum & honorem assecutos à maioribus nostris. Dio Chrysost. orat. 49. Magi regibus à consiliis fuere, ὅτι τῆς φύσεως ἦσαν ἔμπειροι καὶ θεοὺς εἰδεῖεν ὡς δεῖ θεραπεύειν. Quia naturæ periti erant, & rationem colendi Deos norant. Cic. lib. 1. de Diuinat. In Persis augurantur, & diuinant magi, qui congregantur in fano commentandi caussa, atque inter se colloquendi &c. nec quisquam Rex Persarum potest esse, qui non ante magorum disciplinam, scientiamque perceperit. Plin. lib. 30. c. 1. scribit in oriente magiam regum regibus imperare. Tertul. lib. 3. in Marcion. Nam & magos reges habuit oriens. Laertius lib. 1. post Zoroastrem, ἐν πέρσαις μάγους γεγονέναι πολλοὺς κατὰ διαδοχὴν, ὀστάνας, καὶ ἀστραψύχους, καὶ γωβρύας, καὶ παζάτας. In Persis exstitisse magos plures perpetua successionis serie, Ostanas, Astraphychos, Gobryas, Parsatas. Dio orat. Boristhen. Zoroastrem ait se videndum iis præbuisse, οὓς πέρσαι μάγους ἐκάλεσαν ἐπισταμένους θεραπεύειν τὸ δαιμόνιον, Regulos Persidis, aut potius Babyloniæ, & Mesopotamiæ decimotertio post Christum natum die ad eum adorandum in Iudæam venisse arbitror, cum B. Augustino serm. 1. 2. 3. de Epiphania, Leone magno 8. sermon. quia statim post 40. dies purificationis, venerunt Hierusalem vt sisterent eum Domino, mox reuerterunt in Galilæam, vnde oportuit magos ante quadragesimum purificationis diem in Bethleem venisse Lucæ 1. v. 22. v. 39. Matt. 2. v. 9.

AD CAP. X.

ILlustr. Baronium carpis, quod ab antiquo Epiphaniæ festum ob magorum aduentum institutum dicat. Certe Natiuitatem Domini Theophania dictam ostendit Gregor. Nazianz. orat. 38. de Christi natiuit. ταῦτα μὲν ὕστερον· τὰ δὲ νῦν θεοφάνια ἡ πανήγυρις, οὐ γενέθλια. λέγεται γὰρ ἀμφότερα δύο κλήσεων προσηγοριῶν ἐπὶ πράγματι. Verum hæc posterius. Nunc autem Theophania, siue natalis Domini præsens est celebritas. Vtroque enim modo appellatur duobus scilicet nominibus, vni eidemque rei impositis. Rationem verbi vtriusque affert. ἐφάνη γὰρ θεὸς ἀνθρώποις διὰ γεννήσεως. apparuit hominibus Deus per generationē. ὄνομα δὲ τῷ φανῆναι μὲν θεοφάνια, τῷ δὲ γεννηθῆναι γενέθλια. nomen Theophaniis quod apparuerit, natali quod natus sit & genitus. Paulo post interpretatur ἐπιδημίαν θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους. Aduentum Dei ad homines. Clemens Alexand. Sexto centone, τοιοῦτος καὶ ὁ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ κυρίου τρόπος. Talis modus est natalis, & aduentus Domini. Dicitur item παρουσία· εἰκότως οὖν ἰουδαίοις μὲν νόμος, ἕλλησι δὲ φιλοσοφία μέχρι τῆς παρουσίας. Meritò Iudæis lex, Græcis Philosophia vsque ad aduentum Domini. Epiphaniam esse Dei apparitionem bene probas lib. 2. Machab. c. 3. ἐπιφάνειαν μεγάλην ἐποίησε, Deus magnam apparitionem fecit. Diodorus Sic. διασύρουσι τὰς ἐπιφανείας τῶν θεῶν, irrident Deorum apparitiones: Suidas, ἐπιφάνεια ἡ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ ἔνσαρκος οἰκονομία. Epiphania Seruatoris nostri I.C. incarnatio. Epiphanius lib. 3. ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν ἐπιφανίων ὅτε ἐγεννήθη ἐν σαρκὶ ὁ κύριος: in die Epiphaniorum quando natus est in carne Dominus. Is Græcis olim fuit sextus Ianuarij dies. Euseb. lib. 3. de vita Constant. antrum mysticum τῆς πρώτης τοῦ σωτῆρος ἐπιφανείας commemorat primæ Seruatoris Dei apparitiones. Cum autem Ecclesia oriētalis didicisset à Romana, celebrare natalem Domini 25. Decēbris, mansit Epiphaniorum appellatio sextæ diei Ianuarij vt magorum aduentum & baptismum Domini signaret, quod ex Gregorio Nazianzeno infra docebo. Ammianus Marcel. lib. 21. Iulian. præsentiam suam exhibuisse his feriis ait, quas Christiani mense Ianuario celebrantes Epiphaniæ nomine nuncupant. Gregor. Nazianze. orat. xx. de Valente loquens: εἰς γὰρ τὸ ἱερὸν εἰσελθὼν μετὰ πάσης τῆς περὶ αὐτὸν δορυφορίας, ἦν δὲ ἡμέρα τῶν ἐπιφανίων, καὶ ἀθροίσιμος. In templum ingressus cum omni satellitio, erat autem dies Epiphaniorum, cœtusque amplissimus. Ioannes Chrys. homil. 24. Multi, inquit, festa celebrant & nomina eorum nouerunt, historias autem & occasiones vnde ortæ sunt, non nouerunt. ὅτι μὲν οὖν ἐπιφάνεια ἡ παροῦσα λέγεται ἑορτὴ δῆλον ἐστὶ πᾶσι· τίς δὲ ἐστιν ἡ ἐπιφάνεια αὕτη, καὶ πότερον μία τίς ἐστιν, ἢ δύο, τοῦτο οὐκ ἐπίστανται. ὅπερ ἐσχάτης αἰσχύνης ἂν εἴη, καὶ πολλοῦ

τοῦ καταγγείλαντος καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τὴν ἑορτὴν ταύτην ἄγοντας τὴν ἐπίδειξιν ταύτην ἀγνοεῖν. Quod igitur festum præsens dicitur epiphania, omnibus clarum est. Quæ autem est ipsa epiphania, & vtrum vna vel duo, non hoc sciunt. Quod extremæ est ignominiæ, & multi risus, eos qui quotannis hanc festiuitatem celebrant nescire causam, Agnosce, Casaubone, sub Chrysostomo festum hoc quotannis celebrari solitum. Deinde duas esse epiphanias ostendit, primam de qua Paulus, ἐπεφάνη ἡ τοῦ θεοῦ χάρις, apparuit gratia Dei salutaris omnibus hominibus &c. alteram de qua Paulus, προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, id est, iudicij extremi. ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν; οὐχ ἡ ἡμέρα καθ' ἣν ἐτέχθη, ἀλλ' ἡμέρα καθ' ἣν ἐβαπτίσθη ἐπιφάνεια λέγεται. Qui fit vt non ea dies qua natus est, epiphania & apparitio appelletur, sed ea qua baptizatus est. Hæc enim dies est qua baptizatus, aquarum naturam sanctificauit. Idcirco etiam in hac solemnitate sub mediam noctem omnes ὑδρευσάμενοι cum aquam hauserint domum latices refundunt, ac recondunt, & per integrum annum conseruant, quod hodie sanctificatæ sunt aquæ. Noli putare, Casaubone, hoc festum cœpisse sub Chrysostomo, consuetudo hauriendæ eadem nocte aquæ non potuit tam breui inolescere, fitque, inquit, miraculum euidens, dum nihil longinquitate tēporis aquarum illarum natura vitiatur. ἀλλ' εἰς ἐνιαυτὸν ὁλόκληρον, καὶ δύο, καὶ τρία πολλάκις ἔτη τοῦ σήμερον ἀντληθέντος ἀκέραιον καὶ νεαρὸν μένοντος. Sed integro anno, atque adeo biennio & triennio sæpe quæ hodie fuit sumpta, corrupta & recens permanet, Non credis sat scio, Casaubone, quia non vidisti. Beati qui non viderunt & crediderunt. Cur igitur, inquit, dicitur apparitio epiphaniæ? quia cum natus est, non omnibus manifestus fuit, sed cum est baptizatus. Ex his apparet frustra te niti, cum hæc Hieronymi li. 1. Ezechiel. refellere vis, significat, inquit, baptisma in quo aperti sunt Christo cæli, & epiphaniorum dies huc vsque venerabilis est, non vt quidam putant Natalis in carne, tūc enim absconditus est, & non apparuit quod huic tēpori conuenit, quando dictum est. Hic est filius meus dilectus in quo bene mihi complacui. Isidorus Hispal de offic. Eccl. li. 1. c. 26. Epiphaniorum diem festa solemnitate viri Apostolici signauerunt, quia in eo per stellā est saluator ostensus, quando inuenerunt Magi Christum in præsepio iacentem, & adorauerunt eum. Tibi venit in mentem φαινομένων Arati, quia epiphaniam ad magos traductam esse vis à stellæ ἐπιφανείᾳ. Legendus D. Augustin. Sermon. de epiphan. Leo magnus 8. serm. de eadem. S. Maxim. homil 1. de Epiph. ferunt hodie Christum Dominum nostrum vel stella duce à gentibus reuelatū, vel inuitatū ad nuptias aquas in vina vertisse, vel suscepto à Ioanne baptismo consecrasse fluenta Iordanis. Vult epiphaniam dictam quia ἐπεφάνη gentibus. Quia in baptismo pater filio testimonium perhibuit, Hic est filius meus dilectus &c. & eum notum fecit, ἐπέφηνε, vt Gregor. Nazianzenus in Sancta lumina. εἰς τὰ ἅγια φῶτα τῆς ἐπιφανείας, Refert, quod tu negas, Casaubone, festum epiphaniorum non ad natalem Domini sed ad baptismum: ἡ γὰρ ἁγία τῶν φώτων ἡμέρα εἰς ἣν ἀφίγμεθα, καὶ ἣν ἑορτάζειν ἠξιώμεθα σήμερον, ἀρχὴν μὲν τοῦ ἐμοῦ χριστοῦ βάπτισμα λαμβάνει τοῦ ἀληθινοῦ φωτός. Nā sanctus dies est luminū in quem venimus, & quē celebramus hodie baptisma mei Christi initium sumit veri luminis. Vnde constat ante r. Chrysostomi ætatem Epiphania baptismo Christi celebrando consecrata esse, quod tu negabas. Aio igitur epiphaniam olim pro natali Christi positam, vt Epiphan. p. 191. ἡ ἡμέρα τῆς ἐπιφανείας ἐστὶν ἡμέρα τῆς χριστοῦ γεννήσεως κατὰ σάρκα. Epiphaniorum dies est dies Natiuitatis Christi: posteà tamen ad baptismum Christi, & magorum aduentum traducta est. Bonum factum facis, cum lectionem Illustriss. Baronij probas cap. 11. Luc. τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῆς, non αὐτῶν, quia Christus purificatione non egebat. Annam Prophetissam monialem nun fuisse, ἀσκητρίαν fuisse, quod laboribus ac ieiuniis corpus exerceret, tecum agnosco. ἄσκησιν, ἀσκητὰς, de iis dici qui corpus voluntariis afflictationibus macerarent contritum est. Ita Cyrillus Ierosolymitanus Annam ascetriam vocat. Temere verba Sozomeni in dubium vocas lib. 5. cap. 21. λέγεται ἅμα εἴσοδον παρὰ τὴν πύλην μὴ ἐνεγκὸν τὸ δένδρον μέγιστον ὂν τοῦ χριστοῦ τὴν ἐπιδημίαν, ἐπὶ τὸ ἔδαφος κλῖναι, καὶ προσκυνῆσαι. Dicitur cum intrabat Christus Hermopolin arbor quæ erat ad portā maxima, quod non ferret Christi præsentiam. se inclinasse, & illum adorasse. Opinor, libentius crederes apud Philostratum, arbores loquutas esse, & nominatim Apollonium appellasse. Addit, καὶ πάντα τὰ ξόανα τῶν αἰγυπτίων ἐπιδημήσαντος πρὸς αὐτοὺς τοῦ χριστοῦ κατὰ τὸ ἡσαΐου προφητείαν σεισθῆναι. omnia simulacra Aegyptiorum adueniente Christo mota esse, secundum Prophetiam Esaiæ cap. 19. & ingredietur Aegyptum, & mouebuntur simulacra Aegypti à facie eius. καὶ τούτων μὲν αἰγύπτιοι, καὶ παλαιστινοὶ, τοῦ παρ' αὐτοῖς ὄντος ἑκάτεροι μάρτυρες. Horum testes Ægyptij, & Palestini, vt quidque apud eos accidit. Patres, inquis, aliter hunc locum interpretantur. Admitto eundem scripturæ locum in varios sensus, eosque verissimos trahi posse. Herodem quater Romam profectum bene obseruas, quem Macrobius lib. 2. Saturnal,

turnal. cap. 4. filium suum Bimulum interfecisse scribit. Quem tu quibus vis rationibus falsi reuincito.

AD CAPVT XVII.

ACuleum stringis in Baronium, quod laudet S. Petrum Episcopum Alexandrin. & martyrem in suis regulis ecclesiasticis, quas probauit sexta Synodus. Is scribit occasione huius infanticidij Zachariam Ioannis patrē, quod ad necem quæsitum filium subtraxisset ab Herode inter templū & altare occidi iussum. Idem narrat Cyril. aduers. Antropomorph. Origen. tract. 26. in Matt. Gregor. Nysseu. de Christ. natiuit. Basil. homil. de humana Christi generat. Epiph. de vita & interitu prophetar. cap. 23. Tertul. in Scorpiac. cap. 8. Zacharias, inquit, intra altare & ædem trucidatus perennes cruoris sui maculas silicibus adsignat. Vi ... tibi S. Hieronymus quia aduersus abit à Baronio, reliquorum patrum auctoritati præponderat. Quod duos Theudas facis, alterum sub prima Quirinij censitione in Iudæa, alterum sub extremis temporibus procurationis Cuspij Fadi, de quo agit Iosephus lib. 20. cap. 2. non omnino male sen tis. Act. 5. πρὸ ... τῶν ἡμερῶν ἀνέστη θευδᾶς. Ante hos dies surrexit Theudas, id est non, ita pridem sub annum imperii Augusti 42. in prima Quirinij censitione, μετὰ τοῦτον ἀνέστη ἰούδας, in secunda Quirinij descriptione. Iosephus initio lib. 18. Post hunc Iudam Galilæum alius Theudas turbas excitauit, de quo Iosephus lib. 20. cap. 2. Iudam illum Galilæum & Gaulanitem ait Iosephus hoc prætextu vsum esse ad seditionem quod neminem Dominum diceret appellandum præter Deum. Nam in Hebræo textu quo vsus est Iudas ille, verba hæc non leguntur Deuter. 23. v. 18. Sed in versione tantum 70. interpretum. Hic vehementius in Romanum Pontificem exardescis, qui neque de te, neque de ceteris nostri sæculi hæreticis malè meritus est, quos veræ fidei lumine illustrati cupit, & vt id fiat, maximè satagit. Sed de hoc à nobis abunde supra est actum.

AD EXERCITATIONEM III.

TOta hac Diatriba Annianas fabulas & Baronium Illust. Cardin pessimis modis laceras: de Annio Viterbiensi tibi assentior planum esse. Baronium in Natali Domini cum Cassiodoro, Scaligero, Setho Caluisio bene sentire fateris in aliis plerisque peccasse scribis. Sæpius inculcaui & te, & Scaligerū & tuos illos Anglos Liueleum, & Replerum, quod ipse agnoscis, in temporum historia, qua nihil impeditius est, non semel allucinari. Si quid veri, certique in tanta caligine videri potuit, omnino Cardinalis Baronius id vidit.

AD EXERCITATIONEM IV. V. VI.

IN Herodis annis iam toties Illustriss. Baronium oppugnasti, vt machinas omnes tuas vitium sonare, & hebescere nisu nimis frequenti necesse sit, qui si viueret calculum suum, opinor, omnibus probaret. Ego in ratione temporum subducenda, in tanta Chronologorum varietate, oleum & operam perdere nolo. Agnosco ex Eusebio post infantum parricidium proxime periisse, Deo vindicante, Herodem. ὡς δ᾽ ἅμα τῇ κατὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ τῶν ἄλλων νηπίων ἐπιβουλῇ ἠλάτο αὐτὸν καταλαβοῦσα μάστιξ εἰς θάνατον συνήλασεν, vt autem post insidias in Seruatorem nostrum, & alios infantes statim flagellum à Deo agitatum ad mortem eum compulit. Matthæus narrato infanticidio continuo subiicit eius mortem, τελευτήσαντος δὲ τοῦ ἡρώδου, cùm obiisset Herodes. Agnosco item Archelao regnum ab Herode patre relictum, ab Augusto nomen ei regis negatum, sed in dimidiam partem ethnarcam constitutum, promisit tamen Augustus Archelao regnum, si virtutem proferret regno conuenientem, vt Iosephus disertè lib. 17. cap. 10. & 11. Audita morte Herodis rediisse Christum Dominum ex Ægypto Euangelista docet.

AD EXERCITATIONEM VII.

Eodem pede quo cœpisti pergis, vt nulli miraculo fidem habeas, nisi quod literæ sacræ testatum faciant. Si quod traditio & pietas Christiana commendat, illud euertere niteris. Quid aliud Iudæi, aut Turci faciant. Displicet tibi narratio de sanctissima domo Lauretana, incredibilis videtur: tot miracula quæ patrum nostrorum memoria, quæ hodie & heri patrata sunt nauci habes. Venires pio affectu & videres, loci religio, domus sanctitas, affluentium pietas animum tuum, vt ferreus sit, emolliret. Sed ad rem. Beda venerabilis lib. de locis sanctis cap. 16. Nazarethi duas domos fuisse ait, quarum in altera Christus est conceptus in vtero Beatæ Virginis, in altera fuit educatus. Sed domum in qua Angelus ad Beatam Mariam venit, Ecclesiam factam esse commemorat. Quid tum deinde? quia domus Ecclesia facta est, ideóne desiit domus esse in qua Christus Dominus vtero integerrimæ virginis conceptus est. Atqui hodieque & Ecclesia est, & eadem domus esse perseuerat. Vt domus Ecclesia fieret, eam dirui, lateresque dissociari ac disijci nihil opus fuit. Cubiculum lateritium est non adeo amplum, non adeo angustum, in quo altare exstructum, & fidelium conuentus ad mysteria participanda Ecclesiam facit. Si vera tantum ea putas quæ vidisti, quæ ex Atheneo & Strabone didicisti, toto cœlo erras, Sacellum Lauretanum, ædiculam B. Dei parentis intemerato conceptu consecratam inuisito, si quis in te superest pietatis sensus excitabitur, si quis deuotionis sub fauilla igniculus latet sat scio reuiuiscet. Superest adhuc Nazarethi domus portatilis, οἰκοπέδῳ cui domus Lauretana vt mensura & vestigio respondet, vt qui vtrumque locum studiosè dimensi sunt, testatur. Quod ais hæreticis id fuisse semper in more, vt ad omnipotentiam Dei confugerint, nescio an Gabrielem Angelum hæreticis accenseas; hoc scio, eum ad omnipotentiam Dei Mariæ fidem vocasse. Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Deus ædiculam B. Mariæ Angelorum ministerio in agrum Lauretanum quia deportauit, deportare voluit, potuit Voluntatem Dei à potestate hic non segregamus. Hoc monumentum totus Christianus Catholicus orbis veneratur, hæretici omnes, Turci, Iudæi, Athei oppugnant. Porro, ais, quia Papam cognoscunt Christiani, quota pars sunt nominis Christiani. Sola opinor est Albion insula in orbe Christiano, quæ Papam non agnoscat. Gallia, Germania, Italia, Hispania, Polonia, reliqua Europa Pontificem Rom. Ecclesiæ vniuersalis caput agnoscit. Ipsi etiam Moschouitæ, Armenii, Æthiopes, vt primarium Episcopum reuerentur. Peruani, Iaponenses, Siuæ, noui orbis homines colunt, honorant. Vnde autem Christus Nazarenus dictus sit, indicat B. Hieronymus in locis Hebr. Est Nazareth vbi Christus egit viculus in Galilæa iuxta montem Thabor, vnde & Dominus noster Iesus Christus Nazarenus vocatus est, habétque Ecclesiam in loco, quo Angelus ad B. Mariam euangelizaturus intrauit, sed & aliam vbi Dominus est nutritus. Idem ad Marcel. Netzer florem interpretatur, vnde Iesus Nazaræus dictus Isaiæ XI. Zachar. 6. germen vocatur.

AD EXERCITATIONEM VIII.

Illustriss. Baronium laudas, quod scripserit ex lib. 56. Dionis. Quum legem Pappiam Poppæam sanciret Augustus, qua lege maritis præuia, cælibibus pœnæ constituebantur non solum exceptæ sunt a communi lege virgines vestales, sed etiam honos illis habitus idem qui matribus. Illud non laudas, quod exemplo veterum Roman. defendit, quódque passim hodie fit, vt pars mundi non pœnitenda votum virginitatis suscipiat, magis quam præstet. Doleo tecum non præstari, laudo suscipi, & præstari: gaudeóque, tecum Caluinistis Ebionæum non esse & Carpocratianum, παρ' οἷς ἀπηγόρευται παντάπασι, παρθενία, καὶ ἐγκράτεια, quibus improbatur, & prohibetur virginitas & continentia, seu cælibatus. Non item Gregorio Nazianzeno, qui ait ad verba, fecit Christus hos sermones, ἀγγελικὸν τὸ σαρκὶ συνδεδεμένον μὴ κατὰ σάρκα ζῆν ἀλλὰ εἶναι τῆς φύσεως ὑψηλότερον. Angelicum est eum qui corpore irretitus sit, non viuere secundum carnem, sed carne sublimiorem esse. Basilius in Ascet. pag. 612. ἡ ψυχῇ παρθένος, καὶ ἐν αὐτῇ ψυχὴν ἀσώματον ἔχουσα ἔχει πρὸς ἀσώματον θεὸν οἰκειότητα. Quæ virgo est animo, & in se animum habet corpore carentem, quandam cum Deo affinitatem habet. Præstari quam laudari virginitatem maluerim. Quod autem lapsum interpretis Dionis ad Illustrissimum Baronium transfers inclementer facis.

AD EXER

AD EXERCITATIONES IX.

Fateris ipse Iosephum arctius contrahere vitæ Herodis spatium, quam vt possit per omnia defendi eius narratio nonnihil Historiæ Euangelicæ repugnans, quæ est lex & norma veritatis. Quid mirum igitur si erroris ab eo incusatur, qui Euangelicam veritatem quam Iosephus labefactat, ab iniuria vindicare conatur. Amplector tamen quod ais ex Iosepho, relegatum esse Archelaum anno dominatus sui decimo inchoato, nono exacto. Quod disputationi Illustriss. Baronij de linguæ Latinæ dignitate miniatulam tuam ceram affigis, parum æquiter facis, cum è bonis auctoribus neminem reperias, qui subinde extra plantam, animi causa non euagetur. Digressio de pallio erudita, iucunda est. Non facile tamen mihi persuaserim palliatum Catonem iudiciis præsedisse, sed togæ lacinia de læuo humero detracta non minus exserto humero fuit, quam si palliatus esset, vt ait Tertullianus. Idem Cato iuridicinæ suæ in tempore humeros exertus, haud minus palliato habitu Græcis fauit. De titulo crucis quod subitis, & quæ ab Euangelistis scripta sunt, amplectimur, & fructum è ligno crucis cum titulo quod Romæ est, colimus, quem lingua Hebræa ante alias exaratum agnoscimus. De tribus illis linguis quas in cruce Domini consecratas asserimus, consulendus D. Hilarius in præfat. Psalmorum, qui mysterium voluntatis Dei, & expectationem Beati regni tribus istis linguis maxime nuntiari ait, idque fuisse causæ cur Pilatus Hebraicè, Græcè, Latinè proscripserit in fastigio crucis, Christum Dominum regem esse Iudæorum. D. Augustinus lib. 2. de Doct. Christ. c. 11. docet tres illas linguas ad sacras literas intelligendas satis esse. Fatemur quidem necesse esse vt omni linguarum genere verbum Dei prædicetur, quod à Christo Domino imperatum est, sed negamus officia Deum curantia, vt ille loquitur, maxime sacrum Missæ sacrificium aliis quam tribus istis linguis vulgo celebrari debere. Ideo cap. 2. Actor. Parthi, Medi, Elamitæ, Mesopotamij, Iudæi, Cappadoces, Ponti & Asiæ incolæ, Phryges, Pamphilij, Aegyptij, Afri, Cyrenenses, Romani, Proselyti, Iudæi, Cretenses, & Arabes Apostolos audiebant propriis cuiusque horum linguis enarrantes magnalia Dei, & pietatis mysteria. Ideo in Ecclesia interpretes fuere qui ea populo explicarent, quæ lingua non omnibus nota recitarentur. Hoc voluit Epiphanius sub finem lib. 3. cum scribit esse ἑρμηνευτὰς γλώσσης εἰς γλῶσσαν, ἢ ἐν τ͂ ἀναγνώσεσιν ἢ ἐν τ͂ προσομιλίαις, Interpretes linguæ in linguam in lectionibus, aut colloquiis & congressibus. Tu legis ἐν τ͂ ὁμιλίαις, vt sermones & conciones intelligas in vulgatis codicibus est προσομιλίαις, id est colloquiis, vt significet, quia in Græcia sæpe Romani aut Hebræi, & contra in Italia Græci aut alienigenæ Christi fidem professi reperiebantur, interpretes illos adhibitos, qui peregrinis nota facerent, quæ aliena lingua recitata, aut in colloquiis dicta essent. Quo loco animaduertes eos ordines quos Catholici ad ministerium adhibent, quosque hæretici respuont, ab Epiphanio numerari, & id temporis in Ecclesia probatos fuisse. Post Episcopum, Presbyterum, Diaconum, Hypodiaconum, ἀναγνωστῶν τάγμα, lectorum ordinem οὐκ ἐστιν ἱερεὺς ὁ ἀναγνώστης, ἀλλ' ὡς γραμματεὺς λόγου, lector non est sacerdos, sed vt scriba verbi. εἶθ' ἑξῆς τούτων ἐξορκισταί, καὶ ἑρμηνευταὶ γλώσσης εἰς γλῶσσαν &c. καὶ κοπιαταὶ οἱ τὰ σώματα περιστέλλοντες τ͂ κοιμωμένων, καὶ θυρωροί. Deinde post hos exorcistæ, & interpretes linguæ in linguam, & laborantes, qui corpora dormientium & mortuorum componunt, & ianitores. Fatemur igitur fas esse precari Deum, docere populum, interpretari scripturas quouis genere linguarum, sed officia Deum curantia tribus istis linguis, quæ in titulo Dominicæ crucis consecratæ sunt, celebranda defendimus. Nisi tamen permissu ac voluntate Rom. Pontificis alia lingua celebrentur, quod hodiéque fit apud Ruthenos, & Armenios. Nec temere biblia plebeculæ idiomate vulgari committenda, quæ arcana scripturæ capere non possit, in qua multa ardua, inusitata quæ in deteriorem partem trahi possint. Mulierculæ non sunt ingenio satis valido vt cum audiant Thamar socerum ad incestum pellicere, Bersabeam à Dauide rogatam parum de viro sollicitam statim aduolare, tot Dauidi vxores, tot Solomoni concubinas fuisse, à Lia viro ancillas substerni, filias cum Lotho patre concumbere, & alia pleraque eius generis, eorum sexus fragilis non commoueatur Ioannis c. 7. Christus ait plebeculam legis gnaram non fuisse. Malach. 1. Iubetur populus legem requirere de ore sacerdotis, cuius labia custodiunt scientiam. Deuter. 17. Iubetur populus in difficili iudicio consulere & audire sacerdotem qui præest loco quem elegit Dominus Eph. 4. Deus posuit alios Apostolos, Prophetas Doctores. Esdras & Leuitæ cum scripturas apud populum legissent, easdem interpretati sunt, quod plebecula linguam Hebraicam non intelligeret, sed Chaldaicè vulgo loqueretur. Hebraica autem lingua scripturæ arcana consignata erant. Obiicies illud Pauli, Corinth. 14. Si ergo conueniat vniuersa Ecclesia in vnum in-

trent autem idiotæ, aut infideles, nonne dicent quod insanitis? Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis, vel idiota, conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus. Occulta enim cordis eius manifesta fiunt, & ita cadens in faciem adorabit Deum pronuncians quod vere Deus est in vobis. Hunc locum D. Chrysostomus homil. 36. diserte exponit his verbis. *αἱ γλῶσσαι εἰς σημεῖον εἰσὶν, τουτέστιν εἰς ἔκπληξιν, οὐκ εἰς κατήχησιν τοῖς τι (οὐ τοῖς πιστοῖς, ἀλλὰ τοῖς ἀπίστοις) ἡ δὲ προφητεία οὐ τοῖς ἀπίστοις, ἀλλὰ τοῖς πιστεύουσιν· οὐ γὰρ χρείαν ἔχει ὁ πιστὸς σημεῖον ἰδεῖν, ἀλλὰ διδασκαλίας δεῖται μόνον, καὶ κατηχήσεως.* Linguæ in signum sunt, hoc est vt obstupefaciant quodam quasi miraculo, & attonitos reddant audientes, non vt eos doceant. Obstupefaciunt, inquam, infideles, non fideles. Prophetia vtilis est fidelibus non infidelibus. Non enim opus habet fidelis vt videat miraculum, sed eget doctrina tantum, & institutione. Vnde agnosc. is in Ecclesia olim aliquos habuisse donum linguarum, qui variis linguis loquerentur, ideóque infideles in stupotem & admirationem raperent. Alios fuisse qui prophetarent, id est, concionarentur, & scripturas fidelibus explicarent. Non igitur damnat eos B. Paulus qui lingua Hebræa, Græca, Latina mysteria conficiunt, aut officia Deum curantia celebrant, sed ait eos omnibus prodesse, qui scripturas lingua vulgari & nota explicant, eos vero qui variis linguis incognitis aut precentur, aut loquantur, vt ostendant se Dei spiritu plenos esse, minus prodesse, quam eos qui ad pietatem instituant. Irenæus lib. 1. cap. 3. scribit Apostolos qui per totum orbem Euangelium disseminarunt, non nisi tribus linguis euangelia sua scripsisse. D. Augustinus lib. 2. quæst. Euangel. q. 39. auctor est B. Ioannem scripsisse primam Epistolam verbis Græcis ad Parthos. Populus qui rebus diuinis interest, licet verba Græca, Latina, Hebræa non capiat, ipsa tamen auditione verborum sacrorum consecratur vt scribit Origenes Homil. 10. in Iosue, *βούλομαι παραμυθήσασθαι τοὺς ἀκούοντας μὴ ἐκκακεῖν ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει· ὥσπερ τοίνυν αἱ ἐπῳδαὶ δύναμίν τινα ἔχουσι φυσικὴν κἂν μὴ νοῇ ὁ κατεπᾳδόμενος λαμβάνει τι ἐκ τῆς ἐπῳδῆς, καὶ τὴν φύσιν τῶν φθόγγων τῆς ἐπῳδῆς, εἴτε εἰς βλάβην, εἴτε εἰς ἴασιν σώματος ἢ ψυχῆς ἑαυτοῦ, οὕτω μοι νόει πάσης ἐπῳδῆς δυνατωτέραν εἶναι τὴν σημασίαν τῶν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ὀνομάτων. εἰσὶ γὰρ τινες δυνάμεις ἐν ἡμῖν, ὧν αἱ μὲν κρείττονες διὰ τούτων τῶν οἱονεὶ ἐπῳδῶν τρέφονται συγγενεῖς οὖσαι αὐταῖς, καὶ ἡμῶν μὴ νοούντων ἐκείνας τὰς δυνάμεις νοούσας τὰ λεγόμενα δυνατωτέρας ἐν ἡμῖν γίνεσθαι πρὸς τὸ συνεργεῖν τῷ ἡμετέρῳ βίῳ. ἔστι γὰρ ἔστι τινα ἐν ἡμῖν ἀόρατα, καὶ πολλάκις ταῦτα δηλώσει ὁ εἰπὼν ψαλμὸς, εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον, καὶ πάντα τὰ ἐντός μου τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ· ἔστιν οὖν πλῆθός τι ἐν ἡμῖν δυνάμεων κεκληρωμένων ἡμῶν τὰς ψυχὰς, καὶ τὰ σώματα, αἵτινες ἐὰν εἰσὶν ἅγιαι τῆς γραφῆς ἀναγινωσκομένης ὠφελοῦνται, καὶ γίνονται ἰσχυρότεραι. ὥσπερ δὲ αἱ κρείττους δυνάμεις κατεπᾴδονται, καὶ ὠφελοῦνται, καὶ γίνονται δυνατώτεραι ἀπὸ τῶν τοιούτων γραμμάτων, οὕτως αἱ ἀντικείμεναι τῶν ἐν ἡμῖν δυνάμεων οἱονεὶ καθελκοῦνται καὶ νικῶνται ἀπὸ τῶν θείων ἐπῳδῶν, καὶ νικώμεναι κοιμίζονται, ὥσπερ ἀσπὶς ἀπὸ τῶν ἐπῳδῶν κοιμιζομένη.* Volo consolari eos qui audiunt scripturas, vt non tristentur cum leguntur. Quemadmodum enim excantationes naturalem quandam vim habent, & licet is qui excantatur non intelligat, accipit tamen aliquid ex incantatione, & naturam tonorum excantationis siue ad noxam, siue ad sanitatem corporis aut animæ suæ, ita cogitato significationē nominum quæ sunt in sacra scriptura potentiorem esse omni excantatione. Sunt enim quædam virtutes in nobis quarum meliores aluntur per hæc veluti cantamina quibus sunt cognatæ, & nobis non intelligentibus illæ virtutes intelligentes quæ dicuntur, fiunt in nobis potentiores vt nostræ vitæ proficiant & cooperentur. Quod vero sint in nobis quædam virtutes inuisibiles, & multæ significat Psalmista, benedic anima mea Dominum, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Est igitur in nobis multitudo quædam virtutum quæ sortitæ sunt animas nostras & corpora, quæ si sunt sanctæ, cum legitur scriptura, iuuantur, & fiunt fortiores. Vt autem meliores virtutes demulcentur, excantantur, iuuantur, fiunt potentiores ex istis literis quæ leguntur, sic virtutes contrariæ quæ sunt in nobis quasi deorsum trahuntur, deiiciuntur, superantur istis Dei cantamentis, & victæ consopiuntur, vt aspis carmine consopita. Virtutes illas amicas, ac inimicas, angelos intelligo bonos & malos, qui nobis adsistunt, vt iuuent aut noceant. Hæc sunt Origenis verba, quæ tamen cum iudicio legenda sunt, & ad quintæ Synodi obrussam exigenda.

AD EXERCITATIONEM X. XI. XII.

Stolam summi Pontificis ex Iosephi lib. 18. cap. 6. in Antoniana turre ab Herode, & deinde a Romanis asseruatam, & 7. ante festum die Pontifici exhibitam fateris, superhumerale. & rationale cum toga coniunctam fuisse negas, male, si audiendus est Iosephus, qui libro 3. originum ostendit rationale exstitisse quidem cum superhumerali tempore secundi templi,

sed

ſed vtrumque deſiiſſe fulgere annis ducentis antequam ille ſcriberet hiſtoriam ſuam, hoc eſt, centum circiter annis priuſquam Dominus naſceretur. Licet autem fulgere deſiiſſent, cùm inter præcipua Pontificis ornamenta eſſent, ea cum ſtola fuiſſe aſſeruata dubium non eſt. Rabbini tui infra Ioſephi auctoritatem ſtatuendi ſunt. Deſcribuntur ea ornamenta à Ioſepho lib. 3. origin. à Philone lib. de Monarchia. De Paulinæ ſtupro ab Ægyptiis ſacerdotibus per ſpeciem religionis illato bene monet Illuſtriſſimus Baronius, id facinus 13. circiter ante crucem Domini annis admiſſum, quod à Ioſepho poſt crucem Chriſti annotatur. Ad XII, tuam Exercitationem quæ tota ex conuitiis conflata eſt, tacendum ſentio modeſtiæ cauſa.

AD EXERCITATIONEM XIII.

EZechielis cap. 1. de 4. animalibus viſionem non ad Euangeliſtas, ſed ad Angelos referri, ne cum Beato Hieronymo, Gregorio magno, aliiſque priſcis Eccleſiæ Doctoribus ſentire videaris. Quia tu vis, ſolus tibi ſapito, nos veteres Patres duces ſequemur: quæ ſubiungis de Ammonij Alexandri harmonia, & Tatiani opere ſuper 4. Euangeliſtarum conſenſu, quod Διατεσσάρων appellauit apud Euſebium lib. 14. mihi probatur. De Lyſaniæ tetrarchia quæ ſcribis, quæque à Ioſepho Scaligero in notis ad Euſebium mutuatus es, probo, nec Illuſtriſſimus Baronius aliter ſentit. Quod ex eiuſdem Scaligeri prolegomenis ad Euſebium affers, admitto, quanquam Beatus Lucas dixit, ἐπ' ἀρχιερέων Ἄννα καὶ Καϊάφα, non tamen eodem anno duos ſummos Pontifices fuiſſe, ſed Caiapham ſolum Pontificem, Annam Vicarium eius. Quemadmodum in Eccleſia Conſtantinop. hodiéque Patriarcha & πρωτοσύγκελλος eius. Is ea de cauſa ſummo Sacerdoti ſocius dabatur, vt ſi per morbum aut aliam cauſam ſonticam ille non poſſet obire ea munia quæ ſolum Pontificem obire fas eſt, Vicarius eam neceſſitatem expleret, præſertim in decima Tiſri, quando Sacerdos in ſancta adyta ingrediebatur, in quæ ſoli Sacerdoti aut Vicario eius ingredi fas eſt. Ideo tanta auctoritas illius vicarij erat, vt minimo minus alter Pontifex eſſet. Nam cum in Euangelio ἀρχιερεῖς dicuntur, id eſt, principes Ephemeriarum ſacerdotalium, in eo loco erant apud Pontificem maximum, quo σύγκελλοι, hodiéque apud Patriarcham Conſtantinop. Primicerius autem eorum, & protoſyncellus ſecundum proxime à Patriarcha locum obtinens, & olim Patriarcha deſignatus, eſt inſtar Vicarij Pontificis Hieroſolymitani. Vide cap. 25. lib. 2. Reg. & 1. Paral. 24. Ita Nadab & Abiu, Eleazar & Ithamar iunguntur. Anna igitur Pontifex dicitur à B. Luca, quia Vicarius Pontificis, tum quia iis qui eam dignitatem erant adepti nomen remanebat etiam poſt rem ſublatam, vt Ioſephus docet. Bene mones, caput Synedrij Sanedrim, non vocatum fuiſſe ſummum Pontificem, & locum principem in Synedrio deferri ſolitum ſapientiſſimo è 72. duobus ſenioribus, qui eo loco mihi fuiſſe videtur, quo apud Romanos princeps ſenatus. Ideo Maimonides ſcribit vocatum, Naſi, id eſt principem, qui Moſis perſonam referebat, de quo Rabbini Thalmudici frequenter. De Ioanne Baptiſta quod eius vitæ genus aſperius fuiſſe agnoſcis, habitum victumque auſteriorem, quam vt communis vitæ ratio ferat, laudo. Hæc in parte à Beza, & aliis erronibus diſcedis. Cur è pilis camelorum veſtem eius contextam neges, cum ſacræ literæ & veteres Patres aſſerant, non video. S. Paulinus Nolanus ep. 10. ad Seuerum de Melania loquens, de palliis quæ ex camelorum pilis texta aſperitate ſetarum compungebant homines, & in mentem reuocabant Ioannem, quem pili camelorum hirto tegmine veſtiebant. Paulinus alter conſularis in carmine de Ioanne Baptiſta,

Veſtis erat curui ſetis conſerta cameli
Contra luxuriem molles duraret vt artus,
Arceretque graues compuncto corpore ſomnos.

Hieronymus ad Demetriadem epiſt. 8. ſtupebat ad conuerſationem Eliæ & Ioannis Baptiſtæ, quorum vterque zona pellicea aſtrinxit, ac mortificauit lumbos ſuos. De cibis eius B. Matth. cap 2. Luc. 7. Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædag. cap. 1. ſub finem Ματθαῖος μὲν οὖν ἀπόστολος σπερμάτων, καὶ ἀκροδρύων, καὶ λαχάνων ἄνευ κρεῶν μετελάμβανεν, Ἰωάννης δὲ ὑπερτείνας τὴν ἐγκράτειαν ἀκρίδας, καὶ μέλι ἤσθιεν ἄγριον. Apoſtolus ſemina, baccas, & olera ſine carnibus edebat. Ioannes intendens magis abſtinentiam locuſtas, & mel ſylueſtre. D. Hieronymus epiſt. 8. ad Marcel. Nunc denique quod ad cibum ſpectat exactè qualis fuerit recenſet Euangeliſta, nimirum locuſtis & melle ſylueſtri Ioannem conſueuiſſe famem pellere, pane & vino caruiſſe. Matt. cap. 11. venit Ioannes neque manducans, neque bibens, cap. 2. Ipſe autem Ioannes habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos: eſca autem eius erant locuſtæ & mel ſylueſtre. Certè locuſtæ animalia inſecta, ſunt Parthis eſui, vt Plinius lib. 11.

Strabo lib. 16. Genus quoddam Aethiopum locustas habere ait quibus sale permixto in massas confectis vescantur. Hieronymus lib. 2. in Iouinian. & in Ion. c. 4. Ioannem Orientales locustas esitasse scribit. D. Augustinus Confess. lib. 10. c. 31. locustis in cibum vsum fuisse. Beda.c. 14. de locis sanct. locustas prodit notissimas esse in Palæstina, quæ corpusculis in modum digiti manus exiguis & breuibus facile capiæ, coctæque oleo, pauperem victum parent. Euthymius easdem solitas exsiccari fumo, & sic comedi, habereq́; malum odorem,& grauem gustum. Plutarch. in Sympolio, & Aristophanes in Acharnan. locustas cibo fuisse aiunt. Leuit. 11. Moses inter munda animalia quibus vesci licet numerat. Origen. homil. 11. in Lucam.Hilar. can. 2. Ambros. lib. 2. in Lucam cap. 3. Scio tibi quantiuis esse B. Ioann. Chrysostom. Sic ille ad cap. 3. Matth. homil. 10. οὗτος δὲ ὅλον τὴν ἔρημον ᾤκησεν ἐκ σπαργάνων αὐτῶν, &c. οὔτε στέγης, οὔτε κλίνης, οὔτε τραπέζης, οὔτε ἄλλου τινὸς ἐδεήθη, ἀλλὰ ἀγγελικόν τινα βίον ἐν τῇ σαρκὶ ταύτῃ ἐπεδείκνυτο. πῶς ἐν τοῖς χειμῶσι, πῶς ἐν τοῖς καύμασι διετρίβεν ἐπὶ τῆς ἐρημίας, καὶ ταῦτα ἐν ἁπαλῷ σώματι, καὶ ἀώρῳ ἡλικίᾳ. Ille toto vitæ tempore à cunabulis desertum incoluit: quod tu, Casaubone, negas: non eguit tecto, lecto, mensa, neque alia re, sed vitam quandam angelicam in carne hac agebat, qui potuit frigus & æstum pati in deserto, cum tenero corpusculo esset, ac immatura ætate. Galenus Comment. 2. in Aphoris. Hippoc. inter cibos qui tardissime alunt recenset κοχλίας, σπονδύλους θαλαττίους, ἀκρίδας. Cochleas, spondylos marinos, locustas. Nicophon apud Athæneum vilissimum describens victum, ἄνθ' ἱδίῳ ταυτὶ τὰ πονηρὰ ἐρινάδια, σέρφους, ἀκρίδας, πάρνοπας. Quas comedit malas auiculas, serphos, locustas, parnopas. Theophylactus in epist. cuius est initium τὸ ποίμνιον, ἐκπλαγχθεὶς τῆς τρυγίας λαμπρῶς· ἰσχάδες γὰρ ἦσάν μοι, καὶ ἀκρίδες τὰ ὄψα. ὁ δὲ θαυμάσιος οὗτος νεανίας τῶν ἰσχάδων τὰ πλεῖστα ἐκβέβρωκε, καὶ τὰς ἀκρίδας οὐκ οἶδ' ὅπως ἐξερρόφησεν. οἱ δὲ τρύγας ἐκεχήνει. Heri splendide vappam, & fœculentum vinum obduxi. Erant enim mihi ficus & locustæ. Iuuenis autem iste mirabilis ficus maximam partem comedit,& locustas nescio quomodo deglutierit. Vappa autem & fœculentæ vini reliquiæ dehiscebant, & exhauriebantur. Mel verò syluestre in Palæstina copiosum fuit, Vnde Exod. 3. 13. 33. & Leuit. 20. Num. 13. vocatur terra lacte & melle manans. 1. Reg. 14. Ionathas mel degustauit, quod è rupe fluebat. Isidorus Pelusiota epist. 132. lib. 1. ἀκρίδας, ἀκρόδρυα esse putat, mel syluestre, mel montanum, quod ab agrestibus apibus stipatur, amarum, & palato insuauc. Quod desertum in quo Ioannes prædicauit, fuisse putas montana Iudææ, in quibus Zacharias pater eius, & Elisabeth habitabant Luc. 1. tibi assentiri non possum. Cùm desertum illud Iudææ fuisse dicatur circa Iordanem fluuium inter ortum & Boream, in extrema parte Aenon & Salim, vbi Ioannes baptizauit Ioann. 3. ver. 24. Certè cùm desertum scripturæ absolutè vocant, Iudææ desertum accipiendum est, Matt. 4. & 11. & 13. Marci cap. 1. Luc. cap. 1. & 3. Nisi circunstantiæ aliud designent. In Palæstina plura alia fuere deserta, desertum Idumææ ad meridiem 4. Reg. 3. Desertum Pharan 1. Reg. 25. Desertum Ziph, & desertum Maon illi vicinum vtrumque procul ab Hierusalem. 1. Reg. 23. Desertum Engaddi, 1. Reg. 24. Rectè autem Baronius Illustrissimus, & piè sentit solitariæ vitæ exemplum ab Helia, ab Essenis, à Ioanne Baptista petitum, quos à ciuilium negotiorum fluctibus in solitudinem, veluti in portum se recepisse,& pietatis studiis totos incubuisse obscurum non est. De illis Esaias cap. 51. ponet desertum suum quasi delicias, & solitudinem eius, quasi hortum Domini, gaudium inuenietur in ea. Fuerunt iam inde ab ipsis Ecclesiæ cunabulis, hodiéque sunt sanctissimi viri ciusdem instituti sectatores Chartusiani, Cappucini, Dominicani, Franciscani, Bernardini, Iesuitæ, qui virtutum omnium exemplo cæteris prælucent, & veterum Patrum innocentiam, ac sanctitatem æquis passibus sequuntur. Non inficias iuerim aliquos patum instituti sui diligentes inueniri. Sed aut nusquam gentium viros summa integritate & sanctimonia, aut in monasteriis reperias. Nemo est apud transfugas, qui gustum vel leuissimum veræ pietatis vnquam habuerit qui aliquo deuotionis sensu ductus sit. Cædes, incendia, proditiones ex officina vestra prodeunt, in conciliabulis vestris ipsæ preces bella loquuntur, conciones suadent, colloquia quasi flabello ventilant & accendunt. Quod eleuas miraculi fidem de quo Gregorius Turonens. lib. de gloria martyr. cap. 17. scribit, solens more tuo facis. Crederes, si apud Athęneum legeres. De Petri merito quod Illustrissimus Baronius affert, habet astipulatores Epiphanium Hær. 51. ἐπεὶ θεὸς ἐστιν εἰδὼς τὰς κλίσεις καρδιῶν, καὶ γινώσκων ὡς ἐν πρώτοις ἐστὶν ἄξιος· ταχθεὶς ἐξελέξατο τὸν πέτρον ἀρχηγὸν εἶναι τῶν αὐτοῦ μαθητῶν. Quia Deus videt inclinationes cordium, sciens quis principem locum tenere mereretur, elegit Petrum ducem esse suorum Apostolorum. Fateor tamen prædestinationem, ac vocationem à mera Dei gratia esse, illum in Petro dona sua coronasse, vt ait Augustinus, in merito Christi nostra omnia merita fundari, qui non modò ipse meritus est, verum & dedit, vt eius gratiæ ope mereremur. συνεργοὶ γάρ ἐσμεν, cooperatores sumus gratiæ

Dei

Dei, ait Paulus 1. Cor. 111. εἰς τὸ καταξιωθῆναι ἡμᾶς τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ. vt digni efficiamur regni Dei. Ecclesiast. 16. Iustitia vnicuique faciet locum secundum meritum operum suorum. Appolinar. Psal. 61.

πᾶσι σὺ μισθὸν ἄναξ ὀπάσεις ἀντάξιον ἔργων.

Omnibus tu Deus mercedem reddes operibus dignam. Chrysost. de Periurio, τοῦτο ἡμῖν κόσμος ἔσται, καὶ ἀσφάλεια οὐχ ὁμνύειν, ἀλλὰ καὶ μισθὸν οἴσει πολύν. Non iuuare nobis erit ornamentum & securitas, verum & multam affert mercedem.. οὐχ οἰκείων κατορθωμάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἑτέροις κατορθωμένων ἀντίδοσιν ληψόμεθα μεγίστην. Non modo mercedem eorum quæ ex virtute egerimus, verum & eorum quæ alij bene egerint accipiemus. Deus eam iniecit mentem Petro, vt testimonium Christo daret, sed & Petrus assensum Deo præbuit, & cum eius gratia cooperando princeps eligi Apostolorum meruit. Nolim tamen improbare quod ab Hieronymo dictum est lib. 1. contra Iouinianum. Propterea inter duodecim Apostolos vnus eligitur, vt capite constituto schismatis tollatur occasio. Sed cur non Ioannes electus est virgo? ætati datum, quia Petrus senior erat. Eiusdem enim rei plures causas afferunt Patres. Optatus lib. 7. principatum Petro datum ait, vt vnitatis firmaretur negotium. Prouisum est vt peccator aperiret innocentibus, ne innocentes clauderent contra peccatores, & quæ necessaria est vnitas esse non posset. Sed in hoc argumentum à nobis alio loco plura dicta sunt.

AD CAP. XIII. EXERCITAT. XIII.

DE Petri nomine inquitis, quod ab ipso Christo inditum est, quando primum à fratre Andrea Simon deductus est ad Dominum, narrante Ioanne, Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Laudo Iustini verba in Dial. cum Thryphone. τῷ λέγειν μετωνομακέναι αὐτὸν πέτρον &c. σημαντικὸν ἦν τοῦ αὐτὸν ἐκεῖνον εἶναι, δι' οὗ καὶ τὸ ἐπώνυμα Ἰακὼβ τῷ Ἰσραὴλ ἐπικληθέντι ἐτέθη. Dicendo se ei nomen Petri imposuisse, significabat se eundem illum esse, per quem Iacobo cognomen Israelis impositum fuerat. In appellatione Cephæ latere mysterium agnoscis, sed mysterium illud oculo cœcutiente cernis, manu errabunda palpas. Hoc tamen verbum à te veritas expressit. Petro in cuius humeros præcipua quadam cura incumbebat ædificandæ domus Dei propter fidei propagationem nomen mutatum, vt è Simone Cephas, aut certe Simon Petrus appellaretur. D. Augustinus, siue is est, Ambrosius serm. de Cathedra Petri, denique pro soliditate deuotionis Ecclesiarum petra dicitur, sicut ait Dominus, Tu es petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Petra enim dicitur eo quod primus in nationibus fidei fundamenta posuerit, & tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem, molémque contineat. Petra ergo pro deuotione petrus dicitur, & petra pro dignitate Dominus nuncupatur, sicut ait Apostolus, bibebant de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus, recte consortium meretur nominis, qui consortium meretur & operis, petrus fundamentum ponit, petrus plantat, Dominus incrementum dat, Dominus irriguum subministrat. Idem serm. de sanct. 19. petrus dignus qui ædificandis in domo Dei populis petra esset ad fundamentum, columna ad sustentaculum, clauis ad regnum. Syriaca lingua Cephas non petrum, sed petram significat. Locus quem ex Chrysostomo affers, ostendit deuotionem & ardorem caritatis ac fidei in Christum effecisse, vt cæteris Apostolis præficeretur. ad cap. 2. epist. ad Galat. Prius necessario dicendum est de ea quam Petrus solitus vsurpare loquendi libertate, & quomodo semper omnibus discipulis præiuerit, quid respondendum esset, sicque illis quodammodo insultauerit. Quippe nomen inde sumpsit propter fidem quæ flecti, aut euerti non poterat, διὰ τὸ ἀκλινὲς καὶ ἀπερίτρεπτον τῆς πίστεως. Et cum in commune omnes interrogarentur, ille præ cæteris exsiliens ait, Tu es Christus. Idem Homil. in principium Actor. αὐτὸ τὸ πέτρον κληθῆναι ἀπὸ ζήλου πεπυρωμένου ἔλαβε τὴν ἀρχήν. Illud ipsum quod petrus appellatus est ab ignito zelo initium habuit, qui meruit vt principatus ei deferretur. Idem ad eos qui ad synaxin non veniunt, τὸ γοῦν πέτρον ἀπὸ τῆς ἀρετῆς οὕτως ἐκάλεσε, τὴν ἀπόδειξιν τῆς περὶ τὴν πίστιν στερρότητος ἐναποτιθέμενος αὐτοῦ τῷ ὀνόματι. petrum è virtute ipsius sic nominauit, demonstrationem ipsius nomini indens firmitudinis circa fidem. At in virtute & firmitudine fidei est meritum. Quod negas petro Chrysostomum vllam supra cæteros prærogatiuam tribuere, falso negas, cum eum initio ep. ad Rom. τὸν κορυφαῖον τῶν ἀποστόλων vocet principem Apostolorum. Quæris cum Christus dicatur petra, petrus item petra, ὁμωνύμως dicantur, an συνωνύμως, an παρωνύμως, vniuoce dici negamus, quia petra Christus Deus est, lapis primarius natura, instituto, merito, petra petrus est

homo natura, instituto Christi vicarius, primarius lapis visibilis, vt Christus primarius lapis inuisibilis, qui cum vicario suo nomen, & auctoritatem delegatam communicauit. Fateris ipse disertissimis verbis pag. 266. Petrum ex rei veritate Petram & fundamentum vocari posse. Si ex rei veritate Petrus Ecclesiæ fundamentum appellari potest, cur Deo hac appellatione iniuriam fieri contendis, cur maiorem blasphemiam esse ais, quam vt in ore cuiusquam ferri debeat, cum in tuo ore reperiatur. B. Augustinum audi, Petra ergo pro deuotione Petrus dicitur, & Petra pro virtute Dominus nuncupatur. Tertul. contra Marcion. lib. 4. c. 13. Sed cur de Simone Petrum. Si ob vigorem fidei multæ materiæ solidæ nomen de suo accommodarent. An quia & Petra, & lapis Christus. Itaque affectauit carissimo discipulorum de figuris suis peculiariter nomen communicare, puto proprius quam de non suis. Leo magnus serm. 3. in Anniuersar. assumpt. suæ. Cum ego sim inuiolabilis Petra, ego lapis angularis, qui facio vtraque vnum, ego fundamentum, præter quod nemo potest aliud ponere, tamen tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris, vt quæ mihi potestate sunt propria, tua sint mecum participatione communia. Et super hanc Petram ad Eccles. m. super hanc fortitudinem, æternum exstruam templum. Bene est quod ait p. 268. Quia ad iacienda Ecclesiæ fundamenta Christus Petro vsus est, tanquam excellente præ multis instrumento, mirum non est tribui instrumento, quod proprie Christo vere efficienti causæ conuenit. Ita Chrysostomus Petrum appellat κρηπῖδα ἐκκλησίας. B. Ambrosius serm. de Petro & Paulo. Optima Apostolorum nomina Petra & vasculum, necessaria domui Saluatoris. Petra ad firmitatem ne labantur sustentat populos, vas ad custodiam ne tententur operit Christianos. Frustra Tertulliani verba, mentemque lib. 4. in Marcionem c. 13. torques: diserte enim Tertullianus ait Christum qui Petra est, Simoni ob vigorem fidei peculiariter nomen suum communicasse, & Petram appellasse. Vrges ex verbis B. Ioannis c. 1. v. 43. Cephas ὃ ἑρμηνεύεται πέτρος. Admitto. Sed vox πέτρος proprie apud Græcos significat Petram. Nec enim ante B. Ioannis ætatem aliter vox illa vnquam accepta est. Indignaris Optatum, Anacletum, Vigilium, Innocentium, vocem κιφας, à voce græca, κεφαλη, deriuasse. Tua illa indignatio Christum Dominum petit, cuius sapientia nomen Cephæ, Simoni dedit, quod Petram apud Hebræos significaret, & à græca voce ductum, κεφαλῆς, caput notaret. Decretalem tertiam Anacleti falsam appellas, falsam esse non probas. Facile tibi est imponere. B. Hippolytũ audio, libro de consummatione sæculi. princeps Petrus fidei Petra quem beatum iudicauit Christus Deus noster. Ille doctor Ecclesiæ, ille primus discipulorum, ille qui regni claues habet. Indignissime laceras Turrianum & Maldonatum viros probos, & longè Doctissimos, quos vt absoluta pietatis ac eruditionis exemplaria, & Ecclesiæ Catholicæ clarissima lumina omnes intuentur. De Architriclino quod norat Gaudentius tractatu 9. egregium est, Nuptiæ apud Iudæos cum fierent, vnum aliquem fuisse de sacerdotali ordine, qui morem disciplinæ legitimæ gubernaret, euramque pudoris ageret coniugalis simul, & conuiuiorum apparatum, ministros, atque ordinem dispensaret, & hoc pro officio architriclinus, hoc est, triclinij præpositus diceretur. Apud Athenæum lib. 10. Oenoptæ fuere, vilis magistratus, qui ea quæ in vino fierent dispicerent, vnde & oculi vocati. Apud eundem l. 2. fuere ὀνομακλήτορες τῶν δείπνων ταξίαρχοι, nomenclatores, designatores, qui conuiuis locum accubitionis assignarent. ἀναστάντες ἀνεκλίθημεν ὡς ἕκαστος ἤθελεν οὐ περιμείναντες ὀνομακλήτορα τῶν δείπνων ταξίαρχον. Architriclinum Theodoretus lib. 4. Hist. Eccles. τῶν βασιλικῶν προμηθούμενον ὄψων vocat, obsonorium regiorum prouisorem, cuius fuit curare iusculorum conditutam, τῶν ζωμῶν καρυκείας φροντίζειν. Archimagirus dicitur in sacris literis. Pollux li. 6. τραπεζοποιούς, τραπεζοκόμους, ἀρχιμαγείρους, τομεῖς, commemorat. Latini structores. Hesychius, μάστακας dictos ait τοὺς κορυφαίους τῶν μαγείρων. Athenæus, ἐδέατρον τὸν ἐπιστάτην τῆς ὅλης διακονίας τραπέζης ἀπὸ τοῦ ἔδω, ait Eustathius, qui præest ministerio mensæ, τὸν ἐπὶ τῆς τραπέζης Constantinus Porphyrogenneta vocat, mensæ præfectum. Hesychio, τραπεζοποιὸς ὁ τῆς πάσης περὶ τὰ συμπόσια παρασκευῆς ἐπιμελούμενος. Trapezopœus qui curat omnem apparatum conuiuij. Opinor is est architriclinus. Quæ de structura templi Hierosolymitani per 46. annos continuata ex Iosepho Scaligero scribis, id ipsum Illustris. Baronius scripserat, vnde scalpellum ei à te non fuit infigendum.

AD CA

AD CAPVT XXIV.

ILlustriss. Baronius ex Euodio episcopo Apostolorum discipulo apud Nicephorum lib. 2. cap 3. solum Petrum Christi manibus baptizatum esse scribit, à Petro, Andream & filios Zebedæi. Tu Nicephorum auctoritatem desugere ais. Astipulatorem laudat ille Clementem Alexand. lib. v. Hypotyposeon apud Sophronium in Prato spirituali cap. 76. Non pluris est apud te vel Clemens Alexand. vel Sophronius, quàm palearum cassa. Si fidem scriptorum omnium qui tecum non sentiunt eleuare tibi licet, & tantum naso tuo tribuis, nullus rhinoceros tanto naso fuit, nulla nasitetna. B. Ioannes cap. 4. Euangelij sui, Iesum non baptizasse ait, sed discipulos eius. Quod negas quenquam omnino à Christo baptizatum, vide an bene neges, cùm Ioannes cap. 3. scribat: Post hæc venit Iesus & discipuli eius in terram Iudæam, & illic demorabatur cum eis, & baptizabat. Dices sat scio, Christum non suis, sed Apostolorum manibus baptizasse audio, sed Petrum Christi manibus baptizatum Patres asserunt. Omnino vnum aliquem ex Apostolis Christi manibus baptizatum esse oportet, à quo reliqui deinde tingerentur. Aenon & Aenan diuersa fuisse loca propter Iordanem bene probas. Agnoscis tandem merito mendacij argui ab Illustriss. Baronio Iosephū. Imponis Baronio cū ais, eum defendere Hierosolymitanos iudice Ptolomæo aduersus Samaritas causam obtinuisse, quòd perpetuam Pontificum successionem probassent. Scribit enim Baronius Iudæos contendisse iuxta Mosis præcepta Hierosolymitanum templum legitimum, mox ait, Andronicum orsum esse, ex lege ostendisse continuam Pontificum successionem, & donatia. Quod autem successionem Pontificum in Ecclesia Catholica respuendam putas, solam doctrinæ successionem amplectendam, fallit te augurium tuum. Tertullianum audi lib. de præscrip. Cedant origines ecclesiarum suarum, euoluant ordinem Episcoporum suorum ita per successionem ab initio decurrentem, vt primus ille Episcopus aliquem ex Apostolicis viris habuerit auctorem. Hoc enim modo Romanorum Ecclesia Clementem à Petro ordinatum refert. D. Epiphanius hæresi 27. quæ & 7. dicitur, *ὅμως ἡ τῶν ἐν ῥώμῃ ἐπισκόπων διαδοχὴ ταύτην ἔχει τὴν ἀκολουθίαν. πέτρος καὶ παῦλος, λῖνος, καὶ κλῆτος, κλήμης, εὐάρεστος, ἀλέξανδρος, ξύστος, τελέσφορος, εὐάρεστος, ὑγῖνος, πῖος, ἀνίκητος, ὁ ἄνω ἐν τῷ καταλόγῳ προδεδηλωμένος, καὶ μήτις, θαυμάσῃ, ὅτι ἕκαστα οὕτως ἀκριβῶς διήλθομεν. διὰ γὰρ τούτων ἀεὶ τὸ σαφὲς δείκνυται.* per hanc successionem, inquit, verum ostenditur. Ita & D. Irenæus lib. 3. cap. 3. enumerat omnes Romanos Episcopos a Petro vsque ad Eleutherium, qui suo tempore sedebat, & dicit per hāc successionem consundi omnes hæreticos. August. ep. 165. & Psal. contra partem Donati. Numerate Sacerdotes vel ab ipsa sede Petri, & in ordine illo patrum quis cui successerit videte. Optat. lib. 2. vos vestræ Ecclesiæ originem ostendite, qui vultis vobis sanctam Ecclesiam vindicare. Sed Gregorius Nazianzenus in Epitaphio Athanasij dixit, *κυρίως ἀποληπτέον διαδοχὴν τῆς εὐσεβείας, οὐ τῆς προεδρίας.* Existimanda illa propriè successio, quæ est pietatis, non quæ est præpositurae. Vtinam tam bene Ecclesiæ Christianæ fieret, vt stare successioni doctrinæ, quæ ex veterum patrum scriptis agnoscitur, velletis. Sed vbi vestri errores è veterum libris, & primitiuæ Ecclesiæ fide, reuincuntur, ilico exclamatis, patres homines errandi conditione natos fuisse, Ecclesiam errare, deficere posse. Beatus Augustinus libro 2. in Iulianum, Quod inuenerunt in Ecclesia, tenuerunt, quod didicerunt, docuerunt, quod à patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt. Ephesino Concil. pag. 242. *ἑπόμενοι δὲ μᾶλλον ταῖς τῶν ἁγίων πατέρων ἀνεπιλήπτοις δόγμασι τῆς πίστεως ἔκθεσιν ἣν οἱ τρισμακάριοι πατέρες ἡμῶν ἐν ἁγίῳ πνεύματι λαλοῦντες ὥρισαν.* In epistola Cerealis Primatis Africæ, qui vult errore liberari, patrum vestigiis insistat, non ductum sequatur sui sensus, vt Ecclesiæ fidem à patribus ad nos deductam probet. Nicephorus patriarcha Constantinop. sub Leone Isaurico, *καὶ πάντων τῶν ἐκκρίτων πατέρων τὰ δόγματα, καὶ ποιήματα ἀσπάζομαι, ὡς διδασκαλίαν ἀνεπίληπτον, καὶ σωτηρίας θεμέλιον, καὶ ὡς ἡ καθολικὴ ἐκκλησία προσίεται ἀποδέχομαι, καὶ ὡς ἀποτρέπεται ἀποστρέφω.* Et omnium patrū eximiorū dogmata. & scripta amplector, vt doctrinam quæ reprehendi nequit, & salutis fundamentum. Concilio Ephes. p 120. In Concilium ferunt patrum scripta ex quibus cōtrouersias decidant. Quod autem negas successionem Pōtificum ab Ecclesiæ exordio legitimè conseruatā, atq; custoditā temerè negas. Et si quorū vita inter eos minus Apostolica fuit, doctrina tamē verè semper Apostolica fuit, si vim quę ab Imperatoribus allata est demas, nullus ex eo numero non legitimo ordine decessoribus suis successit. Intemperātia styli tui tribuendū est quod Bonifacios, Sergios, Hildebrandos orbis terrarum titiones & faces vocas. Lutheri tui, Caluini, Bezæ, Petri Martyres verè titiones & faces orbis terrarum habendi sunt, qui Germa-

niam, Poloniam, Galliam, Flandriam vastitate, incendio, bellis internecinis fœdarunt, Ecclesias Deo dicatas solo adæquarunt, in virgines Sacerdotes, religiosos tam impotenter sæuierunt, vt barbaræ immanitatis vestigia vbique compareant. Cineres adhuc calent, fumus nondum euanuit. In Anglia quæ carnificina, quanta suppliciorum sæuitia in pios omnes grassata est. Sed è diuerticulo in viam redeamus: *Βασιλικὸς* ille cuius filius infirmabatur Capharnaum, Ioan. 4. bene vertitur ab Hieronymo palatinus, bene à te aulicus.

AD CAPVT XXXI.

NE tui sis dissimilis *θεότευκτον* imaginem à Christo ad Abagarum missam præfracte negas, & Euagrium lib. 4. cap. 26. Nicænam Synod. 2. Ioann. Damascenum lib. 4 cap. 17. Nicephorum lib. 2. cap. 7. Metaphrasten & alios plerosque titiuillitij non facis. Inuito tibi quæ vera sunt persuaderi non posse sat scio. Idem te fidei vitio plurimum falli plus satis scio. Sed vt illa imago verè à Christo facta esset, negas ei venerationem quæ hodie defertur, exhibendam. Hoc primum vinco, ab Ecclesia primitiua rerum sacrarum imagines probatas. Tertullianus lib. de pudicitia in calice pastorem pictum ait humeris ouem gerentem. Euseb. lib. 7. cap. 18. Petri & Pauli imagines in coloribus pictas asseruari. *τὰς εἰκόνας διὰ χρωμάτων ἐν γραφαῖς σωζομένας.* Chrysostomus orat. in S. Meletium. *ἀλλὰ καὶ πολλοὶ αὐτὸν τοῦ σώματος τύπον πολλοῦ ἐπαθέτε· ὅπερ γοῦν ἐν ὀνόμασιν ἐποιήσατε, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς εἰκόνος ἐπεδείξατε τῆς ἐκείνου· καὶ γὰρ ἐν δακτυλίων σφενδόναις, καὶ ἐν ἐκπώμασι, καὶ ἐν φιάλαις, καὶ ἐν θαλάμων τοίχοις, καὶ πανταχοῦ τὴν εἰκόνα τοῦ ἁγίου ἐκείνου διεχάραξαν πολλοί.* Sed ad ipsam etiam corporis figuram tantum affecti eratis. Gregorius Nazianz. epist. 49. ad Olympium præfectum, Diocæsareæ circa templum statuas fuisse ait, *ὅτι ναὸς ὃν ἐγείραμεν τῷ θεῷ, καὶ ἡ περὶ τοῦτον ἡμῶν φιλοκαλία, οὐδὲ γὰρ οἱ ἀνδριάντες κατενεχθήσονται τοῦτο δεινόν, εἰ καὶ ἄλλως δεινοί.* D. Basilius de S. Barlaam. *ἀνάστητέ μοι νῦν, ὦ λαμπροὶ τῶν ἀθλητικῶν κατορθωμάτων ζωγράφοι, τὴν τοῦ στρατηγοῦ κολοβωθεῖσαν εἰκόνα ταῖς ὑμετέραις μεγαλύνατε τέχναις. ἀμαυρότερον παρ' ἐμοῦ τὸν στεφανίτην γραφέντα ταῖς τῆς ὑμετέρας σοφίας περιλάμψατε χρώμασι ἴδω φαιδρότερον ἐπὶ τῆς ὑμετέρας τὴν παλαιστὴν γεγραμμένον εἰκόνος, ἐγγραφέσθω τῷ πίνακι, καὶ ὁ τῶν παλαισμάτων ἀγωνοθέτης Χριστός.* Exsurgite nunc ô clari victoriarum athleticarum pictores, imaginem mutilatam ducis, vestris artibus magnificate, vestris coloribus illustrate, coronatum victorem à me obscurius depictum, videam illustrius in vestra imagine luctatorem expressum, in tabula eadem expingatur Christus Agonotheta, & munerator certaminum. Verba Chrysostomi sic latine redde. Quod igitur in nominibus fecistis, hoc & in eius præstitistis imagine. Etenim in palis annulorum, & in poculis, & in phialis, & in thalamorum parietibus, & vbique sanctam illam imaginem multi expresserunt. Nazianzeni verba: Et templum quod excitauimus Deo, & omne nostrum studium in eo exornando. Non enim, & si statuæ sanctis positæ deiicientur, illud erit graue & intulerandum, licet alioqui sit graue. Prudentius de S. Cassiano.

Erexi ad cælum faciem, stetit obuia contra
Fucis colorum picta imago martyris.

Basilius capite 18. de S. Spiritu ad Amphilochium, vt qui iniurius est in Filium, Iniurius est in patrem, *οὕτω καὶ ὁ μὴ τιμῶν τὴν εἰκόνα, οὔτε τὸ εἰκονιζόμενον τιμᾷ.* Ita qui non honorat imaginem, non honorat exemplar. Athanasius quæst. 39. *τοῦ θεοῦ διὰ τῶν προφητῶν ἐπιτρέποντος μὴ προσκυνεῖν χειροποίητα;* Cum Deus per prophetas vetet adorare opera manuum hominum, cur adoramus imagines & crucem opera fabrorum, cuiusmodi sunt idola? Nos fideles, non vt Deos adoramus imagines, quod ethnici faciunt. Absit: sed solummodo affectum & amorem erga prototypum & exemplar imaginis significamus. Imagines salutamus & honoramus, vt Iudæi olim tabulas legis lapideas, & duo illa Cherubin quæ ex auro sculpta erant, adorabant.

AD CAPVT XXXII.

PRiuilegia quæ B. Petro Illustrissimus Baronius à Christo concessa esse defendit, vehementius exagitas, quasi hoc vnum ex composito agat, vt omnipotentiam Romani Pontificis stabiliat, & ad Monarchiam totius terrarum orbis ei viam moliatur. In primis asseris, Ioannem Christo cariorem fuisse quàm Petrum, quia virgo, Apostolus, Euangelista, & Propheta, Petrus tantum Apostolus. Respondemus vt matres filiis tenerioribus clariora sui amoris

amoris iudicia exhibent, quàm adultis, ita & Christum Ioanni adolescenti virgini apertiora sui amoris iudicia dedisse, quàm Petro. Quod ais nouam appellationem frustra trahi in argumentum primatus Petro concessi, cum Abrahamo, Saræ, Israeli, filiis Zebedæi noua nomina Deus imposuerit, nec tamen primatus dederit, verum esse inficias non iuerim, quoties noua nominis impositione principatus ille non significatur, aut constituitur. At in Petro contra se res habet, cui noua nominis impositio fundamentum Ecclesiæ ac principatum detulit, cùm Cephas Petram Hebræis, κεφαλὴ caput Græcis significet. Non autem sequitur ex eo quod Petrus Ecclesiæ caput est ei terrarum orbis imperium ciuile quod tu per ludibrium infers, delatum esse. Id enim nemo qui aliquid sapit tenet, nemo defendit, sed spiritale tantum imperium delatum est. Alterum quod notatur ab Illustriss. Baronio non temere factum esse tute fateberis, vt cum duæ naues in ripa essent, in nauim quæ ipsius Simonis erat, Dominus ascenderit, quam pro pulpito habuerit ad docendas turbas. Bene est tamen, quod fateris diuinam sapientiam B. Petrum augusto ministerio ponendi fundamenta Ecclesiæ elegisse. Tertium quod expendit Illustriss. Baronius est, Eandem Petri nauim mox in altum duci, & ingenti piscium multitudine onerari Christum iussisse. Iterum hic mihi candor tuus mirifice placet, eum ais, Neque tamen negamus inter Apostolos excelluisse Petrum, ita nimirum vt in augusto senatorum consessu excellit is qui est, & dicitur princeps senatus, siue præses. Principem igitur Apostolici senatus Petrum agnoscis, cui soli cum tamen filij Zebedæi in eadem naue essent, Christus dixerit, ex hoc iam homines eris capiens.

AD CAP. XXXIII.

QVod Illustriss. Baronius ex Epiphanio aduersus Ebionæos hær. 30. posuerat, signi crucis virtute mulierem Christianam à lasciuo iuuene liberatam, negas Epiphanium scripsisse id virtute signi crucis effectum. Vt te mala manu verba patrum tractare appareat, subiiciam verba Epiphanij de thermis Gadarenis, κατὰ συγκυρίαν δὲ γυνή τις ἐλευθέρα ἐτύγχανεν ἐν τῷ λουτρῷ, κάλλει διαπρέπουσα εὐμορφίας· καὶ ὁ νεώτερος θελχθεὶς τῷ ἔθει τῆς αὐτοῦ ἀκολασίας ἐξιὼν ἐν τῷ ἀέρι παρέτριψεν αὐτοῦ τὴν πλευρὰν τῇ πλευρᾷ τῆς γυναικός· ἡ δὲ ἑαυτὴν ἐσφραγίσατο εἰς ὄνομα χριστοῦ, ἐπειδὴ χριστιανὴ οὖσα, ᾗ οὔτε ἀνάγκη ἦν παραγενομένῃ, καὶ ἀνδρογυναίοις λούεσθαι &c. ὅμως ἵνα δείξῃ ὁ θεὸς τὰ αὐτοῦ θαυμάσια, τοῦ ἐπιχειρήματος τὸ μειράκιον ἀπέτυχε· ὡς οὖν οὐ κατίσχυσαν οἱ γόητες, διὰ γὰρ τῆς σφραγῖδος τοῦ χριστοῦ, καὶ πίστεως ἐβοηθήθη ἡ γυνή. forte fortuna erat mulier libera in balneo, forma excellens. Et iuuenis quidam consuetudine suæ intemperantiæ exiens sub dium, latus suum attriuit lateri mulierculæ. Illa se ipsam signauit signo crucis in nomen Christi, vt Christiana, cui necesse non erat perperam agere, & impudice cum viris lauari. Tamen vt ostenderet Deus mirabilia sua iuuenis voti compos factus non est. Cum enim muneribus primum, deinde magicis artibus eam tentasset, eis res præter animi sententiam successit. Vt autem nihil potuere magi, quia mulier per signum crucis Christi & fidem adiuta est. Intelligis, Casaubone, te imposuisse Baronio, & mala fide verba Epiphanij dissimulasse quibus aduersus magorum artes per signum crucis & fidem mulierem tutam fuisse scribit. Non debueras tacere verba Epiphanij, vt Illustriss. Baronio per calumniam falsi crimen intenderes. Quod ais fidem Christianam non ferre, vt aliqua signo crucis, propria virtus miracula efficiendi tribuatur, fugit te ratio: non enim signum crucis nudum, sed fides in Christum qui pependit in ligno per signum crucis miracula patrat. Quod luculenter indicat Chrysostomus in sermon. μὴ ἐπαισχυνθῶμεν ὁμολογεῖν τὸν τίμιον σταυρόν, μηδεὶς τοίνυν αἰσχυνέσθω τὰ σεμνὰ τῆς σωτηρίας ἡμῶν σύμβολα, καὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν, δι' ὃ ζῶμεν, καὶ δι' ὃ ἐσμέν, ἀλλ' ὡς στέφανον, οὕτω περιφέρωμεν τὸν σταυρὸν τοῦ χριστοῦ· πάντα διὰ τοῦ σταυροῦ τελεῖται καθ' ἡμᾶς, κἂν ἀναγεννηθῆναι δέῃ σταυρὸς παραγίνεται, κἂν τραφῆναι τὴν μυστικὴν ἐκείνην τροφήν, κἂν χειροτονηθῆναι πανταχοῦ τὸ τῆς νίκης ἡμῖν παρίσταται τὸ σύμβολον, καὶ ἐν οἰκίαις, καὶ ἐπὶ τῶν τοίχων, καὶ ἐπὶ τῶν θυρῶν, καὶ ἐπὶ τοῦ μετώπου, καὶ ἐπὶ τῆς διανοίας μετὰ πολλῆς ἐπιγράφωμεν σταυρὸν σπουδῆς, οὐ γὰρ ἁπλῶς τῷ δακτύλῳ ἐγχαράττειν αὐτὸν δεῖ, ἀλλὰ πρότερον τῇ προαιρέσει μετὰ πολλῆς τῆς πίστεως, καὶ οὕτως ἐντυποῦν αὐτὸν τῇ ὄψει. οὐδεὶς ἰσχὺς σε στῆναι δυνήσεται τῶν ἀκαθάρτων δαιμόνων ὁρῶν τὴν μάχαιραν ἐν ᾗ τὴν πληγὴν ἔλαβεν· ὁρῶν τὸ ξίφος ἐν ᾧ τὴν καιρίαν ἐδέξατο· εἰ γὰρ ἡμεῖς τόπους ὁρῶντες ἐν οἷς τέμνονται οἱ καταδίκοι φρίττομεν, ἐννόησαι τί πείσεται ὁ διάβολος τὸ ὅπλον ὁρῶν δι' οὗ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν ἔλυσεν ὁ χριστός, καὶ τὴν τοῦ δράκοντος ἀπέτεμε κεφαλήν. Neminem pudeat venerabilia salutis nostræ signa testificari, & quod caput est bonorum omniũ nostrorum per quod viuimus & sumus. Sed vt coronam ita circumferimus crucem Christi. Etenim per crucem omnia perficiuntur quæ ad salutem faciunt, & si regenerari oportet, crux adest, & si ali mystico illo cibo, & ordinaticle

ri clericos,& aliud quodcumque facere,vbique victoriæ nostræ signũ præsto est.Ideo in domibus,in parietibus,in ianuis,in fronte,in cogitatione cum magno studio crucem inscribimus. Non enim simpliciter digito exsculpere crucem oportet, sed ante instituto ac consilio nostro cum multa fide, & ita insculpere signum illud oculis. Nullus dæmon impurus prope consistere poterit, videns ensem, quo vulneratus est. Videns ensem quo lethali ictu confossus est. Si enim nos videntes loca vbi capite truncantur damnati horremus, cogita quid pati diabolum æquum sit, cum arma videt quibus omnis eius virtus soluta est à Christo qui Draconis abscidit caput. Orat. a. εἰς τὰ βαΐα· ὃ δένδρον μακάριον, ὃ βασιλεῖς τιμῶσι, καὶ ἔπαρχοι, καὶ ὕπαρχοι σέβονται, ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες, καὶ πᾶσα φύσις, καὶ κτίσις ἀνθρώπων φυλακτήριον κέκτηται. ὃ δαίμονες φρίττουσι, καὶ διάβολος τρέμει, οἱ ἄγγελοι ὑμνοῦσι, καὶ οἱ οὐρανοὶ εὐλογοῦσι. ô lignum beatum quod reges honorant, præfecti, & toparchæ colunt, virique & mulieres, & omnis natura & creatura hominum vt salutarem custodiam possidet: quod dæmones horrent,& diabolus tremit,angeli laudant, cæli benedicunt.Paulinus hymno 10.S Felicis.

Ipse domum remeans modicum,sed grande salutis
De crucis æternæ sumptum mihi fragmine lignum
Promo,tenensque manu aduersis procul ingero flammis.

In Synodo Trullana ὅθεν καὶ τῷ νῷ, καὶ λόγῳ, καὶ αἰσθήσει τὴν προσκύνησιν τῷ ζωοποιῷ σταυρῷ ἀπονέμοντες τοὺς ἐν τῷ ἐδάφει τοῦ σταυροῦ τύπους ὑπό τινων κατασκευαζομένους ἐξαφανίζεσθαι πάντῃ προστάσσομεν, ὡς ἂν μή τις τῶν βαδιζόντων καταπατήσαι, καὶ τὸ τῆς νίκης ἡμῶν τρόπαιον ἐξυβρίζοιτο. Vnde & mente & ratione, & sensu adorationem exhibentes cruci viuificæ, iubemus deleri figuras crucis, quæ à quibusdam fiunt in solo, seu pauimento, vt ne quis ambulantium conculcet, & in trophæum victoriæ nostræ sit iniurius ac contumeliosus. Michael Choniates, πρὸς τούτοις λέγουσιν, ὡς ὑμεῖς χριστιανοὶ οὕτω τιμᾶτε τὸν σταυρὸν, καθὼς ἄρα καὶ τὸν χριστὸν τιμᾶτε. τοῦτο δέ ἐστι συκοφαντία πρόδηλος· ὁ μὲν γὰρ χριστὸς τιμᾶται παρ' ἡμῶν ὡς θεὸς, ὁ δὲ σταυρὸς ὡς θείας χάριτος μετοχὸν, διὰ τὸν ἐν αὐτῷ σταυρωθῆναι καταδεξάμενον· ἀφ' οὗ δὴ καὶ ἐνήργησε, καὶ καθ' ἑκάστην ἐνεργεῖ πολλὰ θαύματα. Turci ad hæc dicunt, vos Christiani, non minus crucem honoratis quam ipsum Christum.. Hæc est manifesta criminatio.Christus enim honoratur à nobis vt Deus, crux autem vt particeps diuinæ gratiæ, ob eum qui non detrectauit in ea crucifigi. Ex quo fecit, & quotidie miracula facit lib. 1. Cod. tit. 8. Imperatores Theodosius & Valentin. vetant sculpi aut pingi signum crucis humi vel in pariete vel in marmore, ne pedibus conculcetur. Nicephorus Patriarcha Constantinop. καὶ οὐχ ὡς θεοὺς λατρεύομεν, οὐ γὰρ ἔχομεν ἐλπίδας εἰς αὐτάς· καὶ εἰ μέν ἐστιν εἰκὼν τοῦ κυρίου λέγομεν, κύριε ἰησοῦ χριστέ, υἱὲ θεοῦ βοήθησον, καὶ σῶσον ἡμᾶς. εἰ δὲ τῆς ἁγίας αὐτοῦ μητρὸς λέγομεν, ἁγία θεοτόκε μήτηρ τοῦ κυρίου πρέσβευσον εἰς τὸν υἱόν σου. Imagines non adoramus vt Deos, neque in illis spem ponimus. Etsi est imago Domini dicimus Domine Iesu Christe, fili Dei auxiliare & salua nos. Si autem sanctæ eius Matris dicimus, sancta Deipara Mater Domini intercede ad filium tuum pro nobis. S. Athanasius sermon. de filio. ἕως ἂν μὲν ὦσι συνεζευγμένα τὰ δύο ξύλα, καὶ σώζει τοῦ σταυροῦ τὸν τύπον, ὀρθῶς καὶ ἀκριβωμένως προσκυνῶ τὸν σταυρόν. Quandiu duo ligna iuncta sunt ,& figuram crucis seruant recte & exacte adoro crucem. Si ligna dissoluta sunt ea non adoro. Lactantius

Flecte genu,lignumque crucis venerabile adora.

Sedulius li. 5. *Nive quis ignoret speciem crucis esse colendam,*
Quæ Dominum portauit ouans.

Prudentius de vexillis Constantini magni

Christus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum,summis crux addita cristis.

Tertullianus lib de coro. milit. Ad omnem egressum,ad omnem introitum &c.frontem signaculo crucis terimus.Prudentius

Fac cum vocanti somno — —castum petis cubile
Frontem,locumque cordis ——Crucis figura signet.
Crux pellit omne crimen.

Origenes lib. 6. ad Ep.ad Rom. scribit signo crucis omnia tentamenta euanescere. Et lib. 6. in Exod. cap. 15. Dæmones terreri ait signo crucis quod in fidelibus impressum vident. Grego. Nazianzen. πρόβατον ἐσφραγισμένον οὐ ῥᾳδίως ἐπιβουλεύεται. Ouis signata non facilè insidiis exponitur. Origenes lib. de incarnat. omnis excantatio, μετὰ σφραγῖδος, signo crucis euanescit. Chrysost. de adorat. crucis, διὰ σταυροῦ δαίμονες φυγαδεύονται, νόσοι θεραπεύονται. Signo crucis dæmones fugantur, morbi exsulant & fugiunt. Paulinus

Cerne coronatam Domini super atria Christi
Stare crucem.

Chryso

Chrysostomus homil. εἰς τὴν προσκύνησιν τοῦ ἁγίου σταυροῦ· ἐν μέσῃ ἑβδομάδι τῶν ἁγίων νηστειῶν προτίθεται ὁ σταυρὸς εἰς προσκύνησιν. De adoratione sanctæ crucis. In media hebdomade sanctorum ieiuniorum, id est quadragesimæ proponitur crux adoranda. Idem orat. catech. 2. Ἐὰν μέλλῃς ὑπερβαίνειν τὰ πρόθυρα τοῦ πυλῶνος, τὸν σταυρὸν ἐπὶ τοῦ μετώπου διατύπωσον. οὐχ ὅτι ἄνθρωπος ἀπαντῶν, ἀλλ' οὔτε αὐτὸς ὁ διάβολος βλάψαι τι δύνησεται μετὰ τούτων σε ὁρῶν τῶν ὅπλων πανταχοῦ φαινόμενον. Cùm vis transilere limen vestibuli frontem signo crucis signato. Ita neque homo occurrens, neque diabolus ipse lædere te poterit his armis vbique splendentibus te ornatum videns. Idem εἰς τὰ Βάϊα· ποῖος οἶκός ἐστιν ὁ μὴ ἔχων τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ τρόπαιον κατὰ δαιμόνων, καὶ φυλακτήριον ψυχῶν ὑπάρχον. Quæ domus est quæ non sit insignata signo crucis quod trophæum aduersus dæmones, & custodia animarum. Gregorius Nazianz. epist. 11. crucem adorandam in Paschate proponi ab Episcopo scribit. Theodoret. lib. 3. cap. 15. φιλοτιμούμενος ὁ στρατιώτης οὐ πρότερον εἶπε πρὶν τὴν σωτήριον ἐπιθεῖναι σφραγῖδα. Gregor. Nazianz. Stelitēr. 1. ψυχροφόρῳ κύλικι χερσὶν ἰνπαπῶν μετὰ σφραγῖδος. 2. Stelitent. ἐστὶ φῶς ἐν οὐρανῷ τὸ σταυροῦ περίγραφον. ἐσθῆτες κατασημανθεῖσαι τοῖς τοῦ σταυροῦ στίγμασι, Cùm Iudæi Iuliani iussu templum Hierosolymis extruere vellent. Gadaram ex qua grex ille porcorum dæmonibus petentibus à Domino traditus, Græcanicam vrbem fuisse in Cœlesyria tibi assentior ex Iosepho & Strabone. Porcos ἀνόσια ζῶα immunda Iosepho dici, quæ septuaginta Interpretes Leuitico XI. ἀκάθαρτα, non dubito.

AD CAPVT XXXVIII.

EXERCITAT. XIII.

Historiam de statua ærea in Paneade Domino nostro posita à muliere hæmoroissa post morbum sanatum, apud Eusebium lib. 7. cap. 13. hic expendamus, nec in alium locum qui forte an, non dabitur, reiiciamus. ἑστάναι γὰρ ἐφ' ὑψηλοῦ λίθου πρὸς μὲν τὰς πύλας τοῦ αὐτῆς οἴκου γυναικὸς ἐκτύπωμα χάλκεον, stare in sublimi lapide ad fores mulieris illius statuam æream ingeniculatam manibus extensis quasi supplex sit: è regione est alia statua viri recta ex ære, decenter diploide amictu manum mulieri porrigens ad cuius pedes in eadem basi nouum genus herbæ nascitur quod assurgens ad fimbriam diploidis æreæ, sanat omnes morbos, quam Christi imaginem esse aiunt. Ea mansit ad nostram vsque ætatem, quam viderunt qui in eam vrbem venerunt. Eusebio in aliis credis, in rebus fidei & pietatis fidem negas. Acerbior es in Ioannem Damascenum virum sanctissimum, qui nihil à se hoc loco, sed a suis auctoribus promit. Viri sanctitas & austerum vitæ institutum virulentum tuum dentem quem vitare non potuit, frangere potest.

AD EXERCITATIONIS XIV.

CAPVT I.

Doces ex Scaliger. lib. 6. de emendat. temp. Sabbatum δευτερόπρωτον secundo primum, quod secundam paschatis diem proximè sit secutum, ἀπὸ τῆς δευτέρας ἡμέρας, καὶ πρώτου σάββατου, dici fundamentum eius est, quod Leuit. 13. Dominus iubet numerare 7. hebdomadas Pentecostes, à postero die Sabbati, Sabbata omnia à Paschate ad Pentecosten sumpserunt appellationem, ἀπὸ τῆς δευτέρας τοῦ πάσχα. Scaligerum bene sensisse existimo. Secunda Paschatis hebdomas dicitur δευτεροπρώτη. Secunda prima, ea est, 16. die Nisan, & dicitur ἡ ἐπιοῦσα, vel ἡ δευτέρα, sequens, vel secunda hebdomas, vel ἡ αὔριον τοῦ πάσχα, postridie paschatis, cui Pascha est hesterna dies, & omnes hebdomades quæ à secunda paschatis, ad diem sextum τοῦ sinan extenduntur denominationem accipiunt à secunda paschatis, vt secundo prima hebdomas, secundo secunda, secundo tertia, id est, 1. 2. 3. hebdomas à secunda die paschatis. Iudæi enim interuallum quod inter secundam paschatis & sextam diem τοῦ sinan interiectum est, & à Græcis Pentecoste dicitur, numerabant à secunda Paschatis, quem numerum vocant ætam omer. Nam & secundam Paschatis vocant omer, quia tunc omer, siue manipulum frugum offerunt Deo, Leuit. 23. veteres Græci vocant ἀριθμὸν τῆς δευτέρας, numerum à die postridie Paschatis, siue ætam postridie Paschatis, quia à postridie Paschatis sumit initium Pentecoste, Lucæ 6. & Act. 2. Sabbatum secundo primum numeratur.

AD CAPVT II.

EXERCIT. XIV.

APud Iudæos vnicuique familiæ suum principem fuisse qui diceretur Patriarcha docet D. Chrysostomus homil. 3. in Iudæos, sed & princeps Synagogæ dicebatur Patriarcha. B. Epiphanius hæresi 27. quæ & 7. dicitur, in Ebionitas, εἰς πατριαρχίαν τρεφόμενος. οὐδεὶς γὰρ ἄλλος ἁρπάζει τὰς ἀρχὰς παρὰ τοῖς ἰουδαίοις, ἀλλὰ πατὴρ παιδὶ διαδέχεται. Educatus vt Patriarcha esset. Nemo enim alius eripit dignitates apud Iudæos, sed patri filius succedit. D. Hieronymus Apolog. in Ruffinum, Patriarcham Huillum ætate sua fuisse monet. Patriarchæ autem sub Imperatoribus exigebant tributum quod dictum ἀποστολή, & Apostolus exactor eius tributi l. 14. & 18. Cod. Theodos. de Iudæis. Epiphanius lib. 1. ἀποστολῆς ἐπικαρπίαν vocat, eius tributi collectionem. Idem hæresi 27. patriarchis dat quosdam assessores, qui dicerentur Apostoli. Euangelistæ duodecim primos Christi discipulos vocarunt Apostolos, quos Syriacus paraphrastes vocat Schelichin. Lucas cap. 6. Christum ait duodecim primos discipulos nominasse Apostolos. Vsus est vocabulo Syriaco Schelichin, quod Euangelistæ Græco vocabulo expresserunt, Apostolos vocantes.

AD CAPVT IV.

EXERCIT. XIV.

BEne doces propriè Apostolos dictos, qui à Christo immediate electi & missi sunt, vt testes essent eorum quæ viderant, vt per vniuersum orbem Christi fidem disseminarent, accepta potestate de qua Ioannes cap. 20. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Excidit tibi Christum dixisse, Hoc facite in meam commemorationem. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Quibus verbis potestas illis in corpus Christi verum & mysticum data, vt Christi corpus in altari sacro ore conficere, & hominum peccata remittere, soluere, ligare possint. Quæ potestas Angelica maior est. Pantænum à Demetriano Alexandriæ Episcopo missum esse in Indiam, vt Christum apud Brachmanas prędicaret, Frumentium à Sancto Athanasio Episcopum factum, & in Indiam missum ad prędicandum Euangelium, Episcopos à Patriarcha Constantinopolitano ad Abasgos & barbaras ad Euxinum & Mœotim gentes missos, à populis quibusdam ex illa barbarie legatos venisse qui à Iustiniano episcopos peterent, non diffiteor. Sed hoc assero si locorum temporumque ratio fert, vt Episcopi à Romano Pontifice commodè peti possint, qui barbaris & ignotis gentibus Euangelium prædicent, ab eo potius petendos, quam ab aliis Patriarchis, tum quia Vicarius Christi, successor Petri, vniuersalis Ecclesię caput est, tum quia sola doctrina vera est & legitima quæ à Romana & verè Apostolica sede emanat. Hieronymus ep. ad Pammachium. Quisquis est assertor nouorum dogmatum quęso te vt parcas Romanis auribus, parcas fidei quę Apostolica voce laudata est. Ambrosius lib. 2. de vocatione Gentilium, Roma per Apostolici sacerdotij principatum amplior facta est arce religionis, quam solio potestatis. Si commode peti à Pontifice Rom. non possunt, propter locorum tēporumque difficultates, à quouis Episcopo peti possunt. Apostoli autem dicuntur non tantum ęquiuoce, verum & vniuoce, qui missi à Pontifice Romano ad gentes barbaras Apostolico munere probe functi fidem Christi proseminarunt, & qui vitam verè Apostolicam sectati sunt: quemadmodum vniuoce consules dicti, & qui à populo libera rep. & qui ab Imperatoribus consules renuntiati sunt, quia Christus Pontificem Rom. Vicarium suum constituit, & in eum potestatem regendæ Ecclesiæ transtulit. Suidas vóce, ἀποστολικὴ πολιτεία γλώσσης ἐγκράτεια, ἐννοίας καθαρότης, ὀργῆς ἀφανισμὸς, ἐσθημάτων ἀκρίβεια, σώματος ἀγλαγωγία, φρόνημα ταπεινόν. D. Cyprianus ep. 65. Episcopos vocat Apostolos. Celestinus R. epist. Ephesina Syn. νέος ἀπόστολος, vt & Epiphanius in epist. operis initio præfixa. Sidonius lib. 4. ep. 4. & 7. episcopatum vocat Apostolatum. Venantius Fortunatus Euphronium Episcopum Turouensem Dominum sanctum, & meritis Apostolicum indigetat. Ephesina Synodo sedes Antiochena quam B. Petrus primus fundauit, sedes Apostolica. Supra cæteros Pontifex Romanus vir Apostolicus, Ecclesia Romana sedes Apostolica dicitur, vt supra ostendimus,

AD CAPVT V.

ILlustriss. Baronius ordinem fuisse ait inter Apostolos, vt ex his aliquis tanquam caput inter eos præstaret, quod auctoritate Gregorij Nazianz. oratione 26. probat. Tu negas eum mentem Gregorij cepisse. Verba sic habent. ὁρᾷς τῶν χριστοῦ μαθητῶν πάντων ὄντων ὑψηλῶν, καὶ τῆς ἐκλογῆς ἀξίων, ὁ μὲν πέτρα καλεῖται, καὶ τοὺς θεμελίους τῆς ἐκκλησίας πιστεύεται. ὁ δὲ ἀγαπᾶται πλέον, καὶ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ ἰησοῦ ἀναπαύεται, καὶ φέρουσιν οἱ λοιποὶ τὴν προτίμησιν. vis aliud quoque ordinis & disciplinæ exemplum in medium proferam, idque præclarum, & laudabile, ac præsenti commemoratione atque admonitione in primis dignum. Vides cum omnes discipuli Christi essent excelsi & qui eligerentur digni, alter vocatur Petra, & ei fundamenta Ecclesiæ committuntur, alter plus reliquis amatur, & in pectus Iesu requiescit, & ferunt reliqui hanc prærogatiuam honoris Ioanni haberi. Cum in montem ascendendum esset, vt Christi corporea forma splenderet, & diuinitatem suam patefaceret, & nudaret eum qui carne tegebatur, qui ascendunt: nec enim omnes huius miraculi sunt spectatores Petrus, Iacobus & Ioannes, οἱ πρὸ τῶν ἄλλων καὶ ὄντες καὶ ἀριθμούμενοι, qui ante alios erant, & numerabantur. Rursus cum animi anxio, & paulo ante passionem secedenti & oranti quosdam adesse oporteret, quinam ad eam rem asciti sunt? Iidem illi. Atqui Christi prælatio fuit. Quid reliqua ordinis disciplina, quam egregia fuit? Aliud Petrus interrogat, aliud Philippus. Gregorius Nazianzenus ordinem agnoscit inter Apostolos, quod Petrus Petra, & fundamentum Ecclesiæ vocatur, Ioannes præ cæteris diligitur, sed fundamentum non dicitur. Quidni igitur ex isto ordine agnoscas Petrum inter Apostolos caput fuisse, quod vult Illustriss. Baronius? Quanquam Christo Domino præsente, & inter homines agente nemo alius Ecclesiæ caput aut fuit, aut esse, ac dici potuit. Iam cum sui præsentiam aspectabilem subtraxerit, is merito caput Ecclesiæ appellatur, quem fundamentum Ecclesiæ esse voluit. De Petro qui auriculam Malcho abscidit, an absciderit quia Galilæus bellicosus, vt de Galilæis loquitur Iosephus, an quia paulo θερμότερος, & calidior; non est operæ quærere. Eodem res recidit in milite, bellicosum esse, calidum & promptum esse. De tribunali XXIII. virorum, quod sententiam Baronij præfers sententię Caninij benefacis, meretur. De battologia tua, & polylogia, nolo βαττολογεῖν. Hoc moneo, nomen Iesu nimis frequenter appellari, repeti, inculcari non posse, quia non est aliud nomen in quo nos oporteat saluos fieri. Non sunt igitur battologi, qui Iesu, Iesu, Iesu, Iesu in suis precibus iterant, sed pij, qui virtutem sacri nominis sentiunt, & experiuntur. Illi vero Athei, qui tam sacri nominis frequentationem auersantur. Quod de breuibus orationibus quæ cælum quasi iaculo petunt scribis, bene est. Capuccini vocant iaculatorias preces. B. Chrysost. orat. de Anna, καὶ ὁ χριστὸς, καὶ ὁ παῦλος βραχείας, καὶ πυκνὰς ποιεῖσθαι τὰς εὐχὰς ἐκέλευσαν ἐξ ὀλίγων διαλειμμάτων. Et Christus & Paulus breues & crebras fieri preces iubebant, per modica interualla repetitas. De iactatione capitis fanaticorum tibi assentior. Statius lib. 3. Syluar.

En & colla rotat, nouisque late bacchatur spatiis.

Lucianus libro de Dea Syria, οἱ δὲ τὰς μίτρας ἀπορρίψαντες τὴν κεφαλὴν κάτωθεν ἐκ τῆς αὐχένος ἑλίσσοντες. illi mitris abiectis caput deorsum à ceruicibus rotantes. De legione ferrata hic ἀποσιωπῶ. De Maria eademne fuerit, quæ Christi pedes vnxit viuentis, & quæ mortui, inter veteres patres non conuenit. Quæstio est curiosa, quæ ad caput fidei non facit. Quanquam autem tacitus Ecclesiæ sensus in Mariam Marthæ sororem inclinat, viris tamen eruditis hic aqua hærere potest, quod Maria Magdalene quæ curata est à spiritibus septem immundis erat Galilæa Luc. 8. Mat. 27. Marci 16. Magdalon enim Galilææ castellum, prope Bethsaida. Maria vero soror Marthæ Iudæa erat Ioan. 11. vbi de Lazari resurrectione agitur, eamus in Iudæam Chrysost. ad Ioan. 11. ἦν δὲ μαρία ἡ ἀλείψασα τὸν κύριον μύρῳ. ἐνταῦθά τινες διαπορούντες, πῶς φησιν ἠνέσχετο ὁ χριστὸς γυναικὸς ταῦτα ποιούσης; πρῶτον μὲν οὖν ἐκεῖνο ἀναγκαῖον μαθεῖν, ὅτι οὐχ αὕτη ἐστὶν ἡ πόρνη, ἡ ἐν τῷ ματθαίῳ, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ λουκᾷ, ἀλλ' ἑτέρα τις σεμνή· ἐκεῖναι μὲν γὰρ πόρναι δή τινες ἦσαν, καὶ πολλῶν γέμουσαι κακῶν, αὕτη δὲ σεμνὴ καὶ σπουδαία. Tertiam ponit peccatricem quæ & ipsa fuerit Galilæa. Origen. homil. 1. in Cantic. cant. peccatrix super pedes, non peccatrix super caput effudit vnguentum Homil. 2. Lucas de peccatrice, Matthæus, Ioannes, & Marcus de non peccatrice. Ambros. in Lucam plures fuisse Marias Magdelenas ostendit. Vnguenta veteribus vulgo in vsu fuisse tam notum est, quam quod maxime. Admouebant illud capiti in vino & ioco, vt caput aduersus vapores vini firmarent. Horat.

Vnge puer Malobathro Tyrio capillos.

Item, *Nardi paruus onyx eliciet cadum.*

Item, *Cur non canos odorati capillos*
Potamus vncti.

Huc vina, & vnguenta, & nimium breues
Flores amœna ferre iube rosæ.

Martialis,

Vngentum fateor bonum dedisti
Corneli mihi, sed nihil scidisti.

Catullus,

Nam vnguentum dabo
Quod tu quum olfacies Deos rogabis,
Totum te faciant Fabulle nasum.

Bene autem de Maria vngente pedes Domini Eucherius Lugdunensis ad cap. 26. Matt. Mysterium est quod agitur, in quo mors & sepultura cito fieri significatur. Optime Baronius nardum pisticam interpretatur, non adulteratam. Eusebius lib. IX. Demonstrat. κέρᾱμα πιστὸν τῆς καινῆς διαθήκης. vinum fidele mysterij testamenti. Tædet me diutius in his morari. Tu paucula, eáque pluma leuiora, ex copiosis, & grauibus Illustriss. Baronij scriptis excerpis, in quæ styli tui mucronem distringas, pleraque omnia laude digna præteris, & taces. De alabastro vnguenti D. Epiphanius βικίον ὑάλινον, vrceolum vitreum fuisse ait, quia D. Marcus cap. 14. scripsit, καὶ συντρίψασα τὸ ἀλάβαστρον κατέχεεν αὐτοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς. & cum contriuisset alabastrum, fregissétque, effudit in eius caput. Si ex alabastro lapide fuit, frangi tam facile non potuit. Etymologici magni auctor ait, ἀλάβαστρον σκεῦός τι ἐξ ὑάλου, ἢ μυροθήκη. Vas è vitro, vel vnguenti theca. Suidas vasculum quod Marcus fractum ait, à Constantino positum scribit, integrum fuisse non scribit. Postea ὑπὸ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου ἀφανισθὲν, à magno Theodosio è medio sublatum, aut perditum narrat. De verbis Marci 3. καὶ ἀκούσαντες οἱ παρ' αὐτοῦ ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτόν· ἔλεγον γὰρ ὅτι ἐξέστη. Et cum audissent sui exierunt vt tenerent eum. Dicebant enim quod extra se positus esset, vt & de cæteris omnibus, acquiesco communi Ecclesiæ interpretationi, quam Illust. Baronius amplectitur. Tu de interprete Arabe videris. De Herodianis supra dixi. Abstineo.

AD CAPVT II.

EXERCIT. XV.

Falsi Baronium accusas, quod dicat Hieronymum epist. 27. scribere corpus Ioannis sublatum à Discipulis eius Sebastiæ sepultum, quæ est Samariæ. Verba Hieronymi sunt. Atque inde diuertens vidit 12. Patriarcharum sepulcra, & Sebasten, id est, Samariam, quæ in honorem Augusti ab Herode Græco sermone Augusta est nominata. Ibi sunt Helisæus, & Abdias prophetæ, & quo maior inter natos mulierum non fuit, Ioannes Baptista. Narrant Marcus & Matthæus post cædem Ioannis eius discipulos venisse, & corpus sepelisse, atque in monumento condidisse. Arbitratur Baronius eosdem postea Sebasten transtulisse, vbi Hieronymus Helisæi & Abdiæ prophetarum corpora, atque ipsum adeo Baptistæ corpus condita scribit. Quod autem quærit Illustriss. Baronius, qui fieri potuit, vt Herodes tetrarcha Galilææ tandiu Christum, & edita ab eo miracula ignorarit, vere sentit Chrysostomus ad cap. 14. Matt. in causa fuisse incuriam rerum bonarum qua principes vt plurimum laborant. πολὺν γὰρ οἱ ἐν δυναστείαις, καὶ πολὺν τὸν ὄγκον περιβεβλημένοι, ὀψὲ ταῦτα μανθάνουσι, διὰ τὸ μὴ πολὺν αὐτῶν ποιεῖσθαι λόγον. Tales sunt viri potentes fastu & supercilio tumidi, sero discunt hæc talia, quia negligunt. Herodem enim bello Arabico distentum abfuisse negat Iosephus lib. 18. qui per legatos bellum gesserit.

AD CAPVT VI. ET VII.

EXERCIT. XV.

FAtetis Petrum fuisse στόμα, os Apostolorum, & προήγορον, vt Eusebius loquitur lib. 1. Ecclef. histor. Et ex illa honoris prærogatiua, qua in oculis Christi & Apostolorum semper vsus est, indignè fers Illust. Baronium colligere Petri principatum, non quem viuente Christo vsurpatit, sed cui prærogatiua illa à cæteris Apostolis data sit, vt pro omnibus loqueretur, pro omnibus Domino responderet, pro omnibus Dominum interrogaret. Rem existimato ex vsu hominum, in legatione aut alio negotio maioris rei, is cui perpetuo sermonis prærogatiua datur, non aliis antefertur? D. Cyprianus ep. 69. loquitur illis Petrus, super quem ædificata fuerat Ecclesia, Ecclesiæ nomine docens & ostendens, quia etsi contumax & superba obaudire nolentium multitudo discedat, Ecclesia tamen à Christo non recedit, & illi sunt Ecclesia plebs Sacerdoti adunata, & pastori suo grex adhærens. Vnde scire debes Episcopum in Ecclesia esse, & Ecclesiam in Episcopo. De Marco, an discipulus Christi fuerit, & verbis Christi carnem suam comedendam dicentis offensus fuerit, non liquet. Compendinandum est, aut diuinandum. Aliter Epiphanius, aliter Hieronymus super te parum nota definiunt.

AD CAPVT X.

EXERCIT. XV.

AD Iudias hic, & lamberas Illustr. Baronij verba, quibus originem & exemplum primi Concilij in Ecclesia Christi, ex Matth. cap. 17. Marci 8. Luc. 9. petendum esse ait, cùm prisci patres primum eius instituti exemplum Act. cap. xv. ex'ate credant. Ante omnia quæro de te, quid Ecclesiæ concilium esse putes. Id opinor esse dices in sacro negotio, quod in politico Senatorū consessum, in quem non vilem plebeculam, non homines de circo aut triuio, sed viros graues, Reip proceres conuocati necesse sit. Ita Hierosolymis 70. seniores in concilium Hacamin vno aliquo concilij principe conueniebant, Sacerdotes de sacro negotio Pontifice maximo præside in vnum cogebantur. Ad Concilium in Ecclesia Christiana multa conuenire oportet. Quæratur in primis de aliquo capite fidei, de quo statui oporteat, vt ab omnibus teneatur. Deinde vocentur ij qui sententiam rogari debeant, & possint. Tum vnus aliquis concilium vocet & præsit, ac precatione habita sententiæ rogentur. Videamus inter nos, an hæc concilij forma 17. Matth. seruata sit. Ante omnia dimittuntur turbæ, Apostoli quibus committenda erat Ecclesia aduocantur, summus concilij princeps sedet, fidei caput omnium grauissimum agitur, quæriturque quis sit Iesus Christus, rogantur sententiæ. Vt principē Senatus Romæ moris fuit primū sententiam dicere, aut eum certè qui in futurum annum consul designatus erat, ita primus Petrus qui Christo Domino in cœlum suscepto in sequens tempus Ecclesiæ caput designatus erat sententiam dicit, in quam cæteri pedibus eunt, ipse Dominus concilij præses sententiam laudat, & dicenti principatum defert. An non tibi legitimi Concilij forma expressa, lex & disciplina in posterum tempus de rebus fidei statuendi videtur data. Quod autem Lucas ait Christum καταμόνας orasse seorsum ab aliis, voluit illis Dominus documentum auxilij Dei vbique, maxime in Conciliis aduocandi dare. Neque tamen ita seorsim orauit, vt non cum illo discipuli essent: Ait enim Lucas, συνῆσαν αὐτῷ ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν προσευχόμενον καταμόνας, Erant cum eo discipuli cùm ipse oraret solus. Beatus Chrysostomus ad hunc locum, Interrogat, inquit, Iesus discipulos in Cæsarea Philippi, non in Cæsarea Stratonis, πόῤῥω τῶν ἰουδαίων ἀπάγων ὡς πάσης ἀπαλλαγέντας ἀγωνίας μετὰ παῤῥησίας εἰπεῖν τὰ κατὰ διάνοιαν ἅπαντα. Cùm eos longè à Iudæis abduxisset, vt ab omni sollicitudine liberi sensa animi sui liberè expromere non dubitarent. τί οὖν τὸ στόμα τῶν ἀποστόλων ὁ πέτρος, ὁ πανταχοῦ θερμὸς, ὁ τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων κορυφαῖος, πάντων ἐρωτηθέντων αὐτὸς προπηδᾷ, Quid igitur Petrus os Apostolorum vbique zelo ardens, princeps chori Apostolorum, cùm omnes interrogati essent ipse prosilit, & occupat, aitque, Tu es Christus filius Dei viui. Quid igitur Christus? Beatus es Simon Barjona, quia caro, &c. εἰ τῶν πολλῶν αὐτὸν ἕνα ἐνόμισεν, οὐ μακαρισμοῦ ἄξιον ἦν τὸ λεχθὲν, ἐπεὶ καὶ πρὸ τούτου εἶπον. Si vnum ex multis Dei filiis ipsum esse putasset, quod dixerat non merebatur, vt audiret Beatus es, quia & antea dixerant

qui erant in nauigio post tempestatem, verè filius Dei es, nec tamen beati appellati sunt. Θερμὸν vocat, ἐπειδὴ σφοδρὸς ἦν ἐραστὴς τοῦ Χριστοῦ. Quia vehementer amabat Christum, vt ait Chrysostomus. Ibidem docet quo loco habenda sunt decreta Concilij, ἵνα μάθῃς ὅτι Πέτρος μὲν ἐφθέγξατο, ὁ πατὴρ δὲ ἀπεκάλυψεν, καὶ μηκέτι δόξαν εἶναι ἀνθρωπίνην, ἀλλὰ δόγμα εἶναι θεῖον, τὸ εἰρημένον πιστεύσῃς. Vt discas quod Petrus quidem loquutus est, pater autem subiecit & inspirauit, vt iam non sit hominis opinio, sed dogma diuinum, & credantur quæ dicta sunt. ὁ υἱὸς ἀνθρώπῳ θνητῷ πάντων τῶν ἐν τῷ οὐρανῷ τὴν ἐξουσίαν ἐνεχείρισε. Filius Dei homini mortali omnium quæ sunt in cœlo potestatem tradidit. Tibi dabo claues regni cœlorum. Negas tamen hoc colloquium Christi discipulis esse concilium, quod vt D. Thomas scribit concilium sit consessus iudicum qui congregati sunt, vt de re aliqua deliberetur. Respondeo, Christum Apostolos vt reliquorum iudices elegisse. Vobis, inquit, datum est nosse mysteria Dei. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Vnde consentaneum est legitimum concilium fuisse, in quo de grauissimo capite fidei, in consessu iudicum, summo arbitro Christo præsidente sit definitum.

AD CAPVT X.

EXERCIT. XV.

PEtrum, inquis, inter discipulos primum locum tenuisse non inuiti concedimus: fuit enim ordo inter illos, non confusio, & ἀταξία. Bonum factum, per Casaubonum licet, vt Petrus primus sit Apostolorum. At, inquis, caput tum fuisse Apostolorum, aut dignitate præstitisse negamus. Omnes enim Apostolos condiscipulatus æquabat. Quid audio, Casaubone, fateris inter Apostolos ordinem esse, ne fit ἀταξία, & confusio, Petrum inter discipulos primum locum tenuisse, mox parum tibi constans Petrum dignitate reliquis præstitisse negas. O quanta sensus tui leuitas, quanta iudiciorum inconstantia, in ordine aliquid primum, aliquid vltimum esse agnoscis, inter Apostolos ordinem ponis, Petrum primo loco habes, mox ἀταξίαν affers, & ordine perturbato æqualitatem. Dionysius cuius librum censura tua inter legitimos recitat, de diuinis nominibus vocat Petrum, τὴν κορυφαίαν, καὶ πρεσβυτάτην τῶν θεολόγων ἀκρότητα, Verticem Theologorum supremum & antiquissimum· πρεσβύτατος non semper ætate vetustissimum, sed & dignitate præcipuum significat: γεραίτατον, ὁτιμιώτατον, τιμιώτατον apud Platonem in Symposio, & alios vt scis. B. Chrysostomi locum supra posuimus, & expendimus. B. Augustinus serm. 3. de verb. Apost. Vnus pro multis dedit responsum, vnitas in multis, &c. Petrus in ordine Apostolorum primus, κορυφαῖος τοῦ χοροῦ ἀποστόλων, ait Chrysostomus. Legitimi Concilij præcipuam notam esse ais, vt singuli confessores liberè quid sentiant exponant. Quid tu hactum rerum, quam Theologiæ gnarus magis, meministi quædam senatusconsulta facta per discessionem? Si reliqui Senatores in sententiam principis senatus pedibus iuerint, quid opus est singulorum rogare, vel numerare sententias? Cum acclamatur, omnes, omnes, Consul factum laudat, Senatusconsultum ex omnium sententia scribitur, quæ vnius ore dicta est. Verba Maximi Abbatis quæ recitas ex tomo octauo Baronij, sic habent. Θαυμάζειν ἐπῆλθέ μοι πῶς σύνοδον ἀποκαλεῖς, τὴν μὴ κατὰ νόμους καὶ κανόνας συνεδρίας, ἢ θεσμοὺς γενομένην ἐκκλησιαστικούς· οὔτε γὰρ ἡ ἐπιστολὴ ἐγκύκλιος κατὰ συναίνεσιν τῶν πατριαρχῶν γέγονεν. Mihi subit mirari, quomodo Synodum voces, quæ secundum leges & canones Ecclesiæ non habita est. Neque enim epistola encyclia, id est, circularis, iisdem verbis ad omnes missa est ex consensu Patriarcharum. Consentit omnes patriarchas, & Episcopos de Synodo, & eius loco oportuit, sed à capite indici quoties œcumenica fuit, quod Maximus non negat, qui pontificum Romanorum contra patriarchas malè sentientes auctoritatem semper sequutus est. Quod ex cap. 15. Actorum affers, cùm quæreretur an circumcidi oporteret eos qui ad fidem ex gentibus vocantur, verba sic habent: Congregati sunt autem Apostoli & seniores, vt dispicerent de sermone hoc: πολλῆς δὲ συζητήσεως γενομένης ἀναστὰς Πέτρος εἶπε πρὸς αὐτούς, Multa autem simul quæstione facta surgens Petrus dixit ad illos, viri fratres, vos scitis quod à diebus antiquis Deus in vobis elegit per os meum audire gentes Euangelij verba, & credere. Chrysostomus homil. 32. ad cap. 15. Actor. ὅρα πῶς δείκνυσι τὸν θεὸν δι' αὐτοῦ φθεγγόμενον, καὶ οὐδὲν ἀνθρώπινον. Vide quomodo ostendit Deum per se loquutum, & nihil quod hominem saperet. Ideo in eius sententiam itum, & ex eius ore fidei regula accepta est.

AD CAP. XI.

ILlustriss. Baronij ratio est optima, de capite vno Ecclesiæ, quod eo pacto controuersiæ, quas necesse est in Ecclesia oriri, facile tolluntur, dubia soluuntur, Ecclesiæ vnitas atque integritas melius seruatur. Prius, inquis, probet Baronius, Deum in Ecclesia monarchicum imperium constituisse. Probat ille, ex verbis Christi, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Oraui pro te Petre ne deficeret fides tua, & tu aliquando conuersus cõfirma fratres tuos. Simon Petre, diligis me plus his, pasce oues meas, pasce agnos meos. Vnus pastor ouium, vnus fundamentum ędificij Ecclesię constituitur, pro vno oratur ne deficiat fides eius, vnus iubetur confirmare fratres in fide nutantes, vnius imperium cuiusmodi est nisi monarchicũ? Pluralitas principum, inquit Barlaam Episcopus Heracensis in Ep. ad Græcos de primatu Eccles. Rom. & carentia principis (in Græco est, πολυαρχία, καὶ ἀναρχία, τὸ ἀτάκτως ἀρχῆς εἰσὶ) initia sunt inordinationis, ex hac autem oritur solutio. Solutio vero est quid à Deo alienum. ἐξ ἀταξίας λύσις, ἡ δὲ λύσις θεοῦ ἀλλότριον. Pessime glossam in extrauag. vnam sanctam, sentire existimas, hæc verba, 28. Matth. Omnis potestas mihi data est in cælo & in terra, vicario Christi Pontifici Ro. tribuentem, dicentémque, Non videretur Dominus discretus fuisse, vt cum reuerentia eius loquar, nisi vnicum post se talem vicarium reliquisset, qui hæc omnia posset. In quibus verbis nihil est impietatis, si bene capiuntur, cum potestatem Christi in cælo & in terra intelligat, qualem ipse Christus exercuit, qualem se habere professus est, cum dixit, regnum meum non est de hoc mundo, sed verba glossæ exaudienda sunt, & hæc verba Christi sonant, Tibi dabo claues regni cælorum, & quodcunque ligaueris, &c. Facile tibi est ea quæ piè & verè dicta sunt in deterius trahere, si mendaci omnia licent. Monarchicum imperium fateris ceteris esse nobilius, sed à rebus, inquis, terrenis, ad Ecclesiam quæ cælestis est argumentum duci non potest. Imo cum à cælestibus monarchicum imperium ad terrena descenderit, commode à terrenis ad cælestia reuocari debet, & potest. In cælo monarcha vnus est, monarcha vnus visibilis in Ecclesia visibili, quæ cęlestis est, agnosci debet. Ecclesia Dei viuentis cœtus, populus περιούσιος, cuius monarcha inuisibilis vnus, Christus, visibilis vicarius eius, claris Christi verbis in euangelio eam præfecturam adeptus. Qua in re perpetuam Ecclesiæ praxin supra probauimus, eámque maxime illustrem, cum maximè florebat doctrinæ Christi integritas. In lege Mosis quam vocas ex Iosephi lib. 8. aristocratiam, Aristocratia non fuit, sed Monarchia. Moses, Iosue, Gedeon, & alij Iudices, licet seniorum 70. consilio vsi, vere tamen monarchæ fuere. Quanquam Deus vt potest omnia, Ecclesiam suam in statu aristocratico, oligocharchico Democratico potuit conseruare. Vnus Rex, vnus monarcha, vnum solum caput, ait Gregorius magnus in epist. 36. lib. 4. ἡ μία καὶ μόνη ἀληθὴς κεφαλὴ, vnicum & solum caput Ecclesiæ inuisibile Christus, visibile Pontifex Roman. B. Cyprian. Ep. 59. Petrus etiam, cui oues suas Dominus pascendas, tuendásque commendat, super quem posuit, & fundauit Ecclesiam. Ep. 55. Petrus super quem ædificata à Domino fuerat Ecclesia, vnus pro omnibus loquens, & Ecclesiæ respondens voce ait, Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes. Non temere, nec sine mente Dei, vt vis, non ἐκ τῆς θερμότητος, ex nimia animi incalescentis promptitudine, sed ex caritatis ardore, non sine Dei numine, hæc vt reliquorum princeps loquutus est. Quia vt idem auctor lib. de vnitate Eccl. ait, Exordium ab vnitate sumitur. Primatus Petro datur, vt vna Christi Ecclesia, & cathedra vna monstretur. At Monarchiam, inquis, alijs etiam episcopis Hilarus Papa Roman. tribuit epist. ad Leontium Episcopum. Miramur fraternitatem tuam ita legis catholicæ immemorem esse, vt quæque iniqua, & contra patrum nostrorum statuta, in prouincia quæ ad monarchiam tuam pertinet, si ipse aut non vis, aut non potes, etiam nec nos silentij tui taciturnitate permittas corrigere. Monarchiam vocat diœceseos præfecturam, in qua vnus quidem est Episcopus, sed infra Rom. Episcopum, qui potest corrigere quæ ille noo vult, aut non potest. Cyprianus Romanos Episcopos vocat, sed eorum tamen supra omnes Ecclesias imperium agnoscit, vt supra ostendimus Synodi in Ecclesia primitiua, sine auctoritate Ro. Pontificis cogi, aut decernere non poterant. Cęteri omnes vt fateris p. 361. iure merito illis temporibus episcopo B. Petri successori primas sine inuidia concesserunt, ita vt Ecclesię fundamentum, Christi vicarium agnoscerent. Omnipotentiæ nomen inuidiosum non nisi à calumniatoribus, & quadruplatoribus Pontifici Romano per summam iniuriam imponitur. Potestas certe magna esse debet, vt rebelles ac transfugæ à catholica fide legitimis supplicijs coerceantur. Quid obsecro nostra ętate fieret in tanta ingeniorum contumacia, tam proiecta vilium

vilium & conductitiorum hominum impudentia, si non vnus aliquis esset, qui furentes comprimere potestate primaria posset. Falso rapinis omniũ totius Europæ regnorum vnam vrbem ditatam esse ais, quam maiorum nostrorum memoria imperatores aliquot, reges ac principes bello captam militibus in prædam ac lacerationem semel ac iterum dederint. Cui sua iura & vectigalia Rex Angliæ neget, & suæ ciuiumque salutis dispendio reditus alienos tot nominibus debitos frustretur, fruatur. Pontifices Iudaici expressissimam institutionem fuisse ais, Romani Pontificis negas. Episcopos, presbyteros, diaconos apertis scripturarũ testimoniis fundatos asseris, non item Romanum Pontificem. Quo pertinent igitur verba Christi super Petrum Ecclesiam ædificantis, pastorem eum suis ouibus præficientis, nisi vt ad vnum primatus deferatur. Quid attinet Petrum Romanum pontificem & esse, & dici, quia Romę sedem posuit, si eo mortuo successor eius ab eo institutus Pontifex Romanus non est. Pontifex Iudaicus typus Christi fuit vt Pontificis, non, quod vis, vt victimæ in cruce pendenti. Imo Christus Pontifex fuit secundum ordinem Melchisedech, non secundum ordinem Aaron, vt ipse agnoscis. Vbi res præsens est, typi cessant. Vbi Christi pontificium institutum, desiit Iudaicum. Subiit Christus vetus sacerdos secundum ordinem Melchisedech, & Petrus Christi vicarius, Sacerdotium veteris legis exoleuit, in locum aliorum ἀρχιερέων qui sub Pontifice maximo principes sacerdotum dicti, subiere Apostoli, Petro summo Pontifici subditi. Argumentum certe Baronij validissimum est, quia in Ecclesia Mosis, quæ sola id temporis, veraque Ecclesia fuit, vnus pontifex ad gubernacula sedit, in Ecclesia Christi quæ vna hoc tempore & vera Ecclesia est, vnus Pontifex ad gubernacula sedere debet, neque enim angustiores, aut ampliores Ecclesiæ fines eius rationem mutant, quæ perpetua, constans & immutabilis est. Imponis Pontifici Rom. cum sibi cum vindicare omnipotentiam asseueras. Toties inculcasti mendacium illud impudentissimum, vt patientiam rumpat. Omnipotentiam soli Deo propriam esse Pontifex Romanus agnoscit. Sibi Ecclesiam à Christo, cuius est vicarius, commendatam curat, & eos qui cuniculis, aut aperta vi eam euertere conantur compescit, Pastor oues in pascua ducit, lupos canum custodia longe arcet, tabidas & morbidas oues ab aliis segregat, interdum igne aut ferro vlceri medetur: vngit sæpe, interdum pungit, & si res exigit, etiã secat, quod pastoris eximij munus est. Duorum Henricorum Galliæ regum parricidia damnat, parricidas omni carnificina excruciandos censet. Verba Iosephi quæ dissimulas contra Apionem recitabo. καὶ τίς ἂν καλλίων, ἢ δικαιοτέρα γένοιτο κατάστασις τοῦ πολιτεύματος, ἢ θεὸν μὲν ἡγεμόνα τῶν ὅλων πεποιημένης, τοῖς ἱερεῦσι δὲ κοινῇ μὲν τὰ μέγιστα διοικεῖν ἐπιτρεπούσης, τῷ δὲ πάντων ἀρχιερεῖ πάλιν αὖ πεπιστευκυίας τὴν τῶν ἄλλων ἱερέων ἡγεμονίαν. Quæ pulcrior, aut iustior esse possit Reip. constitutio, quam Iudaicæ, quæ Deo omnium principatum defert, Sacerdotibus in communi maxima administrare permittit, pontifici autem omnium maximo rursus aliorum sacerdotum principatum committit, quos vtique non opibus, neque aliis quibusdam spontaneis auditatibus præcellentes legislator ad culmen huius honoris instituit. Sed quicunque sapientia, vel temperantia aliis præstare noscuntur, eis præcipue cultum Dei attribuit. Apud hos igitur, & legis & aliorum studiorum integra diligentia custoditur. καὶ γὰρ ἐπόπται πάντων, καὶ δικασταὶ τῶν ἀμφισβητουμένων καὶ κολασταὶ τῶν κατεγνωσμένων οἱ ἱερεῖς ἐτάχθησαν. Etenim omnium inspectores, & iudices eorum de quibus dubitatur, & punitores ac castigatores eorum qui condemnati, sacerdotes constituti sunt. Consessus enim Synedrij 70. virorum è Leuitis, & sacerdotibus in parte constabat. De pontificibus Romanis sub Consulibus quanta potestas eorum fuerit indicat Dionys. Halicarn. lib. 2. Orig. εἰσὶ δὲ τῶν μεγίστων πραγμάτων κύριοι· καὶ γὰρ δικάζουσιν οὗτοι τὰς ἱερὰς δίκας ἁπάσας &c. Pontifices maximarum rerum sunt arbitri. Nam omnes lites sacras iudicant inter priuatos pariter, & magistratus, & sacrorum ministros, leges etiam ferunt de sacris quæ nondum scripta, aut vsu recepta sunt, in omnes magistratus quibus sacrificia commissa, & deorum cultus, & in omnes sacerdotes inquirunt, plebeculæ deorum cultum interpretantur. Quod si quem animaduerterint præscripta sua contemnere, mulctant eum pro delicti modo, ipsi à iudiciis & mulctis sunt immunes, nec tenentur vel senatui, vel populo rationem reddere. Nullus inter illos, ais, extitit Hildebrandus, nullus Bonifacius Octauus, nullus Alexander sextus, sed incomparabiliter nequiores Tiberij, Caligulæ, Nerones, Commodi, Heliogabali fuere. Si quis in Sacrosancto pontificum ordine minus integer ac probus fuit, impotens Cæsarum dominatus eum talem effecit, talem obtrusit, talem per vim in solio locauit. Quandiu liberis sancti Cardinaliũ suffragiis electi sunt, mores Senatus egregij & virtute insignes fuere, vbi Cæsares de rebus sacris cognoscere statuere, aggressi sunt, omnia in peius ferri cœpere. Tuum illum Agathoclem pretorem Athenis. & ἄρχοντα, quia resllippis & tonsoribus nota, prætereo. Ill. Baronius bene censet, non tantum diuino & ciuili, verum & naturæ iure dictari, vt vnus aliquis rebus sacris summo iure præsit. Tu quantum voles verba eius torqueto, non timent tortorem.

AD CA

AD CAPVT XII.

MVltus es in hoc capite, vt principatum Ecclesiæ Petro adimas, adducas è Grammatica omnes offucias, vt veterum patrum verba in diuersa trahas, & à genuino & vero sensu per cuniculos abducas, sed omnes tuæ artes hic cassæ sunt & irritæ, & verba patrum quæ mutilas, & iniuriam vlciscantur, in iugulum tuum insiliunt. Ea tamen fide ac simpliciter vt recitasti ponam, & rem arbitrij legentium faciam quos hic iudices deposco. B. Hilarius can. 14. in Matth: Hoc in Petro considerandum est, fide eum cæteros anteisse. Nam ignorantibus cæteris primus respondit, tu es Filius Dei. Magna hæc ab Hilario prærogatiua Petro tribuitur, quod cæteris Apostolis fide antecellit, à quo facit Eusebius lib. 2. cap. 14. histor. τὸν καρτερὸν, καὶ μέγαν τῶν ἀποστόλων, τὸν ἀρετῆς ἕνεκα τῶν λοιπῶν ἁπάντων προήγορον. Fortem illum & magnum inter Apostolos, qui virtutis ergo ante reliquos omnes loqui solitus. Chrysost. homil. 3. in Acta, εἰκότως οὗτος ἐγένετο διὰ τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀνδρός. Merito hoc ita fiebat, propter excellentem viri virtutem: ἀναστὰς πέτρος ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν εἶπε, καὶ ὡς θερμὸς, καὶ ὡς ἐμπιστευθεὶς παρὰ τοῦ Χριστοῦ τὴν ποίμνην, καὶ ὡς τοῦ χοροῦ πρῶτος, ἀεὶ πρότερος ἄρχεται τοῦ λόγου. Surgens Petrus in medio discipulorum dixit, & vt ardens affectu, & vt is cui Christus commiserat ouile, & vt is chori Apostolorum primus, semper prior loquitur. Pastor est ouibus maior & dignior: Petrus est pastor, cæteri Apostoli in ouibus numerantur. Sequitur ergo reliquis Apostolis Petrum maiorem principatu pastoris esse. Ad Matth. cap. 14. Petrum vocat στόμα τῶν ἀποστόλων, os Apostolorum τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων κορυφαῖον, verticem chori Apostolorum: κορυφαῖος enim non, vt vis, est præsulior, sed princeps in vertice positus: κορυφὴ apud Homerum cacumen & vertex. Quia igitur Petrus os est Apostolorum, quod ab eo, & eo qui locum eius tenet dicitur, ita audiri oportet, quasi ab omnibus Apostolis, imo à tota Ecclesia dictum sit. Ideo homil. ad Galat. 2. ἡ γλῶττα τῶν ἀποστόλων πέτρος ἦν, Petrus erat lingua Apostolorum, vt os pro toto corpore loquitur. Reliqui Apostoli instar corporis fuere, Petrus instar oris. Cyrillus in Ioann. lib. 12. cap. 64. Præueniebat alios Petrus, ardore namque Christi præcipuo feruens, & ad faciendum, & ad respondendum paratissimus erat. Epiphanius in Ancyroto pag. 484. τὸν κορυφαιότατον τῶν ἀποστόλων, supra cæteros Apostolos eminentem Petrum vocat. Propriè κορυφὴ μετοκράνιον significat, summam capitis partem. Plutarchus in Marcello κορυφαῖον πῖλον, apicem vocat. Non nego interdum accipi pro præcentore. κορυφαῖοι sæpè vocantur proceres, principes. Theophylactus ad cap. Luc. 22. Christum inducit Petrum sic alloquentem, σὲ τῶν μαθητῶν ἔξαρχον ἔχω, habeo te meorum discipulorum principem: ἔξαρχος vocatur præfectus vrbis, vel exercitus. Exarchus Rauennæ in Italia locum Imperatoris tenebat. Phocas ab exercitu fuit ἔξαρχος renuntiatus, & in clypeum impositus, prius quàm fieret Imperator, ait Simocatta. Malè igitur existimas ἔξαρχον nihil aliud significare quàm præcentorem. Epiphanius pag. 192. ἐξελέξατο πέτρον ἀρχηγὸν εἶναι τῶν μαθητῶν, elegit Petrum ducem esse suorum discipulorum, ἀρχηγὸς, ἀρχὴν ἄγων, agmen ducens, initium ducens, imperium ducens, princeps, Rex. Chrysostomus vt ipse fateris Petrum vocat κεφαλὴν, προστάτην, caput, præfectum Apostolorum, quæ verba principatum significant. Cyrillus lib. 4. in Ioann. cap. 28. per vnum qui præerat omnes respondent. Si Petrus præerat, non tantum ordine, sed etiam potestate, aliis superior erat. lib. 12. cap. 64. vt princeps, capútque cæterorum primus exclamauit, Tu es Christus Filius Dei viui. Quid tibi in mentem venit, principem hoc loco primum ordine interpretari potius, quam primum præfectura & potestate. Hieronymus in catalogo principem Apostolorum vocat, quem Sophronius ἀρχηγὸν interpretatur. Honori Petri habitum id esse agnoscis, quod vel nominatur inter Apostolos primus, vt Act. 2. Matth. 10. Marci 3. vel seorsim à reliquis, vt Marci 1. Simon & qui cum eo erant, Lucas 8. Dixit Petrus, & qui cum illo erant: Act. 2. σταθεὶς πέτρος σὺν τοῖς ἕνδεκα. Constitutus Petrus cum XI. dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos. Sic apud Aristophan. ὦ Ζεῦ, καὶ θεοί. Fateris patres attribuere Petro τιμὴν, ἡγεμονίαν, προστασίαν, supra cæteros Apostolos, quæ sine aliquo imperio esse non possunt. Chrysostomus serm. de controuersia inter Petrum & Paulum, προεδρίαν vocat, principem sedendi locum, & ἀρχὴν imperium. Quod idem ait Petrum nihil facere αὐθεντικῶς, cum auctoritate, ἀρχοντικῶς, imperiosè, pro iure magistratus, modestiæ ascribendum est. Oecumenius dixit, ὑπ' αὐτεξουσίας, neque pro imperio aliquid fecisse. Chrysostomus ibidem ait, εἰκότως πρῶτος τοῦ πράγματος αὐθεντεῖ, ἅτε αὐτὸς πάντας ἐγχειρισθείς, merito primus in negotio electionis auctoritatem Petrus vsurpat, vt is cuius curæ cæteri omnes essent traditi. Augustinus serm. de Sanctis XXIX. Hic est beatus

Petrus in illa cœlestium discipulorum schola præcipuus, ac primus. Tractatu 124. in Ioann. Petrus abundantiore gratia vnus, idemque primus Apostolus serm. 39. de Sanctis. Solus Petrus inter Apostolos meruit audire, Amen dico tibi quia tu es Petrus, &c. Et quia meruit, ideo merces ei data, vt esset fundamentum. Theophylactus, ἀμείβεται τὸν πέτρον ὁ κύριος, μισθὸν αὐτῷ διδοὺς μέγαν. Compensat Petrum Dominus, ei dans magnam mercedem. Tertullianus lib. de præscr. cap. 22. latuit aliquem Petrum ædificandæ Ecclesiæ Petrum dictum. Origen. in Epist. ad Rom. cap. 6. lib. 5. Petro summa rerum de pascendis ouibus cùm traderetur, & super ipsum velut super petram fundaretur Ecclesia. Quid sentis, Casaubone, an tibi aures ita obsurduerunt, vt principatum, in Ecclesia, Petri non audias. Intonabo fortius vt audias ex eodem in Matth. de can. noui Testamenti. Petrus, inquit, super quem Christus fundauit Ecclesiam. Hilarius in Matth. cap. 16. O in nuncupatione noui nominis fœlix fundamentum, dignáque ædificatione illius petra, quæ infernas leges, & tartari portas, & omnia mortis claustra dissolueret. O beatus cœli ianitor cuius arbitrio claues æterni aditus traduntur, cuius terrestre iudicium præiudicata auctoritas sit in cœlo. Hieronymus aduersus Pelag. sicut ille princeps philosophorum, ita hic Apostolorum fuit. Super quem Ecclesia Domini stabili mole fundata est, quæ nec impetu fluminis, nec vlla tempestate concutitur. In Isaiam cap. 2. Super vnum montium Christus fundat Ecclesiam, & loquitur ad eum, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Amb. serm. de fide Petri. Petra enim dicitur eo quod primus in nationibus fidei fundamenta posuerit, & tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem molémque contineat. Cyrillus lib. 4. Non Simon fore iam nomen sibi, sed Petrus prædicit vocabulo ipso commodè significans, quod in eo tanquam petra, lapidéque firmissimo suam esset ædificaturus Ecclesiam, lib. 2. in Ioann. cap. 12. Basilius περὶ μετανοίας· πέτρος εἰπὼν ὅτι υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου, καὶ ἀκούσας ὅτι πέτρα εἶ, ἐνεκωμιάσθη· εἰ γὰρ πέτρα, οὐχ ὡς χριστὸς πέτρα, ὡς πέτρος πέτρα, χριστὸς δὲ ὄντως πέτρα ἀσάλευτος, πέτρος δὲ διὰ τὴν πέτραν· χαρίζεται γὰρ ἰησοῦς τὰ ἑαυτοῦ ἀξιώματα οὐκ ἀποκενούμενος, ἀλλ' ἔχων δίδωσι. Petrus qui dixit Filius Dei es altissimi, & audiuit, quia petra es, encomiis celebratus est. Si enim Petra, non Petra est vt Christus, sed petra est vt Petrus, Christus autem re vera petra est inconcussa, Petrus petra est item inconcussa propter Christum veram petram. Gratificatur autem & largitur Iesus suas dignitates, non vt illis spolietur, sed eas retinens largitur. Gregor. Nazianzen. περὶ τῆς εὐταξίας. ὁρᾷς τῶν χριστοῦ μαθητῶν πάντων ὄντων ὑψηλῶν, καὶ τῆς ἐκλογῆς ἀξίων ὁ μὲν πέτρα καλεῖται, καὶ τοὺς θεμελίους τῆς ἐκκλησίας πιστεύεται. Vides ex Christi discipulis magnis vtique omnibus & excelsis, atque electione dignis, hic petra vocatur, & fundamenta Ecclesiæ eius fidei creduntur. Chrysost. homil. in Matth. 55. ἃ γὰρ θεοῦ μόνου ἐστὶν ἴδια, τό τε ἁμαρτήματα λῦσαι, καὶ τὸ ἀπερίτρεπτον τὴν ἐκκλησίαν ποιῆσαι ἐν τοσαύτῃ κυμάτων ἐμβολῇ, καὶ ἄνθρωπον ἁλιέα πέτρας πάσης ἀποφῆναι στερρότερον τῆς οἰκουμένης πολεμούσης ἁπάσης, ταῦτα αὐτὸς ἐπαγγέλλεται δώσειν. Quæ enim Dei solius propria sunt, peccata dimittere, & Ecclesiam inconcussam efficere in tanto fluctuum assultu, & hominem pastorem omni petra declarare firmiorem (ineptissime interpres de suo addidit, cuius pastor & caput piscator homo, atque ignobilis: ineptissime, inquam, quia cum veris abundemus, falsa non sunt affingenda, quæ in errorem trahunt homines linguæ Græcæ rudes) terrarum toto orbe oppugnante, hæc ipsi daturum pollicetur. Quemadmodum patet cum Hieremia colloquens, vt columnam ferream & velut murum ponit eum: ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν ἑνὶ ἔθνει, τοῦτον δὲ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης. Sed illum quidem ponit columnam ferream vni genti, hunc autem Petrum toti orbi (male interpres de suo addidit, præposuit. Verba Chrysostomi satis per se valida sunt, falsis non egemus.) ὁ δὲ υἱὸς ἀνθρώπῳ θνητῷ πάντων τῶν ἐν τῷ οὐρανῷ τὴν ἐξουσίαν ἐνεχείρισε τὰς κλεῖς αὐτῷ δούς. Filius autem homini mortali omnium quæ sunt in cœlo potestatem tradidit ipsi dans claues. Male interpres totum hunc locum interpolauit. Idem ad cap. 1. Hierem. Princeps Apostolorum Petrus super quem Christus fundauit Ecclesiam verè immobilis petra & firma confessio nonne par per erat? Vides vtique, patres asserere Petrum non tantum inter Apostolos ordine primum fuisse, non ei tantum προεδρίαν, πρωτοκαθεδρίαν, κηδεμονίαν, πρωτοστασίαν, προστασίαν à Christo attributam, sed imperium, potestatem, principatum Ecclesiæ quæ toto orbe sparsa est. Imponis nobis cùm ais nos arcte tenere Petrum esse petram, quomodo Christus est petra. Ex Basilio supra aliud posuimus. Fateris Arabem paraphrasten vertisse, Tu es petra, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Vt ipse tu loqueris Christus est rupes, Petrus est lapis ab illa rupe excisus, Christus est fortitudo ipsa, & αὐτοδύναμις, Petrus est δυνατὸς fortis, quia accipit vires à petra. Christus est cephas genere fœminino, Petrus est cephas genere masculino. Aut si Petrus petra est, per participationem petra est. Ideo negat Augustinus Petrum petram esse per essentiam, & excellentiam, quæ petra Christus est, sed per participationem.

Retract.

Retract. lib. 1. cap. 21. Non dictum est Petro, Tu es petra, sed tu es Petrus. petra autem erat Christus quem confessus Simon, sicut eum tota Ecclesia confitetur dictus est Petrus. Sed Græcis, verbum πέτρος, Petrus lapidem durum significat. Sophocles in Oedipo, πέτρου φύσιν σύ γ' ὀργάνειας. Tu Petræ naturam ad iram commouere possis. Machinæ πετροβόλοι saxa iaculantur, vt catapultæ. Quanquam autem Augustinus Christum veram petram esse ait per excellentiam, non tamen negat Petrum a Christo vocatum petram, & fundamentum, vt sit petra per participationem. Sic enim ille in Psal. contra partem Donati to. 7. Numerate sacerdotes vel ab ipsa Petri sede, & in ordine illo patrum quis cui successerit videte ipsa, est petra quam non vincunt superbæ inferorum portæ. Idem serm. de Sanctis 15. Petrum fundamentum Ecclesiæ Dominus nominauit, & ideo digne fundamentum hoc Ecclesia colit, supra quod Ecclesiastici ædificij altitudo consurgit. Idem tract. 56. in Ioan. Quis enim nesciat Apostolorum principem Beatissimum esse Petrum. Interdum patres confessionem Petri, & fidem dicunt esse petram supra quam Ecclesia fundata est. Chrysostomus Homil. 55. in Mat. Et ego tibi dico quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, τουτέστι τῇ πίστει τῆς ὁμολογίας· ἐντεῦθεν δηλῶν πολλοὺς μέλλοντας ἤδη πιστεύειν, καὶ ἀνίστησιν αὐτοῦ τὸ φρόνημα, καὶ ποιμένα ποιεῖ. Hoc est super fidem confessionis. Inde ostendit multos esse credituros, & erigit eius spiritus ac attollit, & pastorem eum facit. Hieronym. ep. 17. Ego nullum primum nisi Christum sequens beatitudini tuæ, id est cathedræ Petri communione consocior, super illam petram ædificatam Ecclesiam esse scio. Quicunque extra domum hanc agnum comederit, prophanus est. Cyprianus ep. ad Quirin. Petrum Dominus primum elegit, & super eum ædificauit Ecclesiam suam. Basilius lib. 11. κατ' Εὐνομίου, initio, ὅθεν καὶ αἱ προσηγορίαι οὐχὶ τῶν οὐσιῶν εἰσι σημαντικαί, ἀλλὰ τῶν ἰδιοτήτων αἳ τὸν καθ' ἕνα χαρακτηρίζουσι· ὅταν γοῦν ἀκούσωμεν Πέτρον &c. Vnde & appellationes non essentias significant, sed proprietates quæ indiuiduum singulariter delineant. Cum igitur audierimus Petrum, non essentiam eius intelligimus ex nomine. Essentiam autem nunc dico, materiale subiectum, quo nomine nullo modo significatur, sed proprietates quæ circa eum cernuntur cogitatione efformamus. Statim enim ex ista voce intelligimus Petrum filium Ionæ, ex Bethsaida ortum, fratrem Andreæ, τὸν ἀπὸ ἁλιέων εἰς τὴν διακονίαν τῆς ἀποστολῆς προσκληθέντα, τὸν διὰ πίστεως ὑπεροχὴν ἐφ' ἑαυτὸν τὴν οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας δεξάμενον. qui ex piscatoribus vocatus est ad ministerium Apostolatus, qui propter fidei eminentiam in se ipsum ædificationem Ecclesiæ excepit. Has proprietates esse ait indiuidui Petri, alteri non communicatas. Athanasius Ep. ad Fœlicem, Tu es Petrus, & super fundamentum tuum Ecclesiæ, columnæ, id est episcopi sunt confirmati. Dices, Patres horum verborum interpretationes non nihil inter se diuersas secutos esse. Origenes enim in Matthæum tractatu 1. *Petra*, inquit, est, quisquis *Petri* discipulus est, ex quo biberunt de spirituali consequente petra, & super talem petram constituitur omnis doctrina. In vnoquoque enim profecto est quæ à Deo ædificatur Ecclesia. Origenis verba stant à nobis, quibus Petrus petra & fundamentum esse ostenditur, & cum eo per participationem, qui eius fidei confessionem profitentur. Ita & Gregorius Nyssenus intelligendus, cum nos propter fidei immutabilitatem, petras esse ait. Ita & Ambrosius lib. 6. in Lucam, qui carnem vicerit, inquit, Ecclesiæ fundamentum est, etsi æquari *Petro* non potest, imitari potest. Petra est Christus, qui etiam discipulo suo huius vocabuli gratiam non negauit, vt & ipse sit Petrus, quod de petra habeat soliditatem constantiæ, fidei firmitatem. Theophylactus ad cap. 16. Mat. αὕτη ἡ ὁμολογία ἣν ὡμολόγησας θεμέλιον μέλλει εἶναι τῶν πιστευόντων, hæc confessio quam confessus es, fundamentum futura est credentium petram *Petri* fidem interpretatur ipse Augustinus tractatu 10. in ep 2. Ioan. Quid est, super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam? Super hanc fidem. Basilius Seleuciensis in hanc Matth. pericopen, ταύτην τὴν ὁμολογίαν πέτραν καλέσας ὁ χριστὸς, πέτρον ὀνομάζει τὸν πρώτως ταύτην ὁμολογήσαντα, γνώρισμα τῆς ὁμολογίας τὴν προσηγορίαν δωρούμενος· αὕτη γὰρ ἀληθῶς εὐσεβείας ἡ πέτρα. Hanc confessionē petram vocans Christus, *Petrum* qui primus ita confessus est nominat, donans ei hanc appellationem, vt monumentum confessionis. Hæc enim est vere pietatis petra. Quid tum deinde, Casaubone. patres vnumquemque cum Petro credentem, aut ipsam *Petri* confessionem petram interpretantur, ergo Christus Petrum petram & fundamentum non appellauit. *Pa*rum scienter concludis, & videris ignorare, quod docet Augustinus in confessionibus suis, eundem scripturæ locum in varios sensus trahi posse, qui omnes veri sint, inter quos tamen vnus proprie, & ex animo loquentis sit verus. Verum est vnumquemque fidelium cum *Petro* scientem, & credentem petram esse, verum est *Petri* confessionem *Petram* itidem esse, proprie & ex Christi loquentis mente est verum, *Petrum* ob illam fidei confessionem petram appellatum, & Ecclesiæ fundamentum esse constitutum, quod iam ex patribus à me supra satis probatum, maxime in illis quæ ad epistolam tuam

abunde resp. B. Leonem serm. 3. in anniuers. die suæ assump. De toto mundo vnus sanctus Petrus eligitur, qui & vniuersarum gentium vocationi, & omnibus Apostolis, cunctisque Ecclesiæ patribus præponatur, vt quamuis in populo Dei multi sacerdotes sint, multique pastores, omnes tamen proprie regat Petrus, quos principaliter regit & Christus. Proprie, & supra Petrum ipsum, Christum Dominum petram esse, & fundamentum Ecclesię firmissimum, sed inuisibile fatemur. Petrum Domini voce fundamentum visibile constitutum iidem agnoscimus. S. Epiphanius in Anchorato, ὁ πέτρος ὁ κορυφαιότατος τῶν ἀποστόλων ὃς γέγονεν ἡμῖν στερεὰ πέτρα θεμελιοῦσα τὴν πίστιν τοῦ κυρίου, ἐφ' ἣ ᾠκοδόμηται ἡ ἐκκλησία κατὰ πάντα τρόπον· πρῶτον μὲν ὅτι ὡμολόγησε χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, καὶ ἤκουσεν ὅτι ἐπὶ τῇ πέτρᾳ, &c. Petrus princeps Apostolorum qui nobis fuit firma petra firmans & fundans fidem Christi Domini, super quam ædificata est Ecclesia secundum omnem modum. Primum quidem quia confessus est Christum filium Dei viuentis, & audiuit, quod in ista petra indubitatæ confessionis ædificaui Ecclesiam meam. Ephesina Synodo patres dicunt, πέτρου ὅς ἐστι πέτρα καὶ κρηπὶς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, καὶ τῆς ὀρθοδόξης πίστεως θεμέλιον. Petri qui est petra & fundamentum Ecclesiæ catholicæ, & basis orthodoxæ fidei. Obiicies Pauli verba 1. Cor. 3. fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Admitto primarium fundamentum aliud poni nō posse. Christus enim Dominus sanguine suo solus nos redemit, & fidei Sacramēta instituit ad salutem. Secundarium in Petro fundamentum & Petri successoribus posuit, vt fideles haberent visibile aliquid in quo consisterent, ad quod in æstu hæreseon confugerent, à quo ne prolapsio fieret firmarentur, si prolapsi essent erigerentur, cùm fundamenti illius fides deficere non posset. Hæc est petra immobilis & firma quæ Græcis & Asiaticis fluctuantibus, firmitatem dedit, Afros prolapsos erexit, hæreses olim omnes euertit, hodieque euertere perseuerat. Hanc petram innumeri hostes, vt decumani fluctus in Germania, Polonia, Belgio, Anglia, oppugnant, Illa

Vt pelagi rupes magno veniente fragore,
Quæ sese multis circum latrantibus vndis
Mole tenet scopuli.

Reliquæ Apostolicæ cathedrę multos habuere sessores orthodoxæ fidei hostes, qui vel errores ipsi proseminarent, aut ab aliis repertos propugnarent, vna cathedra Romana iam inde à Petro reperta est, quæ Montanos, Arios, Donatos, Pelagios, Macedonios, Sabellios, Vigilantios, Nestorios damnaret, hæreses in ipso ortu exstingueret, pie sentientibus præsidio, erronibus & trāsfugis terrori esset. Optime Deus Opt. Max. Ecclesiæ consuluit, qui pastorem gregi suo, ne lupi lacerarent prouidit, fundamentum immobile quod nullis hæreseon fluctibus concuti posset constituit, in quo fideles & pij à iactatione securi acquiescerent. Amo ista verba tua, Casaubone, pag. 391. & amplector. Igitur Augustinus qui tot locis tam expresse Petrum exponit de Christo, alibi de fide accipit, & confessione Petri; alibi etiam de Petro. Origenes qui primo in Matth. tractatu de singulis fidelibus vocem Petræ contendit accipiendam, idem alibi de Petro verbis expressissimis interpretatur, vt in Exodum Homil. 5. vide magno illi Ecclesiæ fundamento, & petræ solidissimæ, super quam Christus fundauit Ecclesiam. Chrysostomus & Theophylactus Petrum vocant petram, aut τὴν πέτραν ἄρραγῆ μετὰ χριστόν, petram interruptam post Christum. Hilarius lib. 6 De Trinit. Beatus Simon ædificationi Ecclesiæ subiacens. Hæc optime à te dicta sunt, quæ sequuntur minus vere. Nos enim ais ex omnibus patrum expositionibus vnicam hodie probare, quæ Petrū statuit petrā fundamentalem Ecclesiæ cęteris omnibus nigrū Theta præfigere. Imo omnes probamus, omnes amplectimur, sed hoc asserimus, ex ipsis Christi verbis, & veterum patrum vnanimi cōsensu Petrum à Christo fundamentū Ecclesiæ cōstitutum super quod ipsa ædificaretur, qui claues regni cælorum datæ sint, vt claudat, aperiat, liget, soluat, quem Dominus ouium suarum pastorem effecerit, pro quo singulariter orauerit ne fides eius deficeret, cui prouincia data sit vt fratres in fide nutantes firmaret. Interim Christum veram petram, & fundamentum Ecclesiæ primarium esse defendimus, nec eandem appellationem vicario eius Petro denegamus, quam ille vltro merenti dedit. Omnino fatendum est si veræ Grammaticæ leges spectes, verba hæc, σὺ εἶ πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Commodius intelligi de Petro, quam de confessione Petri, aut de Christo, primum quia, ταύτῃ, pronomen demonstratiuum est quod refertur ad vocem Petri quæ præcedit, Tu es Petrus, & super hanc petram. Deinde quia vox, Petrus, Græce proprie significat petram, & nomen viri propriū nunquam fuerat, vt videtur, antequam Petro Apostolo inderetur. Quod ais vocem, hanc, vim relatiui habere, vt referatur ad id quod præcedit, verū est. Sed quod proximè præcedit, est Petrus, refertur igitur ad Petrum. Nā qui referunt ad verba præcedentia, Tu es Christus filius Dei

viui,

vini, nimium remota arcessunt. Qui in verbo Petrus Christum veram petram includi volunt, ad figuras, synecdoches, metonymias confugiunt nimium à communi sensu alienas. Nec tamen diffiteor patres interdum pronomen, hanc, de fide & confessione Petri, aut de Christo qui vera petra est, pie & subtiliter interpretatos esse, sed patres interdum sacras scripturas ad literam exponunt, & literarum verum, ac genuinum sensum sequuntur, interdum allegotica, & figurata pie & ingeniose consectantur. Exempla quæ affers è poëtis petita virum eruditum & subtilem sapiunt: sed illi colores natiuam verborum Christi intelligentiam ita abscondere non possunt, vt non semper foras emineat Si Christos Dominus vt vere simile est, Syriace dixit, Tu es cepha, & super hæc cepha ædificabo Ecclesiam meam. Cùm vox, cepha, antequam Petro tribueretur, non legatur vnquam proprium viri nomen fuisse, sed petram duntaxat significaret, & Dominus, vt vis, sine vllo literarum discrimine cepha cepha bis pronuntiauerit, omnino secundum cepha de eodem dictum est, de quo primum cepha. Vnde sequitur de Petro Apostolo dictum. Quanquam enim Christus vere cepha & petra est, quis tamen certum te fecit, Christum δεικτικῶς de se dixisse, super hanc petram quæ ego sum, & seipsum δακτυλοδεικτῆσαι, & veluti digito notasse. Hæc omnino somnia sunt vigilantium. Fero tamen, & laudo patres hoc & illo modo verba Christi interpretantes. Machinæ quæ πετροβόλοι dictæ, non manuales tantum lapides, sed ingentis ponderis saxa iaculabantur, vt appareat πέτρον significare posse saxum ingens. Sed amabo, hic mecum expende mentem & verba Christi. Vult ille gratiam reponere Petro, qui dixerat, Tu es Christus Filius Dei viui, & quia vult ei mercedem referre, subiungit, & ego tibi dico, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Magnum aliquid dicit, eximium aliquid pollicetur. Si verba hæc, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, de Christo petra exaudias, nihil est in his verbis, quod ad mercedem Petro reddendum pertineat. Non enim tum primum Simoni Barjonæ nomen Petri tribuit, quod multo ante cum primum ad se vocauit, ei indiderat. Verba quæ sequuntur, super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, si de Christo petra accipiuntur, ad honorem ipsius Christi pertinent, qui tantam Ecclesiæ firmitatem dedit, vt portæ inferorum aduersus eam non præualeant, non autem ad mercedem Petri. Initium verborum Christi, Tu es Petrus, audientium animos erigit, vt aliquid de Petro audiant. & frustra eriguntur, si verba quæ sequuntur, super hanc petram, ad Petrum non pertinent, sed ad Christum. Totum autem hunc sermonem ad Petri mercedem referendum esse, initium, Tu es Petrus, & extremum, tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris super terram, ostendunt, Alioqui verba, super hanc petram ædif. ab initio, & fine dissiderent. Hunc autem sermonem à Christo haberi, vt Petro confessionis mercedem reddat, indicant patres quos supra posui, & Theophylactus ad hæc verba Matthæi, μισθὸν αὐτῷ διδοὺς μέγα, magnam ei dans mercedem, vt super illo ædificetur Ecclesia, τὸ ἐπ' αὐτῷ τὴν ἐκκλησίαν οἰκοδομηθῆναι. ἐπεὶ γὰρ ὡμολόγησεν αὐτὸν υἱὸν θεοῦ ὁ πέτρος φησὶν, ὅτι αὕτη ἡ ὁμολογία ἣν ὡμολόγησας θεμέλιον μέλλει εἶναι τῶν πιστευόντων, ὥστε πάντα ἄνθρωπον μέλλοντα κτίζειν τὸν τῆς πίστεως οἶκον ταύτην τὴν ὁμολογίαν ὑποθεῖναι θεμέλιον. Quoniam Petrus confessus est Christum Filium Dei, ait hæc confessio quam confessus es futura est fundamentum credentium, ita vt omnis homo qui extructurus est fidei domum, hanc confessionem ponat fundamentum. Theophylactus super Petro fundatam ait à Christo Ecclesiam, & confessionem Petri credentium fundamentum esse. Paulus quidem scribit Ephesios superædificatos esse supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum ipso summo angulari lapide Iesu Christo, cap. 2. epistola ad Ephes. quia prophetæ de Christo prænuntiauerunt qui est summus angularis lapis, & Apostoli Christi fidem annuntiauerunt, soli tamen Apostolorum Petro dictum est à Christo, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Petre diligis me plus his, pasce oues meas. Rogaui pro te ne deficeret fides tua, confirma fratres tuos. Frustra igitur hic monarchiam Pontificis Romani in inuidiam vocas, & imperium in Ecclesiam spiritale quod Petro, & successoribus eius à Christo traditum est, Omnipotentiæ papalis odioso titulo nequiter oneras. Moueat te prisca Ecclesiæ fides, in primis B. Cyprianus ep. 8. lib. 2. qui vnam esse ait, & cathedram vnam super Petrum Domini voce fundatam, aliud sacerdotium constitui non posse. Moueant te verba S. Hieronymi ad Damasum, Ego nullum primū nisi Christum sequens beatitudini tuæ, id est, cathedræ Petri communione consocior, super illam petram Ecclesiam ædificatam esse scio. In Synodo Carthagin. epistola ad Ianuarium, μίας ἐκκλησίας ὑπὸ χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐπάνω τοῦ πέτρου ἀποστόλου ἀρχῆθεν λόγῳ τῆς ἑνότητος τεθεμελιωμένης. Cùm sit vna Ecclesia à Christo Domino super Petrum Apostolum ab initio verbo vnitatis fundata: Quod ais Christum architectum Ecclesiæ suæ esse, qui lapides ad opus ædificij paratit, cæci-

derit, expoliuerit, inter se vinculo caritatis coagmentarit, probo. Quod negas per hæc verba, super hanc petram ædificabo Ecclesiam meã, aliquem principatum Petro datum, sed solam in fide firmitatem, ex tuo sensu, contra veterum patrum decreta, hunc errorem erras. B. Hieronymus dial. aduers. Lucifer. cap. 4 Ecclesiæ salus à summi Sacerdotis dignitate pendet, cui si non exsors quædam, & ab hominibus eminens donatur potestas tot in Ecclesiis efficientur schismata, quot Sacerdotes. Imo quot viri ceruicosi & contumaces, licet non Sacerdotes, cuiusmodi es tu, Casaubone, qui schisma facis, & hæresim spargis, licet non Sacerdos. In 4. Synodo Patres ita definiunt, ἵνα ὁ μακαριώτατος ἐπίσκοπος τῆς ῥωμαίων πόλεως, ὃ τὴν ἱερωσύνην κατὰ πάντων ἡ ἀρχαιότης παρέχει, χώραν καὶ δύναμιν ἔχῃ περὶ πίστεως καὶ ἱερέων ἀποφαίνειν. Vt Beatiss. Episcopus Romæ cuius Sacerdotium contra omnes posse antiquitas prodit, de fide & Sacerdotibus iudicare possit. De inferorum portis quæ scribis laudo. Quod ais Christum vocari petram quod sit ἄτρεπτος, ἀμετάθετος, constans, immutabilis, quod Ecclesiam constituat ἀσάλευτον, propter immobilitatem, probo. Chrysostomus hom. post captum Eutropium, τὸ ἀσάλευτον καὶ τὸ ἑδραῖον τῆς πίστεως, ob immobilitatem & firmitatem fidei quam dedit Ecclesiæ: τὸ πάγιον, τὸ στερρὸν, vt Gregor. Nyssen. lib. de perfect. Euseb. lib. 1 præparat. τὴν ἐκκλησίαν ἑστάναι καὶ μένειν ἄσειστον, ὡς ἂν ἐπ' ἀσείστῳ καὶ ἀρραγεῖ πέτρᾳ τῇ αὐτοῦ δυνάμει βεβηκυῖαν τε καὶ ἐρριζωμένην. Ecclesiam stare & manere immotam quasi in rupe immobili virtute sua stantem & radicatam, mihi omnia ista probantur. Improbantur quædam absurda & hæretica, ad quæ data opera, vt videtur, deflectis. Cuiusmodi est illud pag. 402. Cùm Christus seruet propria virtute per fidem apprehensus, nec animaduertis te iustitiam quandam extrinsecam, imputatiuam, apprehensiuam introducere, quæ sine caritatis & iustitiæ infusæ habitu non sit nauci. Item pag. 409. Fidem habitum esse à Christo infusum in electis immutabilem. Quod ais fidem habitum esse infusum, bene contra Caluinum sentis, quod in electis esse immutabilem tenes in B. Petro, qui Christum negauit cùm esset electus, mutabilem fuisse animaduertis. Quanquam patres aiunt Petrum, eum, quem corde tenuit, ore negasse. Certè habitus virtutis etiam infusos per actus contrarios, & peccata lethalia deleri Theologi docent. Ostendis deinde non modò Christum, Ecclesiam, fidem: sed etiam Apostolos dici petras. Admitto. Addis Deum hominibus nomina sua impertitum esse. Probo κατὰ μέθεξιν, καθ' ὁμοίωσιν, per participationem, per similitudinem homines dicuntur Dij, Petrus dicitur petra & fundamentum Ecclesiæ. Agnosco, quid tum deinde? An sequitur in Ecclesia nullum esse principem, nullum pastorem, neminem super quem Christus Ecclesiam suam fundauerit, neminem cui pascendas oues suas commiserit, neminem cuius fides deficere non possit, neminem qui titubantes confirmet. Bene Basilius in homil. de pœnit. Christus reuera petra est inconcussa, at Petrus propter petram. Iesus enim dignitates suas largitur suis, non solum ad titulum & honorem, verum etiam ad efficientiam & præpositurum. Alioqui si nulla est potestas, nulla præpositura, ne sint Episcopi, ne claues cœlorum dentur, ne ligandi & soluendi auctoritas. Fateris ipse in Ecclesia varios esse potestatis gradus, varios eorum qui altari seruiunt ordines, alios inferiores, alios superiores. Hypodiaconi Diaconis, hi Sacerdotibus, Sacerdotes Episcopis, Episcopi Metropolitis, Metropolitæ primatibus & Patriarchis sunt inferiores. Agnoscis, opinor, iurisdictionem & potestatem. Cur ergo absurdum, & à bono more alienum putas inter Patriarchas, supremum aliquem censeri, maxime cum monarchico imperio nullum nobilius esse possit. Si Christus Dominus omnes ex æquo Apostolos, omnes Doctores, cum pari auctoritate instituit, quid opus tot in Ecclesia ordinibus, in qua potestatis & clauium in omnibus est æqualitas? Falsum igitur est omnibus Apostolis à Christo Domino eandem in persona Petri potestatem attributam, falsum est omnes Episcopos ex æquo Christi vicarios esse. Hieronymum audi lib. 1. in Iouinian. cap. 14. At dicis super Petrum fundatur Ecclesia. Licet id ipsum alio loco super omnes Apostolos fiat, & cuncti claues regni accipiant, & ex æquo Ecclesiæ fortitudo solidetur, tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite constituto, schismatis tollatur occasio. D. Cyprianus lib. 1. ep. 3. lib. 4. ep. 9. Romanam Ecclesiam supra Petrum fundatam esse ait, à qua Sacerdotalis vnitas oriatur. Petrus dicitur petra non quomodo Christus, natura, sed gratia & participatione, supra cæteros Apostolos eximia, & ex sorte, non vt è mortali faciamus Deum, aut hominem Deo exæquemus, sed vt in visibili corpore, visibile caput constituamus. Non enim honor ille capitis in Petro solo stat, sed in successores eius transit. In Ecclesia quæ perfectissima congregatio est perfectissimum regiminis genus esse oportet, sed monarchicum regimen perfectissimum est, in Ecclesia igitur monarchicum regimen esse necesse est. At, inquies, à Cypriano, & reliquis Episcopis Romanus pontifex συλλειτουργὸς, frater, collega vocatur, vnde sequitur eum aliis non esse superiorem. Vocatur, fateor, à Cypriano frater & collega, sed in illo pietatis collegio superiorem

omnes

omnes eum agnoscunt. An quia Christus se fratrem nostrum appellat, inde sequitur eum nobis non esse superiorem. Ambrosius ser. 2. de Sanctis Petrus pro soliditate deuotionis, Ecclesiarum Petra dicitur, sicut ait Dominus, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Soliditatem illam interpretaris optime zeli vehementiam, qui meruit vt Ecclesiarum petra esset. Isidorus Hispal. De officiis lib. 2. ca. 5. In nouo autem Testamento post Christum sacerdotalis ordo à Petro cepit: ipsi enim primo datus est pontificatus in Ecclesia Christi. Sic enim loquitur ad eum Dominus, Tu es Petrus, &c. Ambrosius ser. 2. de Sanctis, Petrum Petram appellatum ait, quod tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem, molémque contineat. Deus bone, qui totius operis Christiani compagem, molemque continet, an nullam supra alios potestatem babet? Augustinus contra Donatistas ait in Apostolo Petro primatum Apostolorum excellenti gratia præeminuisse. Verum est, quod ais proprie κρηπῖδα, θεμέλιον, πέτραν non significare dominatum, aut principatum, sed firmitatem quæ totius operis compagem, molemque contineat, vt loquitur Ambrosius, sed verba quæ sequuntur tibi dabo claues regni cælorum, & præfectura gregis quam Dominus ei dat, principatum & imperium significant. Ideo patres vbique Petrum κορυφαῖον verticem, ἔξαρχον, principem ac præfectum, Optatus Mileuitanus lib. 2. κεφαλήν, alij ἀρχηγὸν ducem vocant, vt supra ostendimus. Chrysostomus ad c. 21. Ioa. Simon Iona diligis me plus his? Etiā Domine tu scis quia amo te, dicit ei, pasce agnos meos. καὶ τί δήποτε τοὺς ἄλλους παραδραμὼν τούτῳ περὶ τούτων διαλέγεται; ἐκκριτος ἦν τῶν ἀποστόλων, καὶ στόμα τῶν μαθητῶν, καὶ κορυφὴ τοῦ χοροῦ, διὰ τοῦτο καὶ παῦλος ἀνέβη τότε αὐτὸν ἱστορῆσαι παρὰ τοὺς ἄλλους. Et cur sane relictis aliis cum Petro hunc sermonem habet. Quia erat exsors, & eximius, ac electus Apostolorum, os discipulorum, vertex & caput chori. Ideo Paulus ascendit Hierusalem vt eum cognosceret præter alios. Simul vt ostenderet ei iam fiduciam habendam, ὡς τῆς ἀρνήσεως ἐξεληλαμένης ἐγχειρίζεται τὴν προστασίαν τῶν ἀδελφῶν, cui negationis culpa abolita præfectura fratrū cōmitteretur. Si præfectura ei reliquorum Apostolorum commissa est, imperium in Apostolos, & fratres ei datum. Quod ais κορυφαῖον significare præsultorem, & præcentorem chori canentium, omnino præcentor ille chori moderator erat, λέγει δὲ προΐστασο τῶν ἀδελφῶν εἰ φιλεῖς με. dicit autem si me amas præfectus esto fratrum, & eis præsideto καὶ τρίτον ἐπιτάττει αὐτῷ δεικνὺς ὅσου τιμᾶται τὴν προστασίαν τῶν οἰκείων προβάτων, & tertio idem præcipit, ostendens quanti faciat præfecturam suarum ouium. S. Leo ser. 3. de S. Petro. Pro fide Petri proprie supplicatur, tanquam aliorum salus certior sit si mens principis victa non fuerit. Athanasius ad Fœlicem Papam, ob id vos, prædecessoréque vestros Apostolicos præsules in summitatis arce constituit, omniumque Ecclesiarum curam habere præcepit. De coryphæo Dio Chrysostomus, de libert. ἐν χορῷ χορευτὴν ὄντα μὴ προσέχειν τῷ κορυφαίῳ, nefas est in choro choricum existentem non attendere præcentori Aristor. lib. 3. polit. vocat χοροδιδάσκαλον. οὐδὲ δὴ γὰρ χοροδιδάσκαλον τὸν μεῖζον καὶ κάλλιον τοῦ παντὸς χοροῦ φθεγγόμενον ἐάσει συγχορεύειν. Nec enim doctor chori eum qui cæteris nitidius caneret, mistum aliis in turba canere sinet. Philostratus in Venere, καὶ ἡ διδάσκαλος ἀποβλέπει τὴν ἀπᾴδουσαν κροτοῦσα τὰς χεῖρας, καὶ εἰς τὸ μέλος ἱκανῶς ἐμβιβάζουσα. magistra cantus respicit eam quæ discordat in cantu plaudens manus, & ad melos sensim & sufficienter deducens. Tertul. lib. de pallio vocat musicum monitorem, Cælius Aurelianus lib. 4. cap. 7. lib. 2. cap. 13. musicum præceptorem, magistrum cantus, vocis modulatorem. Cum igitur Petrus appelletur à Patribus coryphæus, magister cantus, chorodidascalus aliquam ei præfecturam attributam esse oportet, de quo Irenæus lib. 3. cap. 3. Ad Romanam Ecclesiam propter potentiorem principalitatem omnem Ecclesiam conuenire oportet. Chrysost. Homil. 2. ad Psal. 1. ὁ στύλος τῆς ἐκκλησίας, ἡ κρηπὶς τῆς πίστεως, ἡ κεφαλὴ τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων. Petrus columna Ecclesiæ, fundamentum fidei, caput chori Apostolorum. ἄκουε τί φησι τοῦ πέτρου τοῦ στύλου, τῇ κρηπῖδι, τοῦ διὰ τοῦτο κληθέντι πέτρου ἐπειδὰν τῇ πίστει πεπετρωμένος ἦν. Audi quid dicat Petro columnæ & basi, qui ideo vocatus est Petrus, quia fide solida instar petræ firmatus erat. Tenebræ quibus dicta Patrum inuoluis in radio Chrysostomi quasi alterius solis discutiuntur, colores quos obducis euanescunt, & suus veritati color manet. lib. 2. de Sacerd. Chrysost. πρὸς τὸν κορυφαῖον τῶν ἀποστόλων διαλεγόμενος, Christus enim Apostolorum principe verba faciens. Paulo post vocat τὴν ποιμνίων ἐπιστασίαν, præfecturam ouilium quæ data est Petro. Theophylactus ad cap. 22. Luc. Tu autem conuersus confirma fratres tuos, ὅτι ἐπειδή σε τῶν μαθητῶν ἔξαρχον ἔχω, στήριξον τοὺς λοιπούς· τοῦτο γὰρ προσήκει σοι, ὡς μετ' ἐμὲ ὄντι τῆς ἐκκλησίας πέτρᾳ καὶ στηρίγματι. Quando te principem Apostolorum habeo, confirma reliquos. Hoc enim conuenit tibi qui post me Ecclesiæ Petra es, & firmamentum. Primaria enim petra est Christus, Petrus autem post Christum est petra & firmamentum. Paulo post, ἀρνησάμενον δὲ καὶ πάλιν τὰ πρωτεῖα πάντων, καὶ τὴν τῆς οἰκουμένης ἐπιστασίαν λαβόντα διὰ τῆς μετανοίας. Qui cum me negaoeris rursus principatum omnium, & totius terrarum orbis imperium ac præ

ac præfecturam acceperis per pœnitentiam. Quid est, Casaubone, ἐπιτροπεία τῆς οἰκουμένης, nisi monarchia totius vniuersi. Ad cap. 21. Ioannis, pasce oues meas. τῷ πέτρῳ τῆς προστασίας τῆς τῆς οἰκουμένης προβάτων ἐγχειρίζει, οὐκ ἄλλῳ δὲ, ἀλλὰ τούτῳ ταύτην δίδωσι, πρῶτον μὲν ὅτι πάντων ἔκκριτος καὶ στόμα τοῦ χοροῦ παντός, Petro præfecturam ouium totius terrarum orbis tradit, non alij, sed ipsi dat eam, primum quia omnium præcipimus & os chori totius Apostolorum. ἔκκριτος. id est, præcipuus, selectus. Pluratchus in Solone, ἐκκρίτους Athenis dictos ait Iudices selectos ac præcipuos, ἀπολέκτους, ἐκλέκτους. Plato de legibus, κρινέσθω δὲ ἐν τῷ τῶν ἐκλεκτῶν δικαστηρίῳ, iudicetur in selectorum iudicum iudicio. Ita Petrus est iudex selectus, exemptus è numero, vt loquitur Quintilianus. Oecumenius ad cap. 2. Act. ad hæc verba, surgens Petrus in medio discipulorum. ἀνίσταται ὁ πέτρος οὐχ ὁ ἰάκωβος, καὶ ὡς θερμότερος, καὶ ὡς τὴν προστασίαν τῶν μαθητῶν ἐγκεχειρισμένος. Surgit Petrus non Iacobus, quia Petrus & zelo ardentior, & præfectura discipulorum ei credita erat. Agnosco autem quosdam e patribus, Petrum docere à Christo institutum fundamentum propter deuotionem & zeli ardorem, tum quia primus gentiles ad fidem vocauit, quia totius ædificij Christiani molem & compagem contineat, quia sit princeps, caput, coryphæus, Iudex selectus, vertex, præfectus, exarchus totius Ecclesiæ, quod tu vt parum tibi constas, interdum negas, interdum fateris, & aliter in Gallia, aliter in Britannia magna loqueris, nouus Polypus, qui eorum colorem induas, ad quos te applicas.

AD CAPVT XV.

EXERCIT. XV.

INitiũ affectatæ Monarchiæ Romanis pontificibus ab Anacleto papa petis, & tamen eius decretalem 3. atque adeo omnes primorum pontificum Epistolas velutj spurias, adulterinas, supposititias repudias. Facile te multis difficultatibus vno verbo expedis. Quid fidei tribuis Isidoro qui vixit sub annum Christi 615. & apud omnes magnæ auctoritatis habetur. Is in proœmio collectanei sacrorum canonum ait se è concilio 80. Episcoporum collegisse canones Epistolarum Clementis, Anacleti, Euaristi, & aliorum Pontificum Rom. Græcis verbis primum scriptæ. deinde parum politè rudiori sæculo latinitate donatæ sunt. Verba Anacleti recitas ipse, Hæc sacrosancta Romana & Apostolica Ecclesia, non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Saluatore nostro primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super vniuersas Ecclesias, & totum Christiani populi gregem assecuta est, sicut ipse B. Petro Apostolo dixit, Tu es Petrus & super hanc, &c. Velim aliquem antiquum & grauem auctorem proferres, qui epistolas illas falsi accusaret. Certe Decretales omnes Pontificum epistolas a Siricio Papa qui vixit sub Valentiniano & Valente imperat. nemo ex tuis falsi postulat. Concilio Romano sub annum 382. Patres ita loquuntur, sancta Romana Ecclesia nonnullis Synodicis constitutis cæteris Ecclesiis prælata est. Sed & Euangelica voce Domini Saluatoris nostri primatum obtinuit, Tu es Petrus, & super hanc petram, &c. Sed longe ante Romanam Synodum Tertullianus lib. de pudicitia c. 1. 13. 21. Romanũ Pontificem vocat pontificem Maximum. Episcopũ Episcoporũ, benedictũ Papã, Apostolicum. Idem lib. de præscript. cap. 22, latuit aliquid Pet. ædif. Ecc. Per. lib. de Monog. Pet. solum inuenio maritũ per socrum, monogamum præsumo per Ecclesiam, quæ super illum ædificata, omnem gradum ordinis sui de monogamis erat collocatura. Origenes lib. 5. in c. 6. epist. ad Rom. Petro summa rerum de pascendis ouibus cum traderetur, & super ipsum velut super petram fundaretur Ecclesia. Cyprianus lib. 4. ep. 8. Romanam Ecclesiam ab omnibus aliis pro matrice & radice Ecclesiæ esse agnoscendam. Rescriptum Valentiniani III. ad Leonem I. Romanũ Pontificem cuius meministi debuit te mouere, vt tres illas Romanæ potentiæ circa res Ecclesiasticas rationes audires, meritum Petri dignitatem ciuitatis, & Synodica decreta. Nec minus efficaci esse apud te debuerant verba hæc S. Leonis ad Episcopos Galliæ, prouinciæ Viennensis. Huius muneris sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, vt in beatiss. Petro Apostolorum summo principaliter collocaret, vt ab ipso quasi quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet, vt exsortem se mysterij intelligeret esse diuini, qui ausus esset à Petri soliditate discedere. Hunc enim in consortium indiuiduæ vnitatis assumptum id quod ipse erat voluit nominari dicendo, Tu es Petrus. Quid est in istis verbis quod impietatis damnare possit, nisi qui ipse est impius. Dicit in primis potestatis Ecclesiasticæ sacramentum in Petro velut in capite collocatum, vt ex eo Christus dona sua in omne corpus diffunderet. Non satis supra ostensum est P. à Christo Domino caput visibile visibilis Ecclesiæ esse constitutum? Quis autem nisi bliteus neget, vim & efficientiam à capite in reliqua membra influere? at impium

est dice

est dicere Petrum à Christo in consortium indiuiduæ vnitatis assumptum, quia si Petrus & Christus vnum essent, aut Christus non esset Deus, aut Petrus Deus efficeretur. Malè argutaris, Casaubone, vnitas illa non est naturæ, sed voluntatis, & participatæ potentiæ ad regendam Ecclesiam. Ita Rex & Vicarius eius vnum esse dicuntur ratione voluntatis, & potestatis communicatæ. Ideo Magnus Leo non ait voluisse Christum vt Petrus esset id quod ipse erat, sed vt nominaretur quod ipse erat. Imo & si dixisset voluisse Christum vt Petrus esset id quod ipse erat, petra scilicet & fundamentum Ecclesiæ, verè & pie dixisset. Quæ obiicis de Hildebrandino, & impotenti Pontificum dominatu in capita imperatorum, ad ea satis à me supra responsum est. In verbis Gregorii Cardinalis ad Monachos Cassinenses sub annum Domini MCXXVI. quid à fide sit alienum de te quæro. Verba sic recitas, Quænam autem Ecclesia, vel Monasterium à Romanæ Ecclesiæ non disponatur arbitrio, cuius imperio cœlum ipsum aperitur & clauditur. Omnes quippe Ecclesiæ à Pontificibus, Imperatoribus, regibus, vel quibuscunque fidelibus conditæ sunt, Romanam vero sedem solus fundauit filius Dei, & super Petri Apostoli erexit fidem, cui etiam terreni simul & cœlestis imperij iura commisit, & illud verbum quod condidit cœlum & terram, Romanam fundauit Ecclesiam. Quid in his verbis à fide discedit? An quod Romanæ Ecclesiæ imperio cælum ipsum aperitur & clauditur. At verba Christi imperium istud & arrogant & firmant. Theophylactus ad cap. XVI. Mat. κλεῖδας δὲ νόησον τὰς δεσμούσας καὶ λυούσας τὰς τῶν σφαλμάτων ἢ συγχωρήσεις ἢ ἐπιτιμήσεις· ἔχουσι γὰρ ἐξουσίαν τοῦ ἀφιέναι καὶ δεσμεῖν οἱ κατὰ Πέτρον τῆς ἐπισκοπικῆς ἀξιωθέντες χάριτος. Claues intelliges quæ ligant & soluunt veniam aut pœnam peccatorum. Habent enim qui secundum Petrum Episcopali gratia ornati sunt potestatem dimittendi & ligandi. Clauis enim potestatem significat, vt indicat Andreas Episcopus Cæsareæ ad cap. 8. Apoc. ad verba, τὸ δὲ λέγει ὁ ἅγιος ὁ ἀληθινὸς ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα τοῦ Δαυίδ· κλεὶς τοῦ Δαυὶδ ἡ βασιλεία αὐτοῦ κέκληται. ἐξουσίας γὰρ αὕτη σύμβολον. Hæc dicit Sanctus verus qui habet clauem Dauid. Clauis Dauid regnum eius vocatur. Ipsa enim potestatis est symbolum, c. 2. Apocal. ἔχω τὰς κλεῖδας τοῦ θανάτου καὶ τοῦ ᾅδου. Habeo claues mortis & inferni. An improbas verba hæc, cui etiam terreni simul, & cœlestis imperij iura commisit, quæ voce Domini sanciuntur, quæcunque ligaueris in terra erunt ligata & in cœlo. Quæ soluit aut ligat in terra si ea soluta sunt aut ligata in cœlo, habet vtique terreni iura imperij & cœlestis. Quod si Christus verbum illud est quod cõdidit cœlũ & terrã, omnino cũ Petri potestas Romam traducta verbo illo fundata sit, Romanam Ecclesiam eodem verbo fundatam esse necesse est. At iniquum, absurdum est quod ait Bellarminus lib. II. de Conciliis cap. XVI. Hoc esse quasi de fide, Papam esse supra concilium. Si de fide est Christum dixisse Petro, tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Si de fide est, vt est, Petrum esse pastorem ouium Christi, caput Ecclesiæ visibile, cùm caput sit supra corpus, Petrum supra concilium esse certum est. Sed intolerandum est, ais, Pontifices vocari Vicarios Christi, vicedeos. Longe igitur intolerabilius homines vocari Deos, & tamen à Christo dij vocantur. Quod superest, quia impudenter omnipotentiam Rom. Pontificis exagitas, moneo, desine calumniari.

AD ALTERAM CAPITIS
XV. PARTEM.

Amplitudinem S. Cypriano detractam cupis, præstantiam doctrinæ eidem astruis. Cur amplitudo eius orationi & eruditioni à te adimitur, quæ inferioris ordinis oratoribus tribuitur? Sed Grammaticum acumen ostentare placet. Fateris à Cypriano dictum Ecclesiam super Petrum fundatam; eum pro omnibus Apostolis esse loquutum, Petro oues suas Dominum pascendas, tuendasque commendasse, Super vnum Petrum ædificatam esse Ecclesiam Dei. Ampliter loquutum negas. Omittis verba efficacissima ex epist. 59. Primatus Petro datur, vt vna Christi Ecclesia & cathedra vna monstretur. Si primatus Petro datur à Christo, quomodo à te Petrus cum cæteris Apostolis honore & potestate exæquatur, vt supra cæteros nihil eximium habeat. Cur fundamentum à Christo supra Petrum exstructum à te destruitur? Cur vna Ecclesia in plures à te scinditur, vna Cathedra disrumpitur? Sed, inquis, postquam Cyprianus dixit eum qui Cathedram Petri, super quam fundata est Ecclesia, deserit, in Ecclesia non esse, addit omnes Episcopos qui in Ecclesia præsident, vnum esse. Admitto vnum esse corpus sub vno capite Petro, & eius successore. Vrges ex Cypriano qui dicit, Episcopos vnitatem firmiter tenendo probare debere episcopatum quoque ipsum vnum esse

& indiuisum, Agnosco, quia cæteri Episcopi à capite suo Petro discedere non debent, cum quo si consentiunt, vnitas integra seruatur, & eorum episcopatus in membris, vnus est cum episcopatu capitis, qui Petrus est, & eius successor. Episcopatus vnus est, inquit Cyprianus, cuius à singulis in solidum pars tenetur. Quia vna Ecclesia, vnus Christi grex, vnus pastor, vnum caput à quo in singulos iurisdictio & potestas deriuatur. Verba ex epistola 27. quæ non subijcis recitabo vt æquus lector iudicet, quam longe à mente Cypriani abeas. Sic ille, Dominus noster Episcopi honorem, & Ecclesiæ suæ rationem disponens dicit Petro, tu es Petrus & super hanc petram æ.e.m. Inde per temporum & successionum vices, episcoporum ordinatio, & Ecclesiæ ratio decurrit, vt Ecclesia super episcopos constituatur, & omnis actus Ecclesiæ per eosdem præpositos gubernetur. Bene est, sic tamen vt inter ipsos Episcopos sit ordo, & alij sint Episcopi simpliciter, alij archiepiscopi, primates, Patriarchæ, & vnus supra omnes Petrus de quo idem ep. 55. Petrus tamen super quem ædificata ab eodem Domino fuerat Ecclesia. Iisdem verbis vtitur ep. ad Flor. Pup. item ad Iubaianum: item ad Quintum, & rursum lib. de habitu Virgin. De vnitate Eccles. De bono pudicit. Vbi Ecclesiam maxime super Petrum ædificatam ait.

Verba ex epist. 40. quæ recitas sic habent. Deus vnus est, & Christus vnus, & vna Ecclesia, & cathedra vna super Petrum Domini voce fundata. Aliud altare constitui, aut sacerdotium nouum fieri præter vnum altare, & vnum sacerdotium non potest. Studium partium tuarum te transuersum rapit, Casaubone, qui cathedram illam vnam, super Petrum Domini voce fundatam, de alia etiam cathedra, quam de Romana intelligendam putes, ad quam omnes aliæ Ecclesiæ propter potentiorem principalitatem conuenire debent, vt Irenæus lib. 3. loquitur. Hæc cathedra mater vnitatis est, & vt ab vno fonte plures riui, ab vno sole plures radij, ab vno stipite plures rami, ab vno iecore plures venæ, ab vno corde plures arteriæ, ab vno cerebro plures nerui, ab vna illa Ecclesia plures Ecclesiæ exeunt, & ad illam omnes reuocantur, vt ab vno milliario aureo quod Romæ fuit in foro omnes viæ ducebantur, omnes viæ ad vnum illud reducebantur. Quod ex Cypriano ais, singulos Episcopos Ecclesiæ Catholicæ partem in solidum tenere, verum est, sed partem tantum in solidum tenent, vt à Romana Ecclesia deriuata est, Romana vniuersam Ecclesiam in solidum tenet. Particulares Ecclesiæ quod tenent, in solidum tenent, quia solidam Romanæ Ecclesiæ fidem amplectuntur, & Episcopi iurisdictione ac potestate à capite accepta vere ac in solidum sunt Episcopi, ac sui gregis particularis pastores. Sed vt omnes fluuij amari oriuntur, & in mare regrediuntur, ita omnes Ecclesiæ ad suum caput à quo ductæ sunt, reducuntur. Verum item est quod ait Cyprianus epistol. 52. Manente concordiæ vinculo, & perseuerante Catholicæ Ecclesiæ indiuiduo sacramento, actum suum disponere, & dirigere vnumquemque episcopum rationem propositi sui in Domino redditurum. Sed indiuiduum illud Catholicæ Ecclesiæ sacramentum perseuerare non potest, si corpus à suo capite, si lapides in ædificij iunctura positi à suo fundamento distrahantur. An non mihi das sacerdotes apud Episcopum, Episcopos apud Metropolitam, si quo crimine onerentur recte conueniri? Quid ni igitur & Metropolitæ qui in membris numerantur, apud suum caput recte conueniantur. Certe quandiu concordiæ vinculum manet, & Ecclesiæ catholicæ indiuiduum sacramentum perseuerat, actum suum disponere & dirigere vnusquisque potest rationem propositi sui Domino redditurus, sed si qui vinculum illud concordiæ perrumpit, si qui catholicæ Ecclesiæ indiuiduum sacramentum diuidit, non modo Deo, verum & Petro super quem Ecclesia fundata est rationem reddere debet. Nihil aliud vult Cyprianus ep. 54. & 55. Epistolæ Cypriani ad Pompeium auctoritate ac præsidio tegere te vis, in qua Cyprianum errare, & non optimam causam defendere fateris. Non mirum igitur est si in mala causa propugnanda aduersus firmissimum Ecclesiæ fundamentum Petrum & successorem eius Stephanū ei verba quædā minus ferenda exciderint. Tandem ingenue fateris, te super eo articulo, Cypriani mentem plane perspectam non habere. Dicas, non liquere, vt comperendinetur. Ad Tertullianum accedis, & locum è libro de pudicitia quem recitat Illustris. Baronius ad rem facere negas. Imo maxime facit, verba sic habent, Qualis es euertens atque commutans manifestam Domini intentionem personaliter hoc Petro conferentem, super te, inquit, ædificabo Ecclesiam meam. Personaliter, ait, hoc Petro Domino contulit, vt fundamentum, esset non ex æquo reliquis Apostolis largitus est. Tertullianum autē non soli Petro datam ligandi & soluendi potestatē, verum & alijs Apostolis apud B. Ioan. c. 22. attributā non ignorasse scripta eius abunde testantur. De Origenis & Epiphanij verbis quæ supra ascripsi, quia taces, & ego taceo. De Hilario negare non potes, nisi ridendum te propinare vis, ab eo Petrum noui nominis nuncupatione felix Ecclesiæ fundamentum dici, & petram ædificatione illius dignam, quæ infernas

fernas leges & Tartari portas, & omnia mortis claustra dissolueret. Eundē beatū cæli ianitorem vocat, cuius arbitrio claues æterni aditus tradantur, cuius terrestre iudiciū præiudicata auctoritas sit in cælis. Nihil noui, inquis, dicit. Sed verba Domini de Petro vera esse agnoscit, eaq; alio dicendi genere exprimit. Hoc nō satis esse putas ad discutiēdas tuas nebulas? De D. Hieronymo quod eius verba torques, & laceras, male mereris. Sic habēt. Ego nullum primū nisi Christū sequēs, beatitudini tuæ, id est, Cathedræ Petri cōmunione cōsocior super illam petrā ædificatam Ecclesiam scio, quicunque extra domum hanc agnum comederit, prophanus est. Cathedram Petri, inquit, vocat orthodoxiam. Vere sentis. In Cathedra Romana vera fides nec extra eam esse potest. Quicunque extra domum hanc agnum comederit, Prophanus est. Miseret me tui, Casaubone, qui sponte prophanus, & extra cathedram hanc esse vis. Transis ad Ambrosium, cuius verba sunt, Vos autem quem me esse dicitis? Petrus statim loci non immemor sui primatum egit, primatum confessionis vtique non honoris, primatum fidei non ordinis. Quid est in istis verbis quod Petri principatum labefactet? In primis ait Petrum primatum egisse, quem loci sui esse nouerat. Quemadmodum igitur in imperio princeps inter suos loco primus est, ita & inter Apostolos Petrus. At subiicit Ambrosius, primatum confessionis fuisse, non honoris. Hoc ille vult, Petrum non ambitione & honoris studio ductum, quod alij vulgo solent; vt hunc confessionis honorem aliis præriperet, sed vt qui loco primus erat, primus apud Dominum fidem testaretur. Non video tamen quomodo is qui loco primus erat, primus ordine non fuerit, cùm nemo primus loco esse possit, cui non sit alius in ordine secundus, aut tertius. Tu te fateris Petrum ordine & honore primum fuisse, cùm ἀρχηγὸς, princeps, Coryphæus appelletur. Sed bellè respondet Baronius, ideo nondum ordine & honore primum ab Ambrosio dici, quia nondum à Christo audierat, Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Quibus verbis Ecclesiæ fundamentum est institutus. Subiicis pag. 429. Nam & nos credimus cum Patribus Petro post ascensionem Domini, aliquem esse tributum à cæteris Apostolis & honoris, & ordinis primatum. Amplius si sapere vis cum patribus tibi credendum est, & illis Christi verbis Petrum petram super quam ædificaretur Ecclesia constitutum, eidemque claues regni cœlorum datas, & prouinciam vt fratres suos confirmaret impositam, vbi verò Christus à mortuis surrexit antequam cœlum ascenderet, Petrum ouium pastorem esse constitutum. Id si non credis, euangelio non credis, cum patribus non credis. Quod Chrysostomus ait Petrum in Actis, vbi de Circumcisionis onere gentibus ad Christi fidem accedentibus non imponendo agitur, nihil ἀρχοντικῶς, pro imperio egisse, sed omnia de consilio cæterorum Apostolorum, & formam ille & disciplinā, quæ in conciliis obseruari debeat, præscribere voluit, vt singuli sententias rogentur, & quod omnibus placuerit, quod in commune visum erit a capite Concilij firmetur. Iocum facis Gregorij VII. dictatum XVII. in hæc verba conceptum. Quod sententia Papæ à nullo debeat retractari, & ipse omnium sententias retractare possit. Accipe à Christo rationem. Oraui pro te, Petre, ne deficeret fides tua, & tu conuersus confirma fratres tuos. Prima sedes, exclamant Patres apud Marcellinum Romanum Pontificem, à nemine iudicatur. Ecclesia, cuius ille caput est, columna est, & firmamentum totius veritatis. Veteres illi Romani Pontifices quæ de Athanasio, de Chrysostomo, & aliis plerisque in Synodis Græcanicis grauius statuta erant, retractarunt, irrita fecerunt. Quæ à Romanis Pontificibus decreta sunt, quia ex auctoritate à Christo data legitimè decreta sunt, à nemine vnquam retractari, infirmari, improbari iure potuerunt. Chrysost. homil. 87. in Ioannem, ἐπεὶ δὲ μεγάλα αὐτῷ προεῖπε, καὶ τὴν οἰκουμένην ἐνεχείρισε. Postquam magna prædixit Petro, & terrarum orbem ei tradidit in manus. Recitas alia Ambrosij verba, Hic est ergo Petrus qui respondit præ cæteris Apostolis, imo pro cæteris, & ideo fundamentum dicitur. Nunquam, inquis, fando auditum est, aliquem qui pro aliis loquebatur, propterea regio more illis imperasse. Non tantum pro aliis loquutus est, Casaubone, verum & præ aliis, quia loci sui erat memor, inquit Ambrosius. Loquutus est pro aliis, quia quæ alios respondere par erat, quæque alij omnino respondissent si Deus illis reuelasset, ipse cui reuelatum erat respondit, & cæteris quid crederent præiuit; loquutus est præ aliis, quia os fuit Apostolorum, vt ait Chrysostomus, os verò in capite esse amat. Loquutus est præ aliis, quia dignissimo, cùm apud principem ex officio sermo habendus est, sermo datur. Loquutus est præ aliis, vt ait Chrysostomus, ob zeli ardorem, & θερμότητα, & ideo pro soliditate deuotionis Ecclesiarum petra dicitur, vt loquitur Ambrosius serm. 11. de Sanctis. Subiicis tertium Ambrosij locum in hæc verba. Fides ergo est Ecclesiæ fundamentum, non de carne Petri, sed de fide dictum est, quia portæ inferi non præualebunt, sed confessio fidei vicit infernum. Optime respondet Illustrissimus Baronius, non nisi ex fidei confessione tam Petrum prærogatiuam promeruisse, & Ambro-

sium de carne Petri & fide Petri hanc habuisse distinctionem, ne videretur cum Petro etiam interiisse Ecclesia. Fides enim Petri in successores eius transiit, in quibus & eadem prærogatiua transit. Vt enim ostenderet Christus, hanc confessioni Petri mercedem reddi, vt Ecclesiæ fundamentum constitueretur, ait ipse, & ideo tibi dico Petre, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Vbi mihi nota Ambrosium per hæc verba, non præualebunt aduersus eam petram intellexisse, super quam ædificanda erat Ecclesia, quæ petra erat Petrus, & Petri fides, non modo in carne Petri, verum & in eius successoribus perseuerans. Quartum Ambrosij locum quem recitare te piget ascribam ex serm. de fide Christi. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Petra enim dicitur, eo quod primus in nationibus fidei fundamentum posuerit, & tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem molemque contineat. Certè qui totius operis Christiani compagem molemque, quasi saxum immobile continet, eum supra alios secundum Christum illustri quadam potestate insignitum esse necesse est. Quod ais Cyrillum, Basilium, Greg. Nazianzenum, Chrysostomum nihil dicere quod Petri monarchiæ faueat, fugiunt te verba patrum, qui vni Petro asserunt, ouium Christi quæ toto orbe sparsæ sunt præposituram, προστασίαν, ἐπιστασίαν, κηδεμονίαν. à Christo datam, ipsum ἔξαρχον, κορυφαῖον, κεφαλὴν, ἀρχηγὸν, Principem, ducem, caput Ecclesiæ vocant, vt suprà ostendimus. Quod verò Ioannes Chrysostomus ait homil. 55. in Matth. cap. XVI. Petrum vniuerso terrarum orbi à Christo præpositum, vere ait, imo ipsis etiam Apostolis, qui inter oues numerantur, quosque confirmare iubetur, vt eorum fides deficere non possit. Idem tamen pater ait curam vniuersi orbis omnibus Apostolis in commune esse traditam, sed sub vno capite, sub vno pastore, ἀναρχία turbas faciat, vtque omnia, vt ait Cyprianus, ad vnitatem reuocentur, quia vnus Deus, vna fides, vnum Baptisma. vna Ecclesia supra Petrum Christi voce fundata epist. 59. Ita verba Chrysostomi accipienda sunt, Si quando S. Paulo & Timotheo προστασίαν τῆς οἰκουμένης, præfecturam orbis attribuit. Vt enim fides Christi per orbem disseminaretur, oportuit Apostolos & discipulos Christi omnes orbis prouincias peragrare, quas Dei fide imbuerent, & salutis mysteriis initiarent, ea tamen lege, vt sub vno capite militarent. Imponis, Casaubone, cum dicis nos ignorantiæ Augustinum accusare. Doctissimum & sanctissimum Patrem Augustinum fuisse profitemur, cuius verba è serm. XV. de sanctis accipito, Petrum fundamentum Ecclesiæ Dominus nominauit, & ideo dignè fundamentum hoc Ecclesia colit, supra quod ecclesiastici ædificij altitudo consurgit. Quod si quando Christum petram esse ait, aut vt Chrysostomus, & Ambrosius, interdum fidei confessionem, non tamen negat Petrum à Christo petram Ecclesiæ constitutam esse, sed vt monui eundem scripturæ locum interdum ad literam, interdum figurate, anagogice, allegorice interpretatur. Vrges hanc de Monarchia pontificis ætate Augustini doctrinam Ecclesiæ Catholicæ fuisse incognitam. Quot iam auctoribus superioribus Augustini ætate notam, & sanctè habitam probaui? Lege Tertullianum de præscrip. lib. de pudicit. Origenem in cap. 6. ad Roman. & homil. in Exod. Hilarium super Mat. Ambros. serm. 47. Hieronymum lib. 1. contra Iouinianũ, cōtra Pelagiau. lib. 1. super Matth. epist. ad Marcellam, & in cap. Isaiæ 2. & 16. Qui omnes Augustino sunt antiquiores. Tertullianum audi lib. de pudicit. c. 1. Audio etiam edictum esse propositum, & quidem peremtorium, Pontifex scilicet maximus, Episcopus Episcoporum dicit c. 13. pœnitentiam mœchi in Ecclesiā inducens bonus pastor, & Benedictus papa concionaris. c. 21. Exhibe igitur & nunc mihi, Apostolice, prophetica exempla. Apostolicum vocat Rom. pontificem per excellentiam lib. de præscription. cap. 36. statu felicem Ecclesiam Romanam vocat. Initio lib. aduersus Praxeam literas pacis ab Episcopo Romano reuocatas ait. lib. de præscript. cap. 36. Ecclesia Romana vnde nobis auctoritas præsto est. lib. 3. car. aduersus Marcion. vbi postquam Cathedræ Petri mentionem fecit, in qua & ipse sedit, & alios post se sedere iussit, hæc subiungit.

Constabat pietate vigens Ecclesia Roma
Composita à Petro.

Cyprianus l. de vnit. Eccles. vnā cathed. constituit, & vnitatis eiusdem originem ab vno incipiēte sua auctoritate disposuit. Itē, primatus Petro datur, vt vna Ecclesia & cathed. vna mōstretur. Itē qui Petri Cathedrā deserit in Ecclesia non est. ep. ad Fabianũ, cum Fabiani locus, inquit, id est cũ Petri locus, & gradus sacerdotalis cathedræ vacaret. Optat. lib. 2. aduers. Parmenian. Negare non potes scire te in vrbe Roma Petro primo episcopalem Cathedram esse collocatam, in qua sederit omnium Apostolorum caput. In cathedra vnica quæ est prima de Ecclesiæ dotibus sedit prior Petrus. Cyprianus ep. 45. cunctos ex Africa nauigantes hortatur, vt Ecclesiæ Catholicæ matricem & radicem Romam generent & agnoscerent, Irenæus lib. 3. cap. 3. Maximæ,

& anti

& antiquissimæ, & omnibus cognitæ à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo fundatæ & constitutæ Ecclesiæ eam quā habet ab Apostolis traditionē & adnunciatam hominibus fidē per successiones episcoporū peruenientē vsque ad nos indicantes, cōfundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per sui placentiá malā, vel vanam gloriam, vel per cęcitatem & malā sententiá præter quā, oportet colligunt. Ad hanc enim Ecclesiā propter potentiorem principalitatē necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndique fideles in qua semper ab his qui sunt vndique cōseruata est ea quæ est ab Apostolis traditio. Tertul. li. de præscr. statu felix Eccl. cui totá doctrinā Apostoli cum sanguine profuderunt. Falsum igitur est, & quadruplatore nequissimo, non Casaubono dignum, quod ais à principio, & vsque ad Augustini tempora, hanc doctrinam Ecclesiæ Catholicæ fuisse incognitam, cum Irenæum, Tertullianum, Cyprianum, & alios plerosque eius nō auctores, sed laudatores & prędicatores esse luce meridiana sit clarius. Baronium cor plumbeum, frontē ęream habere ais, qui omnes ab Augustini verbis, & Ecclesiæ catholicæ fide transfugas, nouatores appellarit. Verba Augustini sic habent, Numerate sacerdotes vel ab ipsa Petri sede, & in ordine illo patrum quis cui successit videre. Ipsa est petra quam non vincunt superbæ inferorū portæ. Tu per Petri sedem, fidei doctrinā intelligis, inficete, ne dicam ineptè. qui non videas Augustinū non de fidei doctrina, sed de successione Pontificum Romanorū qui a Petro & successoribus eius instituti sunt, agere, quā successionē in pontificio & Apostolatu Petri Petram esse ait, quam non vincunt superbæ inferorum portæ. Ita & Irenęus li. 3. c. 3. per hanc successionem omnes hęreticos confundi scribit. Opta. li. 2. in Parm. vos vestræ cathedræ originem ostendite qui vobis vultis sanctam Ecclesiam vindicare. Tertul. li. de Præscript. Qui estis vos, vnde, & quando venistis, vbi tandiu latuistis. Bonum tamen factum hic ascribo, quod pag. 432. fateris Ecclesiam Romanam a Petro in vera fide fundatam, petram esse inuictam. Idem Ioan. Chrysostomus tribuit Ecclesiæ Constantinopolitanæ, idem Cyprianus aliis Ecclesiis in Apostolica doctrina perseuerantibus, aduersus quas portæ inferi præualere non possunt. Idem Ignatius Romanæ cum ait Ecclesiam in petra non manufacta ædificationes spiritus fundatam. Bene igitur Baronius ex Augustini tractatu 56. in Ioannem, dixit. Idem pater fidissimus assertor primatus Petri, vt cum ait: quis enim nesciat Apostolorum principem beatissimum esse Petrum. Principem interpretaris primum in ordine. Si etymon spectas, princeps dicitur, τὰ πρωτεῖα λαβών, qui primaria honoraria capit, qui prima capit, post Augusti ætatem qui cuncta discordiis ciuilibus fessa nomine principis sub imperium accepit, vt loquitur Tacitus, principes imperatores dicti sunt. Ita Petrus princeps Apostolorum dicitur, pastor, rector, gubernator, caput. Qua capitis voce potestatem supra alios significari inscienter negas. Tacitum audi lib. 1. Annalium quousque patietis non adesse caput Reipublicæ.

Quod ais Leonis magni ætate ad coercendos Nest. Eutychianos, Dioscoros, qui Ecclesias orientis vastabant, Romano episcopo exaggeratam illam, & admirabilem potestatem fuisse necessariam, probo: sed illa eminens supra alios auctoritas in consiliis, & aliis Ecclesiæ negotiis vt à Christo accepta iam olim à decessoribus S. Leonis iure vsurpata erat. Nemo (inquis pag. 434.) peritus rerum Ecclesiæ, ignorat opera Romanorum Pontificum per multa secula Deum esse vsum in conseruanda sarta tecta rectæ fidei doctrina. Et tamen tuus ille doctor Plessæus, ex cuius epistola tuam concinnasti, mysterium iniquitatis iam inde à Victore pontifice, qui quartodecimanos hæreticos in oriente grassantes coërcuit, & ad bonam mentem reuocauit, in Ecclesia Romana incepisse, deinde in Cornelio, & Stephano, qui anabaptismum in Africa exstinxerunt perseuerasse contendit. Tu longe es æquior, quem nisi studium partium Anglicanatū transuersum raperet, cum Ecclesia Romana facile sensum animi tui coniuncturum esse non diffido. De Leonis magni consortio indiuiduæ vnitatis cum Christo, abunde à me supradictum est, verbum non addo. De Synodo Ephesina sub Celestino copiose dixi ex ipsis actis synodi, & ecclesiasticæ historię scriptoribus, in responsione ad tuam epistolam, ἐπέχω. De vocibus capitis, exarchi, abunde suprà vidimus. Abiungo fessus tam longa verborum velitatione, vbi totius Ecclesiæ vnanimi iam inde à tot sæculis consensu res decidenda esset.

AD CAPVT XVII.

EXERCIT. XV.

STringis aculeum tuum in Illustris. Baronium, quod neget Petrum à Christo proptereà dictum esse Satanam, quod spiritu diabolico ageretur, sed quod Christi consilio de crucce subeunda aduersaretur. Quia Satanas τὸν ἀντικείμενον, & aduersarium significat. Chrysostomus locum hunc ita explicat. καὶ οὐκ εἶπεν, ὁ σατανᾶς ἐφθέγξατο διὰ σοῦ, ἀλλ' ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ· καὶ γὰρ ἐπιθυμία ἦν τοῦ ἀντικειμένου τοῦ μὴ παθεῖν τὸν χριστόν. διὰ τοῦτο μετὰ τοσαύτης σφοδρότητος ἐπετίμησεν αὐτῷ. Et non dixit Satanas loquutus est per te, sed vade retro Satana. Etenim cupiebat Diabolus Christum non pati. Ideo cum tanta vehementia increpauit eum. οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. ἐκεῖνος ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ, καὶ γηΐνῳ τὸ πρᾶγμα ἐξετάζων ἐνόμιζεν αἰσχρὸν εἶναι τοῦτο αὐτῷ, καὶ ἀπρεπές. ἐγὼ δέ σοι λέγω ὅτι τὸ μὴ παθεῖν με τοῦ διαβόλου γνώμης ἐστί. Non sapis quæ sunt Dei, sed quæ sunt hominum. Ille enim humana ratione & terrestri rem æstimans, existimabat id ei turpe esse & indecens. &c. Ego tibi dico quod passionem meam impedire ex consilio Diaboli est. Minus durè interpretatur hæc verba Theophylactus. ὅτι μὲν ὀρθὰ ἐλάλει ὁ πέτρος, μακαρίζει αὐτὸν ὁ χριστός· ὅτι δὲ ἀλόγως ἐδειλίασε, καὶ οὐκ ἤθελε παθεῖν αὐτὸν ἐπέπληξεν εἰπών, ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ· σατανᾶς δὲ ὁ ἀντικείμενος λέγεται· ὕπαγε οὖν ὀπίσω μου, τουτέστι μὴ ἀνθίστασο, ἀλλ' ἀκολούθει τῷ θελήματί μου· καλεῖ δὲ οὕτως τὸν πέτρον ἐπεὶ καὶ τῷ σατανᾷ ἀθέλητον ἦν τὸ παθεῖν τὸν χριστόν. Quando recta loquebatur Petrus beatum dicit eum Christus. Quando autem sine ratione, & temere extimuit, & noluit eum pati, increpauit eum, vade retro Satana. Satanas autem dicitur aduersarius; vade igitur retro, id est noli aduersari, sed sequere meam voluntatem. Ita autem vocat Petrum, quia Satanas non cupiebat pati Christum. Cur igitur ingressus Satanas in Iudam iniecit ei eam mentem vt Christum proderet, venderetque 30. denariis. Omnino fatentur patres non plane certum fuisse Satanæ, Christum esse Messiam. Et tentamentum eius in deserto ei rei argumento est. Sapit autem Petrus quæ hominum sunt, quia dum humano more rem æstimat, præ nimio in Christum amore ab eo mortem illam indignissimam deprecatur. Quod Theophylactus eodem loco docet, qui tamen Petrum σφαλῆναι ait, lapsum esse. Sed omnino prolapsio quę ex nimio amore nascitur leuis est. Chrys. ibidem, ὁ μακαρισθεὶς οὕτως οὕτω ταχέως διέπεσε, καὶ ἐσφάλη, ὡς φοβηθῆναι τὸ πάθος. Qui ob confessionem beatus dictus erat, tam celeriter cecidit & prolapsus est, vt metueret, ne Christus crucem pateretur. De monte Thabor tu sentis cum Illustris. Baronio, quemadmodum & de didrachmis, quæ exigebantur in vsum templi. Iosephus lib. 7. c. 26. φόρον δὲ τοῖς ὅπου δή ποτε οὖσι ἰουδαίοις ἐπέβαλε δύο δραχμὰς, ἕκαστον κελεύσας ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὸ καπιτώλιον φέρειν, ὥσπερ πρότερον εἰς τὸν ἐν ἱεροσολύμοις νεὼν συνετέλουν. Indixit Iudæis vbi vbi locorum essent, duas drachmas vnumquemque in singulos annos in capitolium inferre, vt prius in templum quod erat Hierosolymis inferebant. Iterum Illustris. Baronium virulentem dentem impingis quem franges potius quam imprimas, quod Clericos dicat iure diuino immunes ab onere vectigalium esse. Christi verba sunt: Reges terræ à quibus accipiunt tributum? A filiis suis, an ab alienis? At ille dixit, ab alienis. Dixit illi Iesus, ergo liberi sunt filij. Omnino Christus, quia verus & genuinus filius Dei, se immunem à censuum onere ostendit. Petro tamen dixit, vt non scandalizemus eos, da eis pro me, & te. Chrysostomus ad cap. 18. Matth. εἶδες τὴν ὑπερβάλλουσαν τιμήν; ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς πρωτότοκος ἦν, vides honoris excellentiam, quoniam & Petrus primogenitus erat. Nam cum ex Iacobo & Ioanne alter primogenitus esset, ἀλλ' οὐδὲν τοιοῦτον ὑπὲρ τούτων ἐποίησε, nihil tale Christus pro iis effecit. Ideo ἔπαθόν τι ἀνθρώπινον οἱ μαθηταί, ὅτι πάντων αὐτὸν προετίμησε, passi sunt aliquid humanum ab inuidia, quando Christus Petrum omnibus prætulit. Ambros. orat. de tradendis Basilicis. Si tributum petitur, non negatur; agri Ecclesiæ soluunt tributum. Hieronymus tamen ad Matth. 17. Nos pro illius honore (Christi scilicet) tributa non reddimus, & quasi filij regis à vectigalibus immunes sumus. Immunitates illas à Principibus datas tecum censeo. Cod. Theodos. lib. 16. tit. 2. l. 16. 26. C. Theodos. l. Sancimus. de Sacrosanct. Eccles. De fluuio Sabbattico tecum sentio, eum 6. diebus fluxisse, septimo conquieuisse, quod narrat Plinius lib. 31. c. 2. contra Iosephum, 8. cui tamen rei, quia sine fide es, fidem habere non potes. De Syriacis legionibus quæ solę nullam Seiani imaginem intersigna coluisset, tibi assentior, quod libro 2. de Imper. Rom. tit. de imaginibus Imper. abunde docui.

AD

AD CAPVT I.
Exercit. xvi.

IN Illustrissimi Baronij scriptis vlcus notas, Medicinam non facis. Putat ille Christum Dominum anno ætatis 34. passum esse, nec nisi quatuor paschata inter Baptismum eius & passionem intercedere. Certè Dominus per quatuor Paschata prædicauit, in 5. passus est. Primum pascha post baptismum fuit Ioan. 2. secundum Ioan. 2. quo tempore Ioannes Baptista in carcerem ab Herode coniectus est. Tertium pascha est à Matth cap. 12. ad 14. Mar. 6. 14. Luc. 7. Tum cæsus Ioannes qui paschata duo exegit in vinculis, apud castrum Machærontem. Quintum pascha est à 7. Ioannis, quo tempore Lazarus ab inferis excitatus. Igitur Christus mortuus anno ætatis 35. Quare Paulus dixit nos resurrecturos in ætatem plenitudinis ætatis Christi. Sed plena & perfecta ætas est annorum 35. Ita viri eruditi sentiunt Gerardum mercatorem secuti. Ita Cardinalis Baronius qui anno 34. exacto Christum passum esse putat. Rectè Illustrissimus Baronius apud Ioannem cap. 11. κώμην, vicum Mariæ & Marthæ Magdalum, sed non castellum ponit. De voce Hosanna, acclamationem esse non dubito. Anna interpretantur, obsecro. Psal. 117. Anna, Iehoua, Osianna, obsecro Domine saluum me fac. Elias in Thisbi; Hoschahana, pro hoschina na, serua obsecro. Psal. 86. Osanna filio ancillæ tuæ. 70. Inter. σῶσον τὸν υἱὸν τῆς παιδίσκης σου. vocant & hosananoth Iesucoth formulas hymnorum solemnes in festo tabernaculorum. Sic etiam vocantur frondes arborum, palmæ, oleæ, salicis, quas per illos dies manibus tenebant. Iosephus lib. 3. cap. 10. εἰρεσιώνην, alij τὰ βάϊα καὶ θαλλοὺς, & alia plura, quæ à te opportunè notantur.

AD CAPVT IX.

ILlustrissimus Baronius ex Isidoro Pelusiota ficum ad Hierusalem natam, cui maledixit Dominus, fuisse illam ficum, scribit, quæ Adamo & Euæ folia tegendo pudori præbuit. Non credis, quia hæc fuit in Edem, nec opinor Illust. Baronius credidit. De censu & capitatione dixi libro de vectigalibus populi Rom. Censum hic φόρον interpretor, cum B. Luca tributumque solutum in moneta Romana, siue denarij essent, siue aliud monetæ Rom. genus agnosco, cùm dictum est, licet dare censum Cæsari. De 30. argenteis quibus Iudas Christum addixit optime Hieronymus, certam non postulat summam, vt saltem lucrosa videretur proditio, sed quasi vile tradens mancipium in potestate ementium posuit, quantum vellent dare. In lege Dei mancipia siclis 30. æstimantur Exod. 21. Græci seruos vili pretio emptos per contumeliam ἁλωνήτους vocabant, sale emptos. Psal. 43. vendidisti populum tuum sine pretio. Amos 11. Deus exprobrat Iudæ proceribus, quod venderent iustum nummo argenteo. Facit ad Domini abiectionem quod 30. argenteis siclis, quasi mancipium venierit, id est, coronatis circiter Gallicis 10. aut 12. Hæc mihi probantur, nec tamen Illustrissimi Baronij sententia improbatur, qui argenteum, argenti libram interpretatur. Suos enim, eósque graues sequitur auctores. Apud Hieremiam cap. 32. ager non malus emitur pretio siclorum 17. De nummis qui Lutetiæ visuntur an sint illi ipsi qui Iudę traditi, ἐπέχω. D. Hieronymus apud Hieremiam cap. 32. septemdecim siclos intelligit, seu stateres. Ezech. cap. 45. siclum facit partem minę sexagesimam his verbis, 20. sicli, & 25. sicli, & quindecim sicli minam facient. Schekel & siclus & argenteus apud Iosephum idem sunt. Deut. 22. Mulctabunt illum centum argenteis, vetus versio, centum siclis argenti. Geneseos 45. dedit Ioseph Beniamin trecentos argenteos, Onkelos vertit, trecentos siclos argenti. In versione Gręca malè χρυσοῦς pro ἀργυροῦς, vt bene doces.

AD CAPVT X.

MAlo more & contra bonum & æquum hic exagitas Illustrif. Baronium, cuius verba hæc sunt, An apud Ioannem Dominus noster hoc anno celebrauerit Pascha, dubium valde redditur, quod Lucas scribit ipsum Ioannem cum Petro missum ad perquirendum vbi Pascha parandum foret. Dubium redditur quod scripsit Nicephorus, non quod scripsit Lucas.

Scribit enim Nicephorus apud Ioannem, quod falsum est. Obseruas Pesac à 70. Interp. dici pascha, à Theodotione phasec. Latinus interpres bibliorum Hebraicorum, phase. Ionathan pischa. Gregor. Nazianzenus ser. 42. in sanctum pascha vocat phasca, id est transitus. Pascha Græci nonnulli ἀπὸ τοῦ πάσχειν. Iustinus in Dialogo cum Tryphone Agnum ait qui totus assabatur fuisse symbolum τοῦ πάθους τοῦ σταυροῦ, δι' οὗ πάσχειν ἔμελλεν ὁ χριστός. Passionis crucis, per quam debebat pati Christus. Quanquam vocabulum Hebraicum esse sciuit, adlusit tamen ad vocem Græcã πάσχω. Hæc tu bene, quæ & ab aliis antea obseruata. Greci quia fermentato pane vtuntur Christum diem legitimum celebrando paschati anticipasse contendunt. προλαβὼν ὁ χριστὸς πρὸ μιᾶς ἐποίησε τὸ πάσχα, inquit Xanthopulus. Christus anticipato die fecit pascha. Putant Christum 13. luna mensis Nisan pascha celebrasse, Iudæos 14. luna. Quod docet Cedrenus p. 144. ἄρτον opponit ἀζύμῳ, & Christũ Iudaicum pascha omisisse putat, vt mysticũ pascha celebraret. Volunt Græci ἄρτον ab αἴρεσθαι significare panẽ fermentatum, sed falluntur, cum Luc. 24. ἄρτος panis azymus dicatur. Merito laudantur tibi verba Innocentij III. li. 4. Myster. c. 33. Adhuc multi sacrificant de fermentato, quibus tanquam vere catholicis Ecclesia Roman. communicat. Sed Græci cum iis non communicant, qui in azymo sacrificant. Male.

AD CAPVT XIII.

EXERCIT. XVI.

AGgrederis ad rem impeditam in qua discedis ab Illustriss. Baronio, vt accedas ad sententiam doctissimi Maldonati, Iosephi Scaligeri, & aliorum, qui Dominum Christum tempus legitimum celebrandi paschatis seruasse docent, & Iudæos festum transtulisse propter canonem Hebraici Kalendarij Adu. Quare pascha Domini fuit diuersum à paschate Iudæorũ. Quod significat Ioan. c. 13. qui cœnam, & lotionem pedum fuisse ait, πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, ante festum paschatis, cum Matthæus dicat fuisse τῇ πρώτῃ τῶν ἀζύμων, prima die azymorum, quando pascha sacrificabant: & Lucas, ἤγγιζε δὲ ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, ἡ λεγομένη πάσχα, appropinquabat festum azymorum, quod dicitur pascha: quod tempus fuit legitimum ex lege agni comedendi, luna 14. de quo reliqui Euangelistæ loquuntur, cùm Ioannes loquutus sit de die quæ antecedit festum Iudæorum. quæ dies antecedens Iudæorum festum fuit prima azymorum. Hac ratione tempus idẽ ineuntis lunę decimę quartę, siue desinentis decimę tertię, dies Iouis, Nisan 13. Hoc inquã, idẽ tẽpus Christo erat ἑορτὴ ἀζύμων, initiũ festi azymorũ siue paschatis, & ante festũ paschatis, vt vocat Ioan. Nam tota paschatis solemnitas ad priorẽ diei partẽ pertinet, vesperam scilicet, & primã noctem illius diei quæ dicitur prima azymorũ. Exeunte enim die præcedente post meridiẽ mactabatur agnus, deinde parabatur, & fermentum omne exterminabatur, ac tandem in vespera quæ erat initium primæ azymorum edebatur, protrahebaturque conuiuiũ ad primam noctem, Marci xv. Et cum sero esset factum, quia erat parasceue, quod est ante sabbatum, ὀψίας γενομένης, ἐπεὶ ἦν παρασκευή: ὀψία seu vespera fuit duplex, prior est inclinantis solis quæ post meridiem incipit, altera vespera est occidentis solis quæ dicitur ὀψία ἄλλη, solis occasus: sic apud Iudæos duplex erat hereb, seu vespera, prior à nona hora ad xi. quod erat tempus oblationis vespertinæ: altera paulo ante occasum solis, quod erat principium Iudæis diei sequentis. Narrat Euangelista Iudæos qui è Caiaphæ domo Christum ad Pilatum deduxerant, non esse ingressos prætorium, vt non contaminarentur, sed manducarent pascha. Iudæi igitur nondum manducauerant, at Christus manducauerat. Non ergo eadem die Christus & Iudæi pascha comederunt. Deuteronomij xvi. dicitur immolabis phase pecudes, & boues, quibus verbis duplex genus sacrificij commemoratur, pascha, id est agnus paschalis, & oues, ac boues, id est oblatio pacifica, quæ die 14. ante mactationem agni offerebatur ex ouibus & bobus. καὶ θύσεις τὸ πάσχα κυρίῳ τῷ θεῷ σου, πρόβατα καὶ βόας, vt 70. Interpretes. Ioannes cap. xix. ait, erat parasceue paschatis. Certe si dies quo Dominus est crucifixus parasceue fuit paschatis, nondum pascha Iudæorum præterierat. Atqui pascha suum Christus celebrauerat. Quare aliud pascha fuit commune Iudæorum, aliud Christi proprium Sabbatum autem habuit suam parasceuen, & festa suam: vnicuique enim diei bono siue festo attribuitur sua vespera προεόρτιος, parandis rebus ad festum necessariis destinata. Iudæis igitur qui pascha suũ comederunt ineunte die decima quinta parasceue paschatis fuit vespera diei decimæ quartæ, quo tempore Dominus noster cruci est affixus, laxe vero accipiendo dies ipsa decima quarta fuit illis, & sabbati parasceue vt semper, & paschatis parasceue, sicut ait Ioannes propter translationem festi. Ioannis c. 13. verba Christi ad Iudam, quod facis facitius

fac citius. Apostoli sic accepere, quasi Christus dixisset, eme ea quibus opus habemus ad festū. Nōdū igitur aduenerat Pascha Iudæorum. At Domini Paschalis cœna iam erat transacta, in qua Christus hæc verba dixerat ad Iudam, Ioannis c. 19. Iudæi ergo vt non remanerent in cruce corpora Sabbato, quoniam parasceue erat, magnus enim erat ille dies Sabbati, rogauerunt Pilatū. Iudæis bonus dies dicitur vt primus & postremus azymorū, vel tabernaculorum, vocant diem magnū. Ioan. cap. 7. de vltimo die tabernaculorum, ἐν δὲ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ τῆς ἑορτῆς Sabbatum ergo non dictum est dies magnus propter Sabbati religionem, sed propter festum. Ioann. cap. 18. Est autem consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in pascha, id est laxem, in tempore festi paschatis, & azymorum, vel vt Matthæus & Marcus, κατ' ἑορτήν. Matth. 26. ἔλεγον δὲ μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, ἵνα μὴ θόρυβος γένηται ἐν τῷ λαῷ. Non in die festo ne fiat tumultus in populo. Igitur dies qua Christus captus est non fuit festus Iudæorum. Auctores enim cōsulti huius à populo sibi metuebant, ne populus tumultū concitaret. Certè Moses ben Maimon li. vltimo Iad, sectione 1. ca. 11. ait, Iudices rerū capitalium non iudicant in parasceue Sabbati aut in parasceue diei festi, quia non debet id fieri, & reus postridie occidi non potest. Certū autē est ex Mosis mādato pascha celebrari debuisse decima quarta primi mensis die sub vesperam, inter duas vesperas. Dies à posteriore vespera incipiebat, desinebat in priorem. Humbertus contra Græcos, Si Christus pascha fecit 13. lu-na cum fermentato, dupliciter reus fit, quia pascha fecit tēpore non suo, & quia cum fermentato. Paterfamilias apud quē Christus pascha fecit, nō potuit ignorare, vt rectè Maldonatus infert, pascha celebrandum ea die qua Christus celebrauit, nisi ex decreto Synedrij aliter eo anno fieret. Sacerdotes qui Christū accusarūt, aut ignorarunt Christū ea nocte agnū comedisse, aut non ausi sunt ad crimen obiicere, quum Christus ex legis præscripto suū pascha celebrasset. Ex his omnibus statuimus Christū Dominū alia die pascha fecisse, alia Iudæos, Christum ex legis præscripto pascha fecisse prima vespera decimæ quartæ diei, quæ fuit parasceue Sabbati, & festi Iudæorū, qui magnus & bonus dies dictus, Iudæos pascha fecisse prima vespera xv. Lunæ, quia festum trāstulerāt, Christū Dominū in crucem actum esse inter duas vesperas decimæ quartæ diei, quæ fuit azymorū, & parasceues magni diei festi Iudęorū. Quia cum ad Pilatum irent nondum pascha fecerant, quia die festo neq; Christū capere, vincire, neq; cruci affigere ausi fuissent, quia antequam inciperent festū suum Iudæi Christus de cruce detractus, aromata empta fuerant, quibus condiretur, quæ die festo Iudæorū emi non poterant. Prima dies paschalis 15 Nisan propter translationem festi, fuit ἱερομηνία, & festiuus dies, quod Ioannes vocat Sabbatū magnum, quia tunc duo Sabbata in vnum concurrebant. Prima azymorū erat προσάββατον, præparatio festi & parasceue, eadē die, seu πασχαθυσίᾳ agnus à Christo immolatus est, & ipse cruci affixus, qui eadē die vterq; agnus verus, & typicus immolari debuit. Ideo dixit Marcus, τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων ὅτε τὸ πάσχα ἔθυον ὁ θέλεις χριστόν. Die prima azymorum quando Pascha immolabant sub vesperam. Vt enim monuit, dies parasceues habuit duplex hereb, vesperam duplicem, alteram ab hora 9. ad 12. seu solis occasum diei desinentis, quæ propriè dicitur parasceue, quia præparabantur duæ cœnæ in Sabbatum sequēs, quanquam tota feria sexta laxa significatione dicitur parasceue Sabbati, alterā vesperam paulo ante Solis occasum, aut occaso Sole, quod erat initium feriæ sextæ, aut parasceues festi magni. Dicuntur Haabarjim, id est vesperæ duæ, [illegible]. Tunc debuit agnus mactari, iugulari, pelle exui, assari: coquebantur cibaria duarum cœnarum. Iosephus ἐνστάσης ἑορτῆς, πάσχα καλεῖται, καθ' ἣν θύουσι ἀπὸ ἐνάτης ὥρας μέχρι ἑνδεκάτης, quæ est ὀψία & δειλινὴ ὥρα. Alterum initium sumitur à Sole occaso, siue à 12. hora, ὀψία δειλή. Idem Iosephus, [illegible] ἀζύμων ἑορτῆς, ὀγδόη δ' ἦν Ξανθικοῦ μηνὸς καθ' ἡμᾶς ἐνάτην ὥραν. Id est, cùm instaret festum, Pascha vocant, quo mactant à 9. hora vsque ad vndecimam, quæ est vespera prima: altera vespera posterior: item, congregato populo ad festum azymorum, octaua autem erat mensis Aprilis Nisan, ad horam diei nonam. Parasceue, vt dictum est, interdum sumitur pro tota feria 6. maxime ab hora sexta. Ioannes, ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ πάσχα, ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη, erat parasceue paschatis, & hora veluti sexta. Propriè tamen parasceue ab hora 9. Iosephus, ἐγγύας τε μὴ ὁμολογεῖν αὐτοὺς ἐν τοῖς σάββασιν, ἢ τῇ πρὸ ταύτης παρασκευῇ ἀπὸ ὥρας ἐνάτης. Nec eos sponsiones, vadimonia, fideiussiones facere in Sabbatis, aut parasceue ante Sabbatum ab hora 9. Pascha autem, Pentecoste, scenopegia semper duarum cœnarum commissione transigebantur. In priore hostiis vescebantur, vt agno, in altera quædam cœnabantur [illegible], quæ cœna dicta dimissoria instar secundæ mensæ, in quā gentiles libabant, & vinum circūmferebatur. Virgil. in Georg.

Non ego te dîs, & mensis accepta secundis
Transierim Rhodia.

Quia libabatur Dîs vino Rodio. Horatius,

Et alteris
Te mensis adhibet Deum.

Igitur altera cœna agnus comestus, altera azyma, pro quibus Christus dedit corpus suum discipulis, & poculum sanguinis pretiosi circūtulit. In aliis solemnibus bellaria adhibebant in secūdis mensis, [illegible], cupedias, res bellissimas, vt Plautus, vocant [illegible]. In paschate nulla bellaria, sed in tryblio acetarū ex intybis, & lactucis agrestibus, in quod azyma intingebant, quod dicitur haroseth. Primū autem panem azymū in id acetarium intingebat paterfamilias, quem comedebat, deinde alij sequebantur. Tū sub mappa aliā iostā azymam reseruatā paterfamilias in tot frusta frangebat, quot cōuiuæ erant: frusta singula erant magnitudine oliuæ, quæ singulatim & ordine omnibus porrigebat. Quo facto ipse poculū degustatū tradebat proximo, ille tertio, & sic deinceps donec poculū per totū cōuiuium circumferretur. Ideo dixit Christus Dominus, accipite, bibite ex hoc omnes. Forma benedictionis fuit, Baruch atha iehoua elohim melec angolā acbero Rich danu benitse votan vu tsiuanu gnath abilath hamatsa, id est, Benedictus es Domine Deus noster Rex mūdi, qui sanctificasti nos de peccatis nostris, & mandatum dedisti super esu azymorum. Poculum quod circumferebatur dictū est cōhelal, id est poculum laudationis, quod eo absoluto canebatur vnus ex iis Psalmis qui incipiunt ab haleluya. Poculū id ὑμνήσαν, in aliis etiam solemnibus vsurpatum. Ideo Euangelista dixit, καὶ ὑμνήσαντες ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν. Hæc & plura alia e Rabbinis Maldonatus, Iosephus Scaliger, Sethus Caluisius, & alii viri eruditi enotarunt, quæ quia faciunt ad illustrandum paschatia ritūm, nec aduersantur fidei catholicæ libuit ascribere. Neque enim debemus nobis inuidere quæ a partiariis bene & eruditè scripta sunt.

AD CAPVT XXII.

Alis Baronium Illustr. optime Iudæos inter eos populos numerasse qui priscum morem iacendi inter epulas iam olim vsurparũt, quod verba Amos probant c. 11. Super vestimenta in pignus accepta (fœneratores) discumbunt iuxta quoduis altare. Paraphrastes Ionathan per vestimenta lectos intelligit tricliniares in ædibus deorum. Iosephus lib. 2. Origin. Iosephum fratres suos in conuiuio iussisse discumbere ait. ἐπὶ δεῖπνον αὐτοὺς παραλαμβάνει, καὶ κατακλίνονται οὕτως ὡς καὶ παρὰ τῷ πατρί. ad conuiuium eos assumit, & ita discumbunt, vt apud patrem soliti. Innitebantur cubito. Philo de Essenis p. 606. στιβάδες εἰσὶν εἰκαιοτέρας ὕλης, ἐφ' ὧν ἀτελῆ πάνυ χαμαίστρωτα πάπυρα τῆς ἐγχωρίου μικρὸν ὑπερέχοντα κατὰ τοὺς ἀγκῶνας ἵνα ἐπερείδωνται. Cubæ sunt seu storea materiæ vilioris ex quibus simplices omnino culcitas humi positas sternunt è papyro regionis paulum eminentes ad cubitos, vt innitantur. Qua de re sub finem lib. 2. de Imperator. Rom. pluribus egimus. Nonnus apud Ioannem de Christo,

καὶ παλάμης ἀγκῶνα παλινδίνητον ἐρείσας
ἀκροτάτῳ περὶ κύκλῳ ὁμοζύγου τραπέζης
εἶπεν τοῖς ἑτάροις.

Et fulciens cubitum palmæ versatilem summum circa circulum mensæ amicæ dixit suis discipulis. Ezechiel XXIII de muliere delicata, sedet in lecto magnifico, & mensa instructa est ante ipsum lectum. Sedendi verbo vsus est, quia hic situs non est placo iacentis. De triclinio egimus lib. 2. de Imperat. Romano. verus interpres bibl. in historia Saulis vocem triclinij vsurpauit, vt bene monet Illustr. Baronius, in quo exagitando neque modestia, neque candore quo par est vteris. Si quis velit in ea in quibus grauissimè conita fidei capita peccasti laxis habenis inueli, campus vbique se latissimus aperit, in quibus & te sine vllo pietatis sensu esse, & fidem tuam ad gratiam Regis Angliæ quolibet flectere facilè demonstrari possit. Peccata Illustriss. Baronij si quæ sunt, Grammaticæ fortè regulas sollicitant, tua, pietatis, & fidei disciplinam euertunt. Esto vt vis, vox Hebraica triclinium non significat, ergo mos accumbendi in thorulis tricliniaribus in Iudæis non fuit. Male argutaris. Hoc non contentus intemperantem linguæ tuæ proluuiem in illustrissimum, eruditissimum, integerrimum Bellarminum euomis de Abrahamo, qui officium funeris dicitur celebrasse, Genes. cap. 23. cum 70 interpretes dicant eum surrexisse non ab officio funeris, sed ἀπὸ τοῦ νεκροῦ, à mortuo, vt Hebraica verba sonant, si surrexit vel conciderat, vel sedebat ad mortuum, vt pietatis officiis defungeretur. Inter illa pietatis officia existimas virum sanctissimum Deo animam mortui sui, vt loquar cum scriptura, non commendasse, cùm habitantes Iabes Galaad & ipse Dauid pro Saule & Ionatha ieiunarint vt 1. Reg. vlt. 2. Reg. cap. 2. Theodoretum audi ad hæc verba Pauli, saluus erit sic tamen vt per ignem. τοῦτο τὸ πῦρ εἶναι πιστευόμενον καθαρτήριον ᾧ καθαρίζονται αἱ ψυχαί, ὥσπερ χρυσὸς ἐν χωνευτηρίῳ. Hunc ignem esse credimus purgatorium, quo purgantur animæ vt aurum in fornace. Basilius ad hæc Isaiæ, purgabit filios, λέγει τὸ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι γενησόμενον διὰ πυρὸς δοκιμασίας. Dicit expurgationem quæ fit in futuro sæculo per ignem. Item ad hæc ὡς ἄχυρον ξηρόν· οὕτω καὶ ἡ ἁμαρτία ἡμῶν διὰ τῆς ἐξομολογήσεως ἐποιήσαμεν ξηρὰν ἀχρεῖον ἀξίαν τοῦ καταβρωθῆναι ὑπὸ τοῦ καθαρσίου πυρός. Ita & peccatum quod per confessionem fecimus siccum gramen, dignũ qui ab igne purgatorio deuoretur. Ibidem πῦρ κολαστικὸν vocat. Dices me extra plantam ferri, qui hic ansam agendi de purgatorio arripiam. Libenter in eo argumento versor licet alieno loco, vt si tibi hic sermo non faciet ad palatum, legentibus faciat ad fructum. Gregor. Nazianzenus de baptismo, τυχὸν ἐκεῖ τῷ πυρὶ βαπτισθήσονται τῷ τελευταίῳ βαπτίσματι τῷ ἐπιπονωτέρῳ καὶ μακροτέρῳ, ὃ ἐσθίει ὡς χόρτον τὴν ὕλην, καὶ δαπανᾷ πάσης κακίας κουφότητα. Forte ibi igne baptizabuntur qui vltimus est baptismus laboriosior & prolixior, qui consumit materiam vt fœnum, & deuorat leuitatem omnis malitiæ. Chrysost. in Matt. οἱ μὲν ἄγιοι διὰ πυρὸς τοῦ ποταμοῦ βαδιοῦνται, καὶ οὐδὲν πείσονται ἀηδές, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ φαιδροὶ φανοῦνται· πῶς γὰρ πείσονται εἰ ἐντεῦθεν ἐκαθάρισαν ἑαυτοὺς τελείως· εἰ τις ἔχει ἐλαφρὰ ἁμαρτήματα, καὶ κατακαυσθήσονται ὡς καλάμη. Sancti per ignis fluuium ibunt, & nihil molestum patientur, sed magis splendidi parebunt. Quomodo enim patientur si inde se ipsos perfectè purgarunt. Si quis habet peccata leuia, comburentur vt paleæ. Plura in id argumentum afferam si forte camarinam tuam aduersus hunc ignem commoueris. Quod ad lotionem pedum attinet non dubito eam fuisse post agni esum: sic enim Ioannes cap. 13. καὶ δείπνου γενομένου τοῦ διαβόλου βεβληκότος εἰς καρδίαν Ἰούδα, & cœna facta cùm diabolus misisset in cor Iuda vt traderet eum, καὶ ἐγείρεται ἐκ τοῦ δείπνου καὶ τίθησι τὰ ἱμάτια, & cùm surrexisset è mensa positis vestimentis linteo se præcinxit, &c.

Postquam

quia id adolebatur quod in altari inditum erat, sed de corpore Christi agens non sic, at communicationem corporis Christi esse dixit. Non enim altari tantum, sed ipsi corpori Christi communicamus. Ideo & Cyrillus Hierosolym. per Eucharistiam nos diuinæ naturæ participes esse factos ait. οὕτω γὰρ καὶ χριστοφόροι γινόμεθα τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος εἰς τὰ ἡμέτερα ἀναδιδομένου μέλη· οὕτω κατὰ τὸν μακάριον Πέτρον θείας κοινωνοὶ φύσεως γινόμεθα. Ita & Christiferimus, & Christophori sumus, corpore eius & sanguine in nostra corpora diduso, ac distributo. Ita secundum B. Petrum diuinæ participes naturæ efficimur. Naturalem hanc cum Christo vnitatem quæ fit per Eucharistiam esse docet S. Hilarius lib. 8. de Trinitate. Quod autem in eo per sacramentum communicatæ carnis & sanguinis simus ipse testatur dicens, quoniam & ego in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Quod autem in nobis naturalis hæc vnitas sit ipse testatus est, dicens, qui edit carnem meam in me manet, & ego in eo. Non enim quis in eo erit nisi in quo ipse fuerit, eius tantum in se assumptam habens carnem qui suam sumpserit. Chrysostomus homil. 24. in 1. Cor. διὰ τί μὴ εἶπε μετοχή; ὅτι πλέον τι δηλῶσαι ἠβουλήθη· καθάπερ γὰρ τὸ σῶμα ἐκεῖνο ἥνωται τῷ Χριστῷ, οὕτω καὶ ἡμεῖς αὐτῷ διὰ τοῦ ἄρτου τούτου ἑνούμεθα. Quare non dixit participatio? Quia amplius aliquid significare voluit. Quemadmodum enim illud corpus vnitum est Christo, ita & nos illi per istum panem vnimur. Communionem illam, & κοινωνίαν Tertullianus lib. de orat. sub finem, participationem vocat sacrificij. Similiter de stationum diebus non putant plerique sacrificiorum orationibus interueniendum, quod statio soluenda sit accepto corpore Domini. Ergo deuotum Deo obsequium Eucharistia resoluit, an magis Deo obligat. Nonne solemnior erit statio tua, si & ad aram Dei steteris? Accepto corpore Domini, & reseruato vtrumque saluum est, & participatio sacrificij, & executio officij: vbi animaduertis Eucharistiam dici corpus Christi. Sanctus Cyrillus Catech. 4. κοινωνῆσαι, καὶ μεταλαμβάνειν pro eodem accipit, vt & D. Basilius κοινωνίαν καὶ μετάληψιν. Verba Cyrilli ἐν τύπῳ γὰρ ἄρτου δίδοταί σοι τὸ σῶμα, καὶ ἐν τύπῳ οἴνου δίδοταί σοι τὸ αἷμα, ἵνα γένῃ μεταλαβὼν σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ σύσσωμος, καὶ σύναιμος αὐτοῦ. In figura panis datur tibi corpus, in figura vini datur tibi sanguis, vt particeps corporis & sanguinis Christi effectus, fias vnum corpus, & vnus sanguis cum eo. Agnoscis, opinor, discrimen signi, & rei sacramenti in his verbis, in quibus neque signum pro re significata vt fit interdum, neque res significata pro signo ponitur. Catech. 5. εἶτα μετὰ τὸ κοινωνῆσαι τοῦ σώματος Χριστοῦ, προσέρχου καὶ τῷ ποτηρίῳ τοῦ αἵματος, μὴ ἀνατείνων τὰς χεῖρας, ἀλλὰ κύπτων, καὶ τρόπῳ προσκυνήσεως καὶ σεβάσματος λέγων τὸ ἀμήν· ἁγιάζου καὶ ἐκ τοῦ αἵματος μεταλαμβάνων Χριστοῦ· ἔτι δὲ τῆς ἰκμάδος ἐνούσης τοῖς χείλεσί σου, χερσὶ προσαπτόμενος, καὶ ὀφθαλμοὺς, καὶ μέτωπον, καὶ τὰς λοιπὰς ἁγίαζε αἰσθήσεις. Inde postquam communicaueris corpori Christi, accede ad calicem sanguinis, non extensis manibus quibus corpus excepisti, sed demisso vultu & per modum adorationis venerationisque dicens amen. Et cum humore adhuc intus labiis exsistente, manu attingens oculos & frontem, & reliquos sensus sanctifica. Ex hoc loco, vt es acutus & intelligens, animaduertes in veteri Ecclesia eos qui communicarent corpus Christi caua manu in speciem crucis formata excepisse, cum læua dextræ subiecta esset, sanguinem à Sacerdote propinatum prius quam biberetur adoratum esse à sumentibus, qui cultus vino vt libet consecrato exhiberi non debuit, nisi vere sanguis Domini esset. Patres enim per hyperbolen locutos ne per somnium quidem tibi vnquam in mentem venit. Basilius in Ethicis, ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖται ὁ ἄνευ κατανοήσεως τοῦ λόγου καθ' ὃν δίδοται ἡ μετάληψις τοῦ σώματος, καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, προσερχόμενος τῇ κοινωνίᾳ· ὁ δὲ ἀναξίως μεταλαμβάνων κατακέκριται. Quod nihil iuuatur communione corporis & sanguinis Christi is qui communicat, nisi recogitet rationem secundum quam datur ei participatio corporis & sanguinis Christi. Qui autem indigne communicat condemnatus est. Sicuti autem communio corporis & sanguinis dicitur, si etiam distributio, quæ fit à Sacerdote. S. Leo ep. 23. In illa mystica distributione cœlestis alimoniæ hoc impertitur, hoc sumitur, vt accipientes virtutem cœlestis cibi in carnem ipsius qui caro nostra factus est, transeamus. Vnde sequitur per sacram illam communionem nos non transire modo in corpus Christi mysticum, quod est Ecclesia, sed verè in ipsissimam Christi carnem quæ ex sanguine virginis concreuit. Quod Gregorius Nyssenus his verbis significat, ὡς γὰρ τὰ φθοροποιὰ πρὸς τὸ ὑγιαῖνον ἀναμιχθέντα ἀχρεῖον τὸ ἀνακραθὲν συνηχρείωσεν, οὕτω καὶ τὸ ἀθάνατον σῶμα ἐν τῷ ἀναλαβόντι αὐτὸ (non αὐτῷ) γενόμενον πρὸς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν τὸ πᾶν μετε-ποίησεν. Vt cum talificum aliquid ad salubre adiunctum est, illud omne quod commixtum inutile redditur, ita & immortale corpus in sumente existens omnia trahit & vertit in suam naturam. Ioan. Chrysost. ad cap. 26. Matth. homil. 83. scribit Christum ante alios suum ipsius sanguinem bibisse, εἰσάγων ἀταράχως εἰς κοινωνίαν τῶν μυστηρίων, vt induceret imperturbatos Apostolos ad communionem mysteriorum, ideo suum ipsius sanguinem bibit. Omni-

no planos fuisse veteres patres oportet, si aliud de hoc mysterio sensiunt, quam quod diserte literis consignarunt. Subiicis deinde, perfectionem hominis in eo sitam esse, vt cum Deo coniungatur. Media coniunctionis illius illa nobis porrigere Deum, verbum suum nempe & Sacramenta alia nos adhibere, sed gratis a Deo accepta, fidem scilicet quam cœlestibus beneficiis accipiendis solam quasi manum hominibus à Deo concessam omnes [illegible] consentient, quia Christus per fidem in nobis habitat.

Iam olim de Philosophis didici perfectionem partis in eo esse, vt cum toto coniungatur. Perfectio brachii est vt cum corpore, corporis vt cum capite iungatur. Perfectio tecti [illegible] ficio, vt cum parietibus & fundamento, ramorum vt cum stipite & radicibus cohæreat. [illegible] uelle flagellum à vite, brachium à corpore, ramale à stipite marcescere auulsa & emori necesse est. Extrema sine medio aliquo inter se necti nequeunt, pedes cum capite sine intermedio corpore, radices cum ramis sine stipite, homo cum Deo a quo longissime ab[illegible] Christo, qui Deus & homo est coniungi nequit. Id causæ fuit cur verbum æternum hom[illegible] dueret, vt duo extrema illo medio inter se necterentur. Imo & se ipsum Chr[illegible] nus in Eucharistia hominibus in cibum præbere voluit, vt cum omnibus pie comm[illegible] bus se Deus hoc quasi medio vsus naturaliter coniungeret, vt è S. Cypriano [illegible] Fides ex auditu, ait Paulus. Per verbum Dei quod auribus accipitur, fides d[illegible] cio in homines infunditur, quos cum Deo connectit. Sed illa per fidem coniunct[illegible] ta est, & imperfecta nisi à caritate absolutionem [illegible]. Deus caritas est [illegible] net in caritate, in Deo manet, & Deus in eo. Qui dicit se nosse Deum & non custodit mandata eius, est infideli deterior, ait Ioannes. Caritas diffusa est in cordibus no[illegible] tum sanctum qui datus est nobis abunde, inquit Paulus. Per Sacrament[illegible] per baptismum in corpus Christi mysticum coalescimus. Per Eucharistiam cum vero & naturali corpore Christi copulamur, Christus per fidem in nobis inhabitat cap. 3. ad Ephes. [illegible] vt que solam, sed caritate suffultam. Fides autem imperat vt credamus verbo Dei [illegible] rum quæ docet veritate quicquam addubitemus. Hoc voluit Chrysostomus hom. 2. in 2. ad Timotheum, de Eucharistiæ perceptione loquens τὸ πᾶν τῆς πίστεώς ἐστι. Omnia [illegible] sterio pendent à fide, quæ sub specie panis visibilis corpus Christi inuisibile latere, quia [illegible] ra latet, sine vlla dubitatione credit. Debueras locum integrum Chrysostomi ascribere [illegible] hic appono. ἡ προσφορὰ ἡ αὐτή ἐστι κἂν ὁ τυχὼν προσενέγκῃ, κἂν Παῦλος, κἂν Πέτρος [illegible] ἐστιν, ἣν τότε ὁ Χριστὸς τοῖς μαθηταῖς ἔδωκε, καὶ ἣν νῦν οἱ ἱερεῖς ἀπεργάζονται. οὐδὲν αὕτη ἐκείνης ἔλαττον [illegible] τί δήποτε; ὅτι καὶ ταύτην οὐκ ἄνθρωποι ἁγιάζουσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ καὶ ἐκείνην ἁγιάσας [illegible] ῥήματα ἅπερ ὁ Θεὸς ἐφθέγξατο τὰ αὐτά ἐστιν, ἅπερ ὁ ἱερεὺς φθέγγεται νῦν, οὕτω καὶ [illegible] ἡ αὐτή ἐστι, καὶ τὸ βάπτισμα, ὅπερ ἔδωκεν. οὕτω τὸ πᾶν τῆς πίστεώς ἐστι, καὶ τοῦτο [illegible] ὁ νομίζων τοῦτο ἔλαττον εἶναι ἐκείνου, οὐκ οἶδεν ὅτι καὶ ὁ Χριστὸς καὶ νῦν πάρεστι [illegible]. Sacrificium idem quicunque illud offerat, siue Paulus, siue Petrus, idem est sacrificium quod tunc Christus discipulis dedit, & hodie Sacerdotes perficiunt. Nihilominus & [illegible] hoc, illo sacrificio. Cur? Quia & hoc non homines sanctificant sed idem ille qui illud [illegible] secrauit. Vt enim verba eadem sunt quibus Christus vsus est, & nunc Sacerdos vtitur, ita nunc oblatio eadem est, idem Baptismus quem dedit. Ita omnia pendent à fide; & hoc corpus est cum illo quod à Sacerdote conficitur. Qui putat hoc minus esse illo, nescit Christum, & nunc præsentem esse, & operari. Audis Christum esse qui operetur in sacrificio Eucharistiæ, & corpus quod consecratione Sacerdotes conficiunt ipsissimum illud esse quod Christus verbo suo effecit, quia Sacerdos verbis Christi vtitur. Omnia igitur fidei sunt, quæ à Christi verbis diuelli nequit, quæ verba Christi, vel potius oracula firmissimè amplectitur & omnia credit quæ Christus credenda proposuit. Idem Chrysostomus ad cap. 26. M[illegible] πειθώμεθα τοίνυν πανταχοῦ τῷ Θεῷ, καὶ μηδὲν ἀντιλέγωμεν, κἂν ἐναντίον εἶναι δοκῇ τοῖς [illegible] λογισμοῖς, καὶ τῇ ὄψει τὸ λεγόμενον, ἀλλ' ἔστω καὶ λογισμῶν, καὶ ὄψεως κυριώτερος αὐτοῦ ὁ λόγος. οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν μυστηρίων ποιῶμεν, οὐ τοῖς κειμένοις μόνον ἐμβλέποντες, ἀλλὰ τὰ ῥήματα αὐτοῦ κατέχοντες· ὁ μὲν γὰρ λόγος αὐτοῦ ἀπαραλόγιστος, ἡ δὲ αἴσθησις ἡμῶν εὐεξαπάτητος. [illegible] διέπεσεν, αὕτη δὲ τὰ πλείονα σφάλλεται· ἐπεὶ οὖν ὁ λόγος φησὶ, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ πειθώμεθα, καὶ πιστεύωμεν, καὶ νοητοῖς αὐτὸ βλέπωμεν ὀφθαλμοῖς· οὐδὲν γὰρ αἰσθητὸν παρέδωκεν ἡμῖν [illegible], ἀλλὰ αἰσθητοῖς μὲν πράγμασι, πάντα δὲ νοητά, &c. Credamus igitur vbique Deo & ac [illegible] deatur nobis quod vult, nec ei contradicamus, licet videatur esse contrarium nostris ratiocinationibus, & oculis quod dicitur, sed eius verbum sit potius & antiquius no[illegible] bus, & ipso [illegible]: sic & in mysteriis faciamus, non intuentes tantum ea quæ proponuntur [illegible] sed verba eius non complectentes. Eius enim verbum decipi ac circumueniri non potest. [illegible] noster facilè decipitur. Verbum Dei nunquam labefactatum, nu[illegible]

postquam ergo lauit pedes eorum accepit vestimenta sua, & cum recubuisset, τὸ ἱμάτιον solum pallium Christi intelligo quod diuisum est a militibus, vt tunicatos steterit more ministrantium. Nullas Christo synthesis & cœnatorias vestes fuisse puto præter pallium & tunicam.

AD CAPVT XXX.

EXERCIT. XVI.

VErba tua sunt hæc. E nominibus sacramenti Eucharistiæ incipiemus ab eo potissimum, quod naturam & finem huius mysterij omnium optime explicat. 1. Cor. 10. τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἐστι· τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν οὐχὶ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐστι. Calix benedictionis cui benedicimus, nónne communio sanguinis Christi est? Panis quem frangimus nonne participatio corporis Christi est? Significat, inquis, Eucharistiam legitimo modo sumptam instrumentum esse coniunctionis per quam in vnum corpus cum filio Dei Iesu Christo coalescimus, & cū cæteris etiam omnibus fidelibus qui sunt omnes eiusdem corporis membra. Quid magis admirabile, aut magis stupendum, quam iungi, atque adeo coalescere in corpus vnum hominem cum Deo, creaturam cum creatore, mortalem cum immortali, finitum cum infinito, cœnum cum cœlo. Hæc verba tua sunt, ad quæ S. Irenæi lib. 1. initio verba mihi sunt vsurpanda dicentis, Hæretici similia loquuntur orthodoxis, dissimilia sentiunt, errores suos nequaquam aperte ostendunt, ne denudati facile agnoscantur, sed quibusdam cooperimentis subdole adornant. Scribis enim Eucharistiam instrumentum esse per quod in vnum corpus cum filio Dei coalescimus, & cum cæteris etiam omnibus fidelibus qui sunt omnes eiusdem corporis membra. Vides de corpore Christi mystico, non de vero, & naturali corpore Christi, quod è purissimo Mariæ virginis sanguine concretum est, te loqui. Atqui sancti patres per Eucharistiam non modò nos cum corpore Christi mystico, verum & naturali, quod vtero B. Mariæ Virginis fusum est, coniungi docent, arctéque defendunt. Ioannes Chrysost. ad cap. 6. B. Ioannis, ἓν σῶμα ἐσμὲν, καὶ μέλη ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ· ἵνα οὖν μὴ μόνον κατ' ἀγάπην τοῦτο γινώμεθα, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα εἰς ἐκείνην ἀνακερασθῶμεν τὴν σάρκα, διὰ τῆς τροφῆς τοῦτο γίνεται ἧς ἐχαρίσατο βουλόμενος ἡμῖν δεῖξαι τὸν πόθον ὃν ἔχει περὶ ἡμᾶς· διὰ τοῦτο ἀνέμιξεν ἑαυτὸν ἡμῖν, καὶ ἀνέφυρε τὸ σῶμα αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς, ἵνα ἕν τι γενώμεθα καθάπερ σῶμα κεφαλῇ συνημμένον· τῶν γὰρ σφόδρα ποθούντων ἐστὶ τοῦτο· τοῦτο γοῦν ὁ Ἰὼβ αἰνιττόμενος ἔλεγε περὶ τῶν οἰκετῶν, οἷς ἦν μεθ' ὑπερβολῆς ποθεινὸς, ὅτι τὸν πόθον ἐνδεικνύμενοι ἔλεγον, τίς ἂν δῴη ἡμῖν τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἐμπλησθῆναι· διὸ δὴ καὶ ὁ Χριστὸς αὐτὸ πεποίηκε, &c. Vnum corpus sumus & membra de carne eius. Vt igitur non tantum per caritatem hoc simus, sed ipsa re in illam commisceamur carnem per alimoniam id fit, quam impertitus est, volens nobis ostendere amorem. Quo nos prosequitur. Ideo admiscuit se ipsum nobis, & corpus suum in nos implicuit, vt vnum quiddam cum eo simus, tanquam corpus capiti coniunctum. Id enim est eorum qui plurimum amant. Hoc igitur Iob ænigmatice significans dicebat de famulis suis, quibus eximie carus erat, eos sui desiderium significantes dixisse, quis nobis det vt de carnibus eius impleamur. Quare & Christus id effecit, ad maiorem amicitiam nos adducens, & suum ipsius amorem in nos ostendens, præbensque desiderantibus, vt non solum eum videant, sed etiam tangant, & comedant, & dentes in eius carnem infigant, & cum eo implicentur, & omne desiderium impleant. Qui genuerunt sæpe dant filios suos alijs alendos. Ego non id facio, inquit, sed carnibus meis alo meos. Meipsum vobis appono, omnes vos nobiles esse volens, & bonas vobis de futuris spes præbens. Qui enim hic seipsum vobis dat, quanto magis in futuro dabit? frater vester volui esse, communicaui corpori & sanguini propter vos, rursum vobis ipsam carnem & sanguinem per quæ vobis consanguineus fui, præbeo. Hic sanguis imaginem nobis florentem regis efficit, hic pulchritudinem ineffabilem, hic sanguis non sinit animæ nobilitatem marcescere, tingens ipsam perpetuò, & alens. Sanguis qui fit e cibis non statim sanguis efficitur, sed aliud quid. Hic autē sanguis Christi non sic, sed statim animā rigat, & magnū ei robur ingenerat. Hic sanguis mysticus (id est, qui sub specie vini latet) fugat dæmones, & longe abigit, & angelos ad nos, atque adeo dominum angelorum vocat. Vbi enim Dominicū sanguinem vident, fugiunt dæmones, accurrunt angeli. Hic sanguis effusus vniuersā terrā lauit. Ex quibus verbis apparet nos vero & naturali corpori, ac sanguini Christi communicare. Sed eundem iam audiamus communionē illam explicantem ad c. 10. ep. 1. ad Corint. ὅσοι μετέχομεν τοῦ αἵματος, ὅσοι τοῦ αἵματος ἀπογευόμεθα, ἐννοεῖτε ὅτι ἐκείνου τοῦ ἄνω καθημένου, τοῦ προσκυνουμένου παρ' ἀγγέλων, τοῦ ἀκηράτου δυνάμεως ἐγγὺς τούτου ἀπογευόμεθα· ἐννοεῖτε, τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν,

κοινωνία, &c. σφόδρα πιςῶς καὶ φοβερῶς εἴρηκεν· ὃ γὰρ [illegible] τοῦτό ἐςιν· ὅτι τοῦτο τὸ ἐν τῷ ποτηρίῳ [illegible] ἐςὶ τὸ ἀπὸ τῆς πλευρᾶς ῥύσαν, καὶ ἐκείνου μετέχομεν. Quotquot participes sumus corporis, quotquot gustamus sanguinem, cogitare quod illud corpus degustamus, quod in cælis sedet, quod adoratur ab angelis, quod proxime ad incorruptilē virtutē accedit. Cogitare verba Pauli Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communio sanguinis Christi est? valde fideliter, & [illegible]tibiliter loquutus est. Hoc enim est quod ille dicit, quia quod est in calice, illud est quod e latere Christi fluxit, & illius participes efficimur. εἰδὶ ἀνθρώπινα ἱμάτια οὐκ ἄν τις τολμήσειε [illegible] πῶς τὸ σῶμα τὸ ἐπὶ πάντων θεοῦ, τὸ ἄμωμον, τὸ καθαρὸν, τὸ τῇ θείᾳ ἐκείνῃ φύσει ὁμιλῆσαν, καὶ ὅταν αὐ[illegible] προκείμενον ἴδῃς, λέγε πρὸς ἑαυτόν, διὰ τοῦτο τὸ σῶμα οὐκ ἔτι γῆ καὶ σποδὸς ἐγώ· τοῦτο τὸ σῶμα προσηλωμένον, μαστιζόμενον οὐκ ἤνεγκεν ὁ θάνατος· τοῦτο ἐκεῖνο τὸ σῶμα ἐςὶ τὸ ᾑμαγμένον, τὸ λόγχῃ [illegible]. Quod si pallium viri principis nemo attingere audet, quomodo corpus Dei qui est supra omnia, corpus integrum, purum, inculpatū, quod diuinæ illi naturæ coniunctū est contrectare audeamus. Cum illud propositum videris, dic ad te ipsum propter illud corpus non iā sum terra, & cinis. Mors ferre non potuit corpus illud clauis suffixū, flagellatū. Hoc illud est corpus cruentatū, lancea percussum. Hoc [illegible] corpus, mi Casaubone, ex vtero virginis natum, non corpus Ecclesiæ mysticum. A[illegible] veritati manus dede[illegible] Communionem illam D. Augustinus tract. 26. participationem vocat. Vt autem quisquam viuat propter me, participatio facit, qua manducat me. Non [illegible] men inerim illa communione, & participatione veri ac naturalis corporis Christi, con[illegible] datam nobis coniunctionem cum corpore mystico Christi, quod est Ecclesia. Quod [illegible] tractatu docet D. Augustinus. Propterea quippe, inquit, Dominus noster Iesus Christus corpus & sanguinem suum in iis rebus commendauit, quæ ad vnum aliquid red[illegible] multis. Namque aliud in vnum ex multis granis conficitur, & constat, aliud in vnum ex multis acinis confluit. Sed hoc aio, communionem illam cum corpore mystico, pendere a communione cū vero & naturali corpore Christi. B. Hilarius lib. 8. de Tri. Si enim verbū caro factum est, & nos vere verbum carnem cibo dominico sumimus, quomodo non manere in nobis naturaliter existimandus est. Greg. Nyssenus de Corp. Christi, καθάπερ μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα πρὸς ἑαυτὸ ἐξομοιοῖ, οὕτω καὶ τὸ ἀθανατισθὲν ὑπὸ θεοῦ σῶμα ἐν τῷ ἡμετέρῳ γενόμενον ὅλον πρὸς ἑαυτὸ μεταποιεῖ, ὁ θεὸς διὰ τοῦτο κατεμίξεν ἑαυτὸν τῇ ἐπικήρῳ φύσει, ἵνα τῇ θεότητος κοινωνίᾳ συναποθεωθῇ. Sicuti paruum fermenti totam massam fermentat, & sibi similem efficit, ita & subactum, fictumque a Deo Christi corpus in nostro corpore existens totum in se transfert, ac co[illegible]tat. Ideo [illegible] se ipsum mortali naturæ, vt diuinitatis communione mortalis natura diuina fiat. Non dicturus es, opinor, sanctos patres amplius tribuisse illi communioni cum corpore naturali Christi, quam opus fuerit. Nulla hic est hyperbole, nulla est αὔξησις, aut inepta exaggeratio, quod omnium fide tenetur, illud apposito simili illustrās. S. Cyrillus l. 4. in Ioan. c. 16. [illegible] & li. 10. Quemadmodum si quis igne liquefactam cerā alii ceræ similiter liquefactæ ita miscuerit, vt vnū quid ex vtrisque factū videatur, sic cōmunicatione corporis & sanguinis Christi ipse in nobis est. Greg. Nyssenus de Corp. Christi, Christus per carnem quæ ex pane & vino constituitur seipsum impertit, vt ea coniunctione cum corpore immortali homo immortalis fiat. S. Irenæus lib. 5. c. 34. Quomodo dicunt carnem in corruptionem venire, & non percipere vitam quæ a corpore Domini & sanguine alitur. Non potest hic exaudiri corpus mysticum, sed verum Christi corpus. Interim temporis huc te commonitum velim, communionem corporis Christi, quæ μετάληψις dicitur, & fit per manducationem, non proprie esse sacramentum corporis Christi sed ipsum corpus Christi inuisibile, quod sub visibili elementorum specie latet: Sacramentum enim est vt docet Augustinus signum visibile rei sacræ sanctificantis. Species panis inaspectabilis, est signum aspectabile corporis Christi, quod corpus præsens quidem est, sed aspectabile. Quare idem Augustinus tractatu 26. in Ioann. scribit malos comedere corpus Christi in sacramento, sed non vsque ad spiritus participationem. Verba sic habent, vt carnem Christi, & sanguinem non edamus tantum, & bibamus in sacramento, quod & multi mali, sed vsque ad spiritus participationem. S. Chrysostomus ad cap. 10. ep. 1. Corint. Cur Christus Dominus κοινωνίας verbo potius quam μετοχῆς vsus sit, id caussæ fuisse ait, vt vinculum aliquod arctius & firmius in illa coniunctione indicaret. οὐ γὰρ τῷ μετέχειν μόνον, καὶ μεταλαμβάνειν [illegible], ἀλλὰ καὶ [illegible] κοινωνοῦμεν. Quia non tantum participando communicamus, sed [illegible] eo quod vnum cum Christo corpus efficimur. καὶ πᾶσι ἐδωκεν [illegible] μεταλαμ[illegible] [illegible] περιφόμενοι [illegible] ἀποθέμενοι [illegible] [illegible]. Potestatem fecit omnibus vt hunc carnem partici[illegible] qu[illegible] erat a[illegible] vitam æternam [illegible] hanc cum [illegible]. [illegible] [illegible] ὀμεθα. Paulus, inquit, de [illegible] loquens non dixit eos [illegible]

rumque fallitur. Quia igitur verbum Dei dicit, hoc est corpus meum, & persuademur, & credimus, & oculis mentis eum intuemur. Nihil enim quod sensu percipiatur nobis tradidit Christus, sed sub signis sensilibus omnia intellectilia quæ mente tantum capi possint. Ita & in baptismo per rem sensilem fit aquæ donum, regeneratio vera, & innouatio, ἀναγέννησις, καὶ ἀνακαίνισις, quæ efficitur, intellectu tantum percipitur. Si enim esses incorporeus, nuda tibi dona incorporea dedisset: quia autem animus cum corpore coniunctus est, sub rebus sensilibus tibi tradit res intellectiles. Quot hodie dicunt, vellem eius formam videre, characterem, figuram, vestes, calceos, ἰδοὺ αὐτὸν ὁρᾷς, αὐτοῦ ἅπτῃ, αὐτὸν ἐσθίεις. καὶ σὺ μὲν ἱμάτια ἐπιθυμεῖς ἰδεῖν, αὐτὸς δὲ ἑαυτόν σοι δίδωσιν οὐκ ἰδεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ φαγεῖν, καὶ ἅψασθαι, καὶ λαβεῖν ἔνδον. Ecce eum vides, eum tangis, eum comedis. Et tu quidem vestes videre cupis, ipse & seipsum tibi dat, non tantum vt videas, sed vt comedas, & intus accipias. Deus bone, quanta caligine obductos esse oportet eos, qui ex verbis adeo claris persuasionem, ac fidem Beati Chrysostomi super veritate corporis Christi in Eucharistia non agnoscunt, qui res significatas pro signis ab eo positas desecodunt, cum tam dissertè inter signa sensilia, & res intellectiles quæ sub signis sensilibus latentes tanguntur, comeduntur, introrsum accipiuntur, discrimen faciat. Cum ipsum Christi corpus sub signis sensilibus videri, tangi, manducari asseueret, quia Christus dixit, hoc est corpus meum, cuius verba non fallunt, non falluntur, sensus hominum fallunt, falluntur. De mente & fide B. Chrysostomi te nihil addubitare sat scio, mi Casaubone. miror magis, cur ea verba tuis scriptis inseras, quibus mens & fides veterum patrum super hoc sacramento tibi ignota esse videatur. Audi iterum eodem loco Sanctum Patrem in hæc verba loquentem, σκόπει τοίνυν μὴ καὶ αὐτὸς ἔνοχος γένῃ τοῦ σώματος, καὶ τοῦ αἵματος τοῦ χριστοῦ. ἐκεῖνοι κατέσφαξαν τὸ πανάγιον σῶμα σὺ δὲ ἐν ῥυπαρᾷ ὑποδέχῃ ψυχῇ μετὰ τοσαύτας εὐεργεσίας. οὐδὲ γὰρ ἤρκεσεν αὐτῷ τὸ γενέσθαι ἄνθρωπον, τὸ ῥαπισθῆναι, καὶ σφαγῆναι, ἀλλὰ καὶ ἀναφύρει ἑαυτὸν ἡμῖν, καὶ οὐ τῇ πίστει μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ πράγματι, σῶμα ἡμᾶς αὐτοῦ κατασκευάζει· τίνος οὖν οὐκ ἔδει καθαρώτερον εἶναι τὸν ταύτης ἀπολαύοντα τῆς θυσίας; ποίας ἡλιακῆς ἀκτῖνος τὴν χεῖρα τὴν διατέμνουσαν ταύτην τὴν σάρκα λαμπροτέραν, τὸ στόμα τὸ πληρούμενον πυρὸς πνευματικοῦ, τὴν γλῶσσαν τὴν φοινισσομένην αἵματι φρικωδεστάτῳ ὅπερ οἱ ἄγγελοι βλέποντες φρίττουσι· τούτῳ ἡμεῖς τρεφόμεθα, τούτῳ ἀναφυρόμεθα, καὶ γεγόναμεν ἡμεῖς χριστοῦ σῶμα, καὶ σὰρξ μία· τίς ποιμὴν τοῖς οἰκείοις μέλεσι τρέφει τὰ πρόβατα; καὶ τί λέγω ποιμήν; μητέρες πολλάκις εἰσὶ, καὶ μετὰ τὰς ὠδῖνας ἑτέραις ἐκδιδόασι τροφοῖς τὰ παιδία. Vide igitur ne & ipse reus fis corporis & sanguinis Christi. Illud sanctissimum corpus iugularunt Iudæi, tu autem polluta mente & sordidata excipis, post tantum beneficium. Nec enim satis ei fuit hominem factum esse, alapis cæsum, iugulatum, sed etiam immiscet seipsum nobis, non fide tantum, sed & ipsa re nos efficit corpus suum. Quare igitur purior esse non debeat qui tali sacrificio fruitur quo radio solari splendidiorem esse non oportet manum quæ distribuit istam carnem, os quod repletur igne spirituali, linguam quæ purpurascit sanguine maxime terribili, quod angeli videntes tremunt, illo corpore alimur, cum eo commiscemur, & in vnam massam coalescimus, & facti sumus Christi corpus, & vna caro. Quis pastor propriis membris pascit oues suas? Quid dico pastorem? Matres sæpe sunt, & partu solutæ aliis nutricibus dant filios alendos. Ipse autem non id sustinuit, sed ipse nos alit proprio corpore, & per omnia nos sibi impleat & admiscet. Forte dixeris quod vulgus tuarum partium obtrudit, fide nos manducare corpus Christi quæ cælestibus beneficiis accipiendis sola quasi manus hominibus à Deo concessa est: Sed illam tibi exceptionem eripuit Chrysostomus, qui Christum se nobis admiscere, & implicare per Eucharistiam ait, οὐ πίστει μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ πράγματι, non fide tantum, sed ipsa re, vt nos ipsa re corpus suum efficiat. Origines haud paulo antiquior Chrysostomo in Commentariis ad D. Ioannem, panem, inquit, verum carnem suam metaphorice vocat, quia comeditur, cum eam in illo mysterio datur esset. Item, carnē suam panem vocat, quia in mysteriis comeditur. Ait enim, panis quem ego dabo caro mea est, significans obscure mysticum cibum & potum corporis & sanguinis sui. Cum enim natura sua sit vita, fecit humanam carnem suam viuificam. Auctor antiquissimus qui sub nomine Cypriani circumfertur, libro de cœna Domini, qui vsque hodie veracissimum, & sanctissimum corpus suum creat, & sanctificat, & benedicit, & pie sumentibus diuidit. Creare dixit, quod alii Patres è substantia panis substantiam corporis efficere. Non enim è nihilo creatur. D. Ambrosius lib. de Incarnat. c. 4. dixit transfigurare. Nam & si credas à Christo carnem esse susceptam, & offeras transfigurandum corpus altaribus, non distinguas tamen naturam diuinitatis & corporis, transfiguratur corpus, cum panis in corpus Christi transformatur, & conuertitur. Sed manum illam fidei oppones, quam plurimum posse non inficior, cum iustus iustitia & caritate pollens fide per caritatem animata viuat, sed hoc aio, verum Christi corpus in Eucharistia esse non vi fidei, sed vi verborum Christi, quod indicat S. Chrysostomus Homil. de cœna mystica Do-

mini

mini. οὐ γὰρ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ ποιῶν τὰ προκείμενα γενέσθαι σῶμα καὶ αἷμα χριστοῦ, ἀλλὰ αὐτὸς ὁ χριστὸς, τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα, φησὶ, τοῦτο τὸ ῥῆμα τὰ προκείμενα μεταρρυθμίζει. Non enim homo eſt qui facit vt res propoſitæ fiant corpus & ſanguis Chriſti, ſed ipſe Chriſtus dixit, hoc eſt corpus meum: hoc verbum res propoſitas transformat. Gregorius Nyſſenus Catecheſin magnam ſcripſit vt oſtenderet, ὅτι ὁ ἁγιαζόμενος ἄρτος εἰς τὸ σῶμα τοῦ θεοῦ μεταποιεῖται. Quod panis ſanctificatus per verbum Dei, vt poſtea loquitur, in corpus Dei transformatur, μεταποιεῖσθαι ſignificat transformari. S. Cyrillus Catech. 18. τὸ γὰρ σῶμα ἐνδυσάμενον τὴν ἀφθαρσίαν μεταποιεῖται, ὥσπερ σίδηρος πυρὶ προσομιλήσας γίνεται πῦρ. Corpus immortalitate veſtitum transformatur, vt ferrum in igne fit ignis. Idem Catech. 1. ὥσπερ γὰρ ὁ ἄρτος καὶ οἶνος τῆς εὐχαριστίας πρὸ τῆς ἁγίας ἐπικλήσεως τῆς προσκυνητῆς τριάδος ἄρτος ἦν καὶ οἶνος λιτὸς, ἐπικλήσεως δὲ γενομένης ὁ μὲν ἄρτος γίνεται σῶμα χριστοῦ, καὶ ὁ οἶνος αἷμα χριστοῦ. Sicut enim panis & vinum Euchariſtiæ ante ſacram inuocationem adorandæ Trinitatis, panis eſt & vinum nudum, ac ſimplex, inuocatione facta, panis fit corpus Chriſti, vinum ſanguis Chriſti Irenæus lib. 5. c. 2. Quando ergo mixtus calix, & fractus panis percipit verbum Dei, fit Euchariſtia ſanguinis & corporis Chriſti, ex quibus augetur, & conſiſtit carnis noſtræ ſubſtantia. Vnde apparet Irenæum exiſtimaſſe vi verborum, non vi fidei per manducationem fieri Euchariſtiam corporis Chriſti, imo ante manducationem, vbi verba Chriſti ſacerdos protulit vere Euchariſtiam corporis & ſanguinis Chriſti eſſe. Quod diſertius alij Patres aſſeuerant. Gregor. Nyſſenus lib. de corpore Chriſti, καλῶς οὖν καὶ νῦν τῷ λόγῳ τοῦ θεοῦ ἁγιαζόμενον ἄρτον εἰς σῶμα τοῦ θεοῦ λόγου μεταποιεῖσθαι πιστεύομεν. Pulchre nunc verbo Dei ſanctificatum panem in corpus Chriſti verbi transformari credimus. Sed hac de re infra pluribus agemus. Obiicies forte ex Apoſtolo fidem eſſe ſubſtantiam rerum ſperandarum, argumentum non apparentium Heb. 11. Sed ea verba non efficiunt, vt res abſens virtute fidei præſens fiat, niſi forte per cogitationem, quomodo amicos abſentes oculis animi cogitando ſæpe intuemur. Gregor. Nyſſenus verba Apoſtoli interpretatur, ἡ πίστις ὡσαύτως ἔρεισμα τῶν ἐλπιζομένων ἀδήλως. οὕτω γὰρ καὶ αὐτὴν ὁρίζεται λέγων, ἡ πίστις ὑπόστασις ἐστὶ τῶν ἐλπιζομένων, ἔλεγχος &c. Item fides eſt ſtabilimentum & firmamentũ obſcuritatis rerum ſperandarũ: ſic enim Paulus eam definiuit. D. Chry. ad c. 11. Heb. ἐπειδὴ γὰρ καὶ τὰ ἐν ἐλπίδι ἀνυπόστατα εἶναι δοκεῖ, ἡ πίστις ὑπόστασιν αὐτοῖς χαρίζεται, μᾶλλον δὲ οὐ χαρίζεται, ἀλλ᾽ αὐτή ἐστιν οὐσία αὐτῶν· οἷον ἡ ἀνάστασις οὐ παραγέγονεν, οὐδὲ ἔστιν ἐν ὑποστάσει, ἀλλ᾽ ἡ ἐλπὶς (lego ἡ πίστις) ὑφίστησιν αὐτὴν ἐν τῇ ὑμετέρᾳ ψυχῇ· τοῦτό ἐστιν ὑπόστασις πραγμάτων. Quoniam quæ ſunt in ſpe nondum ſubſiſtunt in ſeipſis, fides ipſis dat fulcimentum, aut potius ipſa eſt rerum ſubſtantia: vt reſurrectio nondum fuit, neque eſt adhuc in ſubſtantia, ſed fides ſubſtituit eam in noſtra mente, hæc eſt hypoſtaſis rerum. Oecumenius, ἐπειδὴ γὰρ τὰ ἐν ἐλπίσιν ἀνυπόστατά ἐστιν, ὡς τέως μὴ παρόντα, ἡ πίστις οὐσία τις αὐτῶν, καὶ ὑπόστασις γίνεται, εἶναι αὐτὰ καὶ παρεῖναι τρόπον τινὰ παρασκευάζουσα, διὰ τοῦ πιστεύειν εἶναι. Quia quæ ſperantur non ſubſiſtunt, vt quæ nondum præſentia ſint, fides ſubſtantia quædam eorum, & firmamentum eſt, efficiens vt ſint, & quodammodo præſentia ſint, quia creduntur eſſe. Sunt igitur quæ ſperantur præſentia non in re, ſed in mente ſperantis, quia eorum imagines menti obuerſantur per fidem, quæ futura repræſentat D. Chryſoſt. ἡ πίστις τοίνυν ἐστὶν ὄψις τῶν ἀδήλων φησὶ, καὶ εἰς τὴν αὐτὴν τοῖς ὁρωμένοις φέρει πληροφορίαν τὰ μὴ ὁρώμενα. οὔτ᾽ οὖν ἐν τοῖς ὁρωμένοις ἀπιστῆσαι ἐστιν, οὔτε πάλιν, ἂν μὴ τῶν ὁρωμένων σαφέστερον περὶ τῶν ἀοράτων πληροφορῆται τις πίστις εἶναι δύναται. Fides igitur eſt viſio obſcurorum, ait, & non minus certa facit ea quæ non viderentur quam quæ videntur. Neque igitur licet dubitare de iis quæ videntur, neque fides eſſe poteſt, niſi quis certior ſit de veritate eorum quæ non videntur, quam quæ videntur. Hoc ille vult, fidem eſſe cognitionem, obſcuram illam quidem eorum quæ non videntur, cum à Deo reuelata ſint, ſed longe certiorem quam ſit eorum ſcientia quæ videntur, quia ſenſuſus falli poſſunt, verbum Dei fallere, aut falli nequit. Nonnus de fide dixit,

πίστιος ἀρραγέεσσιν ἐπυργώσαντο θεμέθλοις.

Fidei imperruptis in fundamentis fundati erant, verba tua ſunt ibidem, Sacramenta proprius quam verbum gratiam animis noſtris admouent, & exhibent aliquanto efficacius. Sunt enim organa illius, & veluti canales, pignora quædam futurorum bonorum, & hoc amplius fidelibus ſocietatem corporis vnius inter ſe colentibus vſum præſtant teſſerarum. Non peſſimè de Sacramentis ſentis, quæ noſtri Theologi organa non mortalia modo, ſed & Phyſica gratiæ efficiendæ eſſe defendunt. Sacramentum Euchariſtiæ quo nobis ſe Deus apud homines communicat, pignus eſt futuræ illius beatitudinis, quæ nobis in cœlo Deum fruendum præbebit. Addo tecum & agnoſco ſacramenta fidelibus ſocietatem corporis vnius inter ſe colentibus vſum teſſeræ militaris præſtare. Propria Baptiſmi operatio eſt, vt loquitur Beatus Chryſoſtomus homil. 26. in ep. ad Rom. ἀναγέννησις, ἀνακαίνισις, πάλιν γέννησις μεταμορφῶσαι,

μετὰ

μεταπλάσεις, μεταποιήσεις, qua è vasis iræ vasa gratiæ efficimur, è vilissimis peccati mancipiis in filios Dei adoptamur. Eucharistiæ propria operatio non est, vt vis, manducatio corporis Christi, & potus sanguinis per fidem, sed arctissima coniunctio cum vero & naturali corpore Christi. Manducatio enim est operatio manducantis, non sacramenti Eucharistiæ, quod ante manducationem virtute verborum quæ Sacerdos protulit, verè corpus est Christi, verè sanguis est Christi, cui rei disertissimè veterum patrum scripta vbique fidem astruunt. Sanctus Cyrillus Hierosl. catech. 4. αὐτοῦ οὖν ἀποφηναμένου, καὶ εἰπόντος περὶ τοῦ ἄρτου, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, τίς τολμήσει ἀμφιβάλλειν λοιπόν, καὶ αὐτοῦ βεβαιωσαμένου καὶ εἰρηκότος, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ αἷμα τίς ἐνδοιάσει ποτὲ λέγων, μὴ αὐτοῦ εἶναι αἷμα. Cùm ergo ipse professus sit, ac dixerit de pane, hoc est corpus meum, quis deinceps audeat de eo dubitare? & cùm ipse affirmauerit & dixerit, hic est sanguis meus, quis dubitabit aliquando dicens, non eius esse sanguinem? B. Augustinus de consecratione d. 2. can. vtrum sub figura, an in veritate hoc mysticum calicis sacramentum fiat. Veritas ait, caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus, alioqui quomodo magnum erit, panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita, nisi vera sit caro. Sed quia Christum vorari dentibus fas non est, voluit Dominus hunc panem & vinum in mysterio verè carnem suam, & sanguinē suum cōsecratione Spiritus sancti potentialiter creari, & quotidie pro mundi vita mysticè immolari, vt sicut de virgine per Spiritum sanctum vera caro, sine coitu creatur, ita per eundem ex substantia panis mystice idem corpus Christi consecretur. Mysticè, id est sub specie panis, cuius substantia in verum Christi corpus transiit, cum sola signa & accidentia panis remanserint, vt idem Augustinus docet apud Gratianum eadem distinct. can. hoc est quod dicimus, quod omnibus modis approbare contendimus, sacrificium Ecclesiæ duobus modis consistere, visibili elementorum specie & inuisibili D. N. IesuChristi carne & sanguine, & sacramento, & re sacramenti, id est corpore Christi. Non igitur, vt alibi asseris, à B. Augustino & cæteris patribus res Sacramenti pro Sacramento & signo, corpus Christi & sanguis pro specie elementorum ponuntur, cùm disertissimè Augustinus sacrificium Ecclesiæ ex visibili elementorum specie, & inuisibili Christi carne & sanguine consistere doceat. D. Epiphanius in anchorato p. 492. ἀνέστη ἐν τῷ δείπνῳ, καὶ ἔλαβε τάδε, καὶ εὐχαριστήσας εἶπε, τοῦτό μου ἐστὶ τόδε· καὶ ὁρῶμεν ὅτι οὐκ ἴσον ἐστὶν, οὐδ᾽ ὅμοιον οὐ τῇ ἐνσάρκῳ εἰκόνι, οὐ τῇ ἀοράτῳ θεότητι, οὐ τοῖς χαρακτῆρσι τῶν μελῶν. τὸ μὲν γάρ ἐστι στρογγυλοειδὲς, καὶ ἀναίσθητον, ὡς πρὸς τὴν δύναμιν, καὶ ἠθέλησε χάριτι εἰπεῖν, τοῦτό μου ἐστὶ τόδε, καὶ οὐδεὶς ἀπιστεῖ τῷ λόγῳ· ὁ γὰρ μὴ πιστεύων εἶναι αὐτὸν ἀληθινὸν, ὡς εἶπεν, ἐκπέπτωκε τῆς χάριτος, καὶ σωτηρίας. Surrexit in cœna, & accepit illa, & postquam gratias egisset, dixit, hoc meum est illud. Et videmus quod non est æquale, neque simile formæ eius corporeæ, aut inuisibili diuinitati. Illud enim est rotundæ ac orbicularis formæ, sensus expers, vt ad potentiam, & voluit per gratiam dicere, hoc meum est illud, & nemo fidem negat eius sermoni. Qui enim negat eum esse veracem vt dixit, excidit gratia & caritate. Negas, mi Casaubone, Sacramentum corporis Christi aliud esse ipsa re quàm panem, qui panis signum sit corporis Christi, quod per fidem à piè communicantibus manducatur. Audisti tamen B. Epiphanium dicentem, neminem esse, qui fidem neget Christo dicenti, hoc est corpus meum, & si quis non credat veracem esse Christum, in eo quod dixit, hoc est corpus meum, excidere gratia & salute. Vide ne in eorum sis numero, qui gratia & salute excidunt, quia fidem Christo negant, veraciter dicenti, hoc est corpus meum. D. Basilius in Asceticis p. 598. ὅσον μεῖζον χριστὸς ταύρων, τοσούτῳ δεινότερον ἐν μολυσμῷ ψυχῆς ἅψασθαι τοῦ σώματος χριστοῦ ἢ ταύρων. In veteri lege scriptum erat, anima polluta quæ ederit de carnibus sacrificij, morte morietur: quanto Christus maior & dignior est tauris, tanto grauius est anima polluta corpus Christi tangere, quàm taurorum. D. Augustinus lib. 5. de Bapt. contra Donat. cap. 8. sicut Iudas cui buccellam tradidit Dominus non malum accipiendo, sed malè accipiendo locum in se diabolo præbuit. Sic indignè quisquis sumens Dominicum sacramentum non efficit, vt quia ipse malus est malum sit, aut quia non ad salutem accipit, nihil acceperit. corpus enim Domini & sanguis Domini nihilominus erat, etiam illis quibus dicebat Apostolus, qui manducat indignè iudicium sibi manducat. Ex his liquido apparet propriam Eucharistiæ operationem non esse manducationem corporis Christi per fidem, sed arctissimam cum vero corpore Christi, quod ex vtero virginis sumtum est, coniunctionem: quia coniunctio illa non tantum fit per gratiam, quæ animæ spiritaliter infunditur, sed quia caro Christi cum carne manducantis verè commiscetur, caro comedentis carne Christi verè alitur, vt in verum & naturale corpus Christi quodammodo coalescat, & immortalitatem ex hac coniunctione consequatur. B. Irenæus lib. 5. Caro sanguine & corpore Christi nutritur, & membrum eius efficitur, quoniam membra sumus corporis eius. Non de spirituali aliquo & inuisibili homine dicens hoc Paulus ad Ephesios, sed de ea dispositione, quæ de calice, qui

ſium de carne Petri & fide Petri hanc habuiſſe diſtinctionem, ne videretur cum Petro etiam interiiſſe Eccleſia. Fides enim Petri in ſucceſſores eius tranſiit, in quibus & eadem prærogatiua tranſit. Vt enim oſtenderet Chriſtus, hanc confeſſioni Petri mercedem reddi, vt Eccleſiæ fundamentum conſtitueretur, ait ipſe, & ideo tibi dico Petre, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Vbi mihi nota Ambroſium per hæc verba, non præualebunt aduerſus eam petram intellexiſſe, ſuper quam ædificanda erat Eccleſia, quæ petra erat Petrus, & Petri fides, non modo in carne Petri, verum & in eius ſucceſſoribus perſeuerans. Quartum Ambroſij locum quem recitare te piget aſcribam ex ſerm. de fide Chriſti. Tu es *Petrus*, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Petra enim dicitur, eo quod primus in nationibus fidei fundamentum poſuerit, & tanquam ſaxum immobile totius operis Chriſtiani compagem molemque contineat. Certè qui totius operis Chriſtiani compagem molemque, quaſi ſaxum immobile continet, cum ſupra alios ſecundum Chriſtum illuſtri quadam poteſtate inſignitum eſſe neceſſe eſt. Quod ais Cyrillum, Baſilium, Greg. Nazianzenum, Chryſoſtomum nihil dicere quod Petri monarchiæ faueat, fugiunt te verba patrum, qui vni Petro aſſerunt, ouium Chriſti quæ toto orbe ſparſæ ſunt præpoſituram, προστασίαν, ἐπιστασίαν, κηδεμονίαν. à Chriſto datam, ipſum ἔξαρχον, κορυφαῖον, κεφαλὴν, ἀρχηγὸν, Principem, ducem, caput Eccleſiæ vocant, vt ſuprà oſtendimus. Quod verò Ioannes Chryſoſtomus ait homil. 55. in Matth. cap. XVI. Petrum vniuerſo terrarum orbi à Chriſto præpoſitum, verè ait, imo ipſis etiam Apoſtolis, qui inter oues numerantur, quoſque confirmare iubetur, vt cuius fides deficere non poſſit. Idem tamen pater ait curam vniuerſi orbis omnibus Apoſtolis in commune eſſe traditam, ſed ſub vno capite, ſub vno paſtore, ἀναρχία turbas faciat, vtque omnia, vt ait Cyprianus, ad vnitatem reuocentur, quia vnus Deus, vna fides, vnum Baptiſma, vna Eccleſia ſupra Petrum Chriſti voce fundata epiſt. 59. Ita verba Chryſoſtomi accipienda ſunt, Si quando S. Paulo & Timotheo προστασίαν τῆς οἰκουμένης, præfecturam orbis attribuit. Vt enim fides Chriſti per orbem diſſeminaretur, oportuit Apoſtolos & diſcipulos Chriſti omnes orbis prouincias peragrare, quas Dei fide imbuerent, & ſalutis myſteriis initiarent, ea tamen lege, vt ſub vno capite militaretur. Imponis, Caſaubone, cum dicis nos ignorantiæ Auguſtinum accuſare. Doctiſſimum & ſanctiſſimum Patrem Auguſtinum fuiſſe profitemur, cuius verba è ſerm. XV. de ſanctis accipito, Petrum fundamentum Eccleſiæ Dominus nominauit, & ideo dignè fundamentum hoc Eccleſia colit, ſupra quod eccleſiaſtici ædificij altitudo conſurgit. Quod ſi quando Chriſtum petram eſſe ait, aut vt Chryſoſtomus, & Ambroſius, interdum fidei confeſſionem, non tamen negat Petrum à Chriſto petram Eccleſiæ conſtitutam eſſe, ſed vt monui eundem ſcripturæ locum interdum ad literam, interdum figuratè, anagogicè, allegoricè interpretatur. Vrges hanc de Monarchia Pontificis ætate Auguſtini doctrinam Eccleſiæ Catholicæ fuiſſe incognitam. Quot iam auctoribus ſuperioribus Auguſtini ætate notam, & ſanctè habitam probaui? Lege Tertullianum de præſcrip. lib. de pudicit. Origenem in cap. 6. ad Roman. & homil. 5 in Exod. Hilarium ſuper Mat. Ambroſ. ſerm. 47. Hieronymum lib. 1. contra Iouinianũ, cõtra Pelagian. lib. 1 ſuper Matth. epiſt. ad Marcellam, & in cap. Iſaiæ 2. & 16. Qui omnes Auguſtino ſunt antiquiores. Tertullianum audi lib. de pudicit. c. 1. Audio etiam edictum eſſe propoſitum, & quidem peremtorium, Pontifex ſcilicet maximus, Epiſcopus Epiſcoporum dicit c. 13. pœnitentiam mœchi in Eccleſiã inducens bonus paſtor, & Benedictus papa concionaris. c. 21. Exhibe igitur & nunc mihi, Apoſtolice, prophetica exempla. Apoſtolicum vocat Rom. pontificem per excellentiam lib. de præſcription. cap. 36. ſtatu felicem Eccleſiam Romanam vocat. Initio lib. aduerſus Praxeam literas pacis ab Epiſcopo Romano reuocatas ait. lib. de præſcript. cap. 36. Eccleſia Romana vnde nobis auctoritas præſto eſt. lib. 3. car. aduerſus Marcion. vbi poſtquam Cathedræ Petri mentionem fecit, in qua & ipſe ſedit, & alios poſt ſe ſedere iuſſit, hæc ſubiungit.

Conſtabat pietate vigens Eccleſia Romæ

Compoſita à Petro.

Cyprianus l. de vnit. Eccleſ. vnã cathed. conſtituit, & vnitatis eiuſdem originem ab vno incipiẽte ſua auctoritate diſpoſuit. Itẽ, primatus Petro datur, vt vna Eccleſia & cathed. vna mõſtretur. Itẽ qui Petri Cathedrã deſerit in Eccleſia non eſt. ep. ad Fabianũ, cum Fabiani locus, inquit, id eſt cũ Petri locus, & gradus ſacerdotalis cathedræ vacaret. Optat. lib. 2. aduerſ. Parmenian. Negare non potes ſcire te in vrbe Roma Petro primo epiſcopalem Cathedram eſſe collocatam, in qua ſederit omnium Apoſtolorum caput. In cathedra vnica quæ eſt prima de Eccleſiæ dotibus ſedit prior Petrus. Cyprianus ep. 45. cunctos ex Africa nauigantes hortatur, vt Eccleſiæ Catholicæ matricem & radicem Romam tenerent & agnoſcerent, Irenæus lib. 3. cap. 3. Maximæ,

&antl

& antiquissimæ, & omnibus cognitæ à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo fundatæ & constitutæ Ecclesiæ eam quã habet ab Apostolis traditionẽ & adnunciatam hominibus fidẽ per successiones episcoporũ peruenientẽ vsque ad nos indicantes, cõfundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per sui placentiã malã, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malã sententiã præter quã, oportet colligunt. Ad hanc enim Ecclesiã propter potentiorem principalitatẽ necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndique fideles in qua semper ab his qui sunt vndique cõseruata est ea quæ est ab Apostolis traditio. Tertul. li. de præs. statu felix Eccl. cui totã doctrinã Apostoli cum sanguine profuderunt. Falsum igitur est, & quadruplatore nequissimo, non Casaubono dignum, quod ais à principio, & vsque ad Augustini tempora, hanc doctrinam Ecclesiæ Catholicæ fuisse incognitam; cum Irenæum, Tertullianum, Cyprianum, & alios plerosque eius nõ auctores, sed laudatores & prædicatores esse luce meridiana sit clarius. Baronium cor plumbeum, frontẽ æream habere ais, qui omnes ab Augustini verbis, & Ecclesiæ catholicæ fide transfugas, nouatores appellarit. Verba Augustini sic habent, Numerate sacerdotes vel ab ipsa Petri sede, & in ordine illo patrum quis cui successit videte. Ipsa est petra quam non vincunt superbæ inferorũ portæ. Tu per Petri sedem, fidei doctrinã intelligis, infacete, ne dicam ineptè, qui non videas Augustinũ non de fidei doctrina, sed de successione Pontificum Romanorũ qui a Petro & successoribus eius instituti sunt, agere, quã successionẽ in pontificio & Apostolatu Petri Petram esse ait, quam non vincunt superbæ inferorum portæ. Ita & Irenæus li. 3. c. 3. per hanc successionem omnes hæreticos confundi scribit. Opta. li. 2. in Parm. vos vestræ cathedræ originem ostendite qui vobis vultis sanctam Ecclesiam vindicare. Tertul. li. de Præscript. Qui estis vos, vnde, & quando venistis, vbi tandiu latuistis. Bonum tamen factum hic ascribo, quod pag. 432. fateris Ecclesiam Romanam a Petro in vera fide fundatam, petram esse inuictam. Idem Ioan. Chrysostomus tribuit Ecclesiæ Constantinopolitanæ, idem Cyprianus aliis Ecclesiis in Apostolica doctrina perseuerantibus, aduersus quas portæ inferi præualere non possunt. Idem Ignatius Romanæ cum ait Ecclesiam in petra non manufacta ædificationes spiritus fundatam. Bene igitur Baronius ex Augustini tractatu 56. in Ioannem, dixit. Idem pater fidissimus assertor primatus Petri, vt cum ait: quis enim nesciat Apostolorum principem beatissimum esse Petrum. Principem interpretaris primum in ordine. Si etymon spectas, princeps dicitur, τὰ πρωτεῖα λαβὼν, qui primaria honoraria capit, qui prima capit, post Augusti ætatem qui cuncta discordiis ciuilibus fessa nomine principis sub imperium accepit, vt loquitur Tacitus, principes imperatores dicti sunt. Ita Petrus princeps Apostolorum dicitur, pastor, rector, gubernator, caput. Qua capitis voce potestatem supra alios significari inscienter negas. Tacitum audi lib. 1. Annalium quousque patieris non adesse caput Reipublicæ.

Quod ais Leonis magni ætate ad coercendos Nest. Eutychianos, Dioscoros, qui Ecclesias orientis vastabant, Romano episcopo exaggeratam illam, & admirabilem potestatem fuisse necessariam, probo: sed illa eminens supra alios anctoritas in consiliis, & aliis Ecclesiæ negotiis vt à Christo accepta iam olim à decessoribus S. Leonis iure vsurpata erat. Nemo (inquis pag. 434.) peritus rerum Ecclesiæ, ignorat opera Romanorum Pontificum per multa secula Deum esse vsum in conseruanda sarta tecta rectæ fidei doctrina. Et tamen tuus ille doctor Plessæus, ex cuius epistola tuam concinnasti, mysterium iniquitatis iam inde à Victore pontifice, qui quartodecimanos hæreticos in oriente grassantes coërcuit, & ad bonam mentem reuocauit, in Ecclesia Romana incepisse, deinde in Cornelio, & Stephano, qui anabaptismum in Africa exstinxerunt perseuerasse contendit. Tu longe es æquior, quem nisi studium partium Anglicanatũ transuersum raperet, cum Ecclesia Romana facile sensum animi tui coniuncturum esse non diffido. De Leonis magni consortio indiuiduæ vnitatis cum Christo, abunde à me supradictum est, verbum non addo. De Synodo Ephesina sub Celestino copiose dixi ex ipsis actis synodi, & ecclesiasticæ historiæ scriptoribus, in responsione ad tuam epistolam, ἐπέχω. De vocibus capitis, exarchi, abunde suprà vidimus. Abiungo fessus tam longa verborum velitatione, vbi totius Ecclesiæ vnanimi iam inde à tot sæculis consensu res decidenda esset.

AD CAPVT XVII.

EXERCIT. XV.

STringis aculeum tuum in Illustris. Baronium, quod neget Petrum à Christo propterea dictum esse Satanam, quod spiritu diabolico ageretur, sed quod Christi consilio de cruce subeunda aduersaretur. Quia Satanas τὸν ἀντικείμενον, & aduersarium significat. Chrysostomus locum hunc ita explicat. καὶ οὐκ εἶπεν, ὁ σατανᾶς ἐφθέγξατο διὰ σοῦ, ἀλλ' ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ· καὶ γὰρ ἐπιθυμία ἦν τοῦ ἀντικειμένου τοῦ μὴ παθεῖν τὸν χριστόν. διὰ τοῦτο μετὰ τοσαύτης σφοδρότητος ἐπετίμησεν αὐτῷ. Et non dixit Satanas loquutus est per te, sed vade retro Satana. Etenim cupiebat Diabolus Christum non pati. Ideo cum tanta vehementia increpauit eum. οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. ἐκεῖνος ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ, καὶ γηίνῳ τὸ πρᾶγμα ἐξετάζων ἐνόμιζεν αἰσχρὸν εἶναι τοῦτο αὐτῷ, καὶ ἀπρεπές. ἐγὼ δέ σοι λέγω ὅτι τὸ μὴ παθεῖν με τοῦ διαβόλου γνώμης ἐστί. Non sapis quæ sunt Dei, sed quæ sunt hominum. Ille enim humana ratione & terrestri rem æstimans, existimabat id ei turpe esse & indecens. &c. Ego tibi dico quod passionem meam impedire ex consilio Diaboli est. Minus dure interpretatur hæc verba Theophylactus. ὅτε μὲν ὀρθὰ ἐλάλει ὁ πέτρος, μακαρίζει αὐτὸν ὁ χριστός· ὅτε δὲ ἀλόγως ἐδειλίασε, καὶ οὐκ ἤθελε παθεῖν αὐτὸν ἐπιπλήττει εἰπών, ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ· σατανᾶς δὲ ὁ ἀντικείμενος λέγεται· ὕπαγε οὖν ὀπίσω μου, τουτέστι μὴ ἀνθίστασο, ἀλλ' ἀκολούθει τῷ θελήματί μου· καλεῖ δὲ οὕτως τὸν πέτρον ἐπεὶ καὶ τῷ σατανᾷ ἀθέλητον ἦν τὸ παθεῖν τὸν χριστόν. Quando recta loquebatur Petrus beatum dicit eum Christus. Quando autem sine ratione, & temere extimuit, & noluit eum pati, increpauit eum, vade retro Satana. Satanas autem dicitur aduersarius; vade igitur retro, id est noli aduersari, sed sequere meam voluntatem. Ita autem vocat Petrum, quia Satanas non cupiebat pati Christum. Cur igitur ingressus Satanas in Iudam iniecit ei eam mentem vt Christum proderet, venderetque 30. denariis. Omnino fatentur patres non plane certum fuisse Satanæ, Christum esse Messiam. Et tentamentum eius in deserto ei rei argumento est. Sapit autem Petrus quæ hominum sunt, quia dum humano more rem æstimat, præ nimio in Christum amore ab eo mortem illam indignissimam deprecatur. Quod Theophylactus eodem loco docet, qui tamen Petrum σφαλῆναι ait, lapsum esse. Sed omnino prolapsio quę ex nimino amore nascitur leuis est. Chrys. ibidem, ὁ μακαρισθεὶς οὕτως ταχέως διέπεσε, καὶ ἐσφάλη, ὡς φοβηθῆναι τὸ πάθος. Qui ob confessionem beatus dictus erat, tam celeriter cecidit & prolapsus est, vt metueret, ne Christus crucem pateretur. De monte Thabor tu sentis cum Illustris. Baronio, quemadmodum & de didrachmis, quæ exigebantur in vsum templi. Iosephus lib. 7. c. 26. φόρον δὲ τοῖς ὅπου δή ποτ' οὖσιν ἰουδαίοις ἐπέβαλε δύο δραχμὰς, ἕκαστον κελεύσας ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὸ καπετώλιον φέρειν, ὥσπερ πρότερον εἰς τὸν ἐν ἱεροσολύμοις νεὼν συνετέλουν. Indixit Iudæis vbi vbi locorum essent, duas drachmas vnumquemque in singulos annos in capitolium inferre, vt prius in templum quod erat Hierosolymis inferebant. Iterum Illustris. Baronium virulentem dentem impingis quem franges potius quam imprimas, quod Clericos dicat iure diuino immunes ab onere vectigalium esse. Christi verba sunt: Reges terræ à quibus accipiunt tributum? A filiis suis, an ab alienis? At ille dixit, ab alienis. Dixit illi Iesus, ergo liberi sunt filij. Omnino Christus, quia verus & genuinus filius Dei, se immunem à censuum onere ostendit. Petro tamen dixit, vt non scandalizemus eos, da eis pro me, & te. Chrysostomus ad cap. 18. Matth. εἶδες τὸ ὑπερβάλλον τῆς τιμῆς. ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς πρωτότοκος ἦν, vides honoris excellentiam, quoniam & Petrus primogenitus erat. Nam cum ex Iacobo & Ioanne alter primogenitus esset, ἀλλ' οὐδὲν τοιοῦτον ὑπὲρ τούτων ἐποίησεν, nihil tale Christus pro iis effecit. Ideo ἔπαθόν τι ἀνθρώπινον οἱ μαθηταί, ὅτι πάντων αὐτὸν προετίμησε, passi sunt aliquid humanum ab inuidia, quando Christus Petrum omnibus prætulit. Ambros. orat. de tradendis basilicis. Si tributum petitur, non negatur; agri Ecclesiæ soluunt tributum. Hieronymus tamen ad Matth. 17. Nos pro illius honore (Christi scilicet) tributa non reddimus, & quasi filij regis à vectigalibus immunes sumus. Immunitates illas à Principibus datas tecum censeo. Cod. Theodos. lib. 16. tit. 2. l 16. 26. C. Theodos. l. Sancimus. de Sacrosanct. Eccles. De fluuio Sabbattico tecum sentio, cum 6. diebus fluxisse, septimo conquieuisse, quod narrat Plinius lib. 31. c. 2. contra Iosephum, 8. cui tamen rei, quia sine fide es, fidem habere non potes. De Syriacis legionibus quæ solę nullam Seiani imaginem intersigna coluisset, tibi assentior, quod libro 2. de Imper. Rom. tit. de imaginibus Imper. abunde docui.

AD

AD CAPVT I.
Exercit. XVI.

IN Illustrissimi Baronij scriptis vlcus notas, Medicinam non facis. putat ille Christum Dominum anno ætatis 34. passum esse, nec nisi quatuor Paschata inter Baptismum eius & passionem intercedere. Certè Dominus per quatuor Paschata prædicauit, in 5. passus est. Primum pascha post baptismum fuit Ioan. 2. secundum Ioan. 2. quo tempore Ioannes Baptista in carcerem ab Herode coniectus est. Tertium pascha est à Matth cap. 12. ad 14. Mat. 6. 14. Luc. 7. Tum cæsus Ioannes qui paschata duo exegit in vinculis, apud castrum Machærontem. Quintum pascha est à 7. Ioannis, quo tempore Lazarus ab inferis excitatus. Igitur Christus mortuus anno ætatis 35. Quare Paulus dixit nos resurrecturos in ætatem plenitudinis ætatis Christi. Sed plena & perfecta ætas est annorum 35. Ita viri eruditi sentiunt Gerardum mercatorem secuti. Ita Cardinalis Baronius qui anno 34. exacto Christum passum esse putat. Rectè Illustrissimus Baronius apud Ioannem cap. 11. κώμην, vicum Mariæ & Marthæ Magdalum, sed non castellum ponit. De voce Hosanna, acclamationem esse non dubito. Anna interpretantur, obsecro. Psal. 117. Anna, Iehona, Osianna, obsecto Domine saluum me fac. Elias in Thisbi; Hoschahana, pro hoschina na, serua obsecro. Psal. 86. Osanna filio ancillæ tuæ. 70. Inter. σῶσον τὸν υἱὸν τῆς παιδίσκης σου. vocant & hosananoth Iesucoth formulas hymnorum solemnes in festo tabernaculorum. Sic etiam vocantur frondes arborum, palmæ, oleæ, salicis, quas per illos dies manibus tenebant. Iosephus lib. 3. cap. 10. εἰρεσιώνην, alij τὰ βάϊα καὶ θάλλους, & alia plura, quæ à te opportunè notantur.

AD CAPVT IX.

ILlustrissimus Baronius ex Isidoro Pelusiota ficum ad Hierusalem natam, cui maledixit Dominus, fuisse illam ficum, scribit, quæ Adamo & Euæ folia tegendo pudori præbuit. Non credis, quia hæc fuit in Edem, nec opinor Illust. Baronius credidit. De censu & capitatione dixi libro de vectigalibus populi Rom. Censum hic φόρον interpretor, cum B. Luca tributumque solutum in moneta Romana, siue denarij essent, siue aliud monetæ Rom. genus agnosco, cùm dictum est, licet dare censum Cæsari. De 30. argenteis quibus Iudas Christum addixit optime Hieronymus, certam non postulat summam, vt saltem luctosa videretur prodi[illegible]o, sed quasi vile tradens mancipium in potestate ementium posuit, quantum vellent dare. In lege Dei mancipia siclis 30. æstimantur Exod. 21. Græci seruos vili pretio emptos per contumeliam ἁλωνήτους vocabant, sale emptos. Psal. 43. vendidisti populum tuum sine pretio. Amos 11. Deus exprobrat Iudæ proceribus, quod venderent iustum nummo argenteo. Facit ad Domini abiectionem quod 30. argenteis siclis, quasi mancipium venierit, id est, coronatis circiter Gallicis 10. aut 12. Hæc mihi probantur, nec tamen Illustrissimi Baronij sententia improbatur, qui argenteum, argenti libram interpretatur. Suos enim, eósque graues sequitur auctores. Apud Hieremiam cap. 32. ager non malus emitur pretio siclorum 17. De nummis qui Lutetiæ visuntur an sint illi ipsi qui Iudę traditi, ἐπέχω. D. Hieronymus apud Hieremiam cap. 32. septemdecim siclos intelligit, seu stateres. Ezech. cap. 45. siclum facit partem minę sexagesimam his verbis, 20. sicli, & 25. sicli, & quindecim sicli minam facient. Schekel & siclus & argenteus apud Iosephum idem sunt. Deut. 22. Multabunt illum centum argenteis, vetus versio, centum siclis argenti. Geneseos 45. dedit Ioseph Beniamin trecentos argenteos, Onkelos vertit, trecentos siclos argenti. In versione Gręca malè χρυσοῦς pro ἀργυροῦς, vt bene doces.

AD CAPVT X.

MAlo more & contra bonum & æquum hic exagitas Illustrif. Baronium, cuius verba hæc sunt, An apud Ioannem Dominus noster hoc anno celebrauerit Pascha, dubium valde redditur, quod Lucas scribit ipsum Ioannem cum Petro missum ad perquirendum vbi Pascha parandum foret. Dubium redditur quod scripsit Nicephorus, non quod scripsit Lucas.

Scribit enim Nicephorus apud Ioannem, quod falsum est. Obseruas Pesac à 70. Interp. dici paschа, à Theodotione phasec. Latinus interpres bibliorum Hebraicorum, phase. Ionathan pischa. Gregor. Nazianzenus ser. 42. in sanctum pascha vocat phasca, id est transitus. Pascha Græci nonnulli ἀπὸ τοῦ πάσχειν. Iustinus in Dialogo cum Tryphone Agnum ait qui totus assabatur fuisse symbolum τοῦ πάθους τοῦ σταυροῦ, δι' οὗ πάσχειν ἔμελλεν ὁ Χριστός. Passionis crucis, per quam debebat pati Christus. Quanquam vocabulum Hebraicum esse scioit, adlusit tamen ad vocem Græcã πάσχω. Hæc tu bene, quæ & ab aliis antea obseruata. Græci quia fermentato pane vtuntur Christum diem legitimum celebrando paschati anticipasse contendunt. προλαβὼν ὁ Χριστὸς πρὸ μιᾶς ἐποίησε τὸ πάσχα, inquit Xanthopulus. Christus anticipato die fecit pascha. Putant Christum 13. luna mensis Nisan pascha celebrasse, Iudæos 14. luna. Quod docet Cedrenus p. 144. ἄρτον opponit ἀζύμῳ, & Christũ Iudaicum pascha omisisse putat, vt mysticũ pascha celebraret. Volunt Græci ἄρτον ab αἴρομαι significare panẽ fermentatum, sed falluntur, cum Luc. 24. ἄρτος panis azymus dicatur. Merito laudantur tibi verba Innocentij III. li. 4. Myster. c. 33. Adhuc multi sacrificant de fermentato, quibus tanquam vere catholicis Ecclesia Roman. communicat. Sed Græci cum iis non communicant, qui in azymo sacrificant. Male.

AD CAPVT XIII.

EXERCIT. XVI.

AGgrederis ad rem impeditam in qua discedis ab Illustriss. Baronio, vt accedas ad sententiam doctissimi Maldonati, Iosephi Scaligeri, & aliorum, qui Dominum Christum tempus legitimum celebrandi paschatis seruasse docent, & Iudæos festum transtulisse propter canonem Hebraici Kalendarij Adu. Quare pascha Domini fuit diuersum à paschate Iudæorũ. Quod significat Ioan. c. 13. qui cœnam, & lotionem pedum fuisse ait, πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, ante festum paschatis, cum Matthæus dicat fuisse τῇ πρώτῃ τῶν ἀζύμων, prima die azymorum, quando pascha sacrificabant: & Lucas, ἤγγιζε δὲ ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, ἡ λεγομένη πάσχα, appropinquabat festum azymorum, quod dicitur pascha: quod tempus fuit legitimum ex lege agni comedendi, luna 14. de quo reliqui Euangelistæ loquuntur, cum Ioannes loquutus sit de die quæ antecedit festum Iudæorum, quæ dies antecedens Iudæorum festum fuit prima azymorum. Hac ratione tempus idẽ ineuntis lunę decimę quartę, siue desinentis decimę tertię, dies Iouis, Nisan 13. Hoc inquã, idẽ tẽpus Christo erat ἑορτὴ ἀζύμων, initiũ festi azymorũ siue paschatis, & ante festũ paschatis, vt vocat Ioan. Nam tota paschatis solemnitas ad priorẽ diei partẽ pertinet, vesperam scilicet, & primã noctem illius diei quæ dicitur prima azymorũ. Exeunte enim die præcedente post meridiẽ mactabatur agnus, deinde parabatur, & fermentum omne exterminabatur, ac tandem in vespera quæ erat initium primæ azymorum edebatur, protrahebaturque conuiuiũ ad primam noctem, Marci xv. Et cum sero esset factum, quia erat parasceue, quod est ante sabbatum, ὀψίας γενομένης, ἐπεὶ ἦν παρασκευή: ὀψία seu vespera fuit duplex, prior est inclinantis solis quæ post meridiem incipit, altera vespera est occidentis solis quæ dicitur ὀψία δείλη, solis occasus: sic apud Iudæos duplex erat hereb, seu vespera, prior à nona hora ad xi. quod erat tempus oblationis vespertinæ altera paulo ante occasum solis, quod erat principium Iudæis diei sequentis. Narrat Euangelista Iudæos qui è Caiaphæ domo Christum ad Pilatum deduxerant, non esse ingressos prætorium, vt non contaminarentur, sed manducarent pascha. Iudæi igitur nondum manducauerant, at Christus manducauerat. Non ergo eadem die Christus & Iudæi pascha comederunt. Deuteronomij xvi. dicitur immolabis phase pecudes, & boues, quibus verbis duplex genus sacrificij commemoratur, pascha, id est agnus paschalis, & oues, ac boues, id est oblatio pacifica, quæ die 14. ante mactationem agni offerebatur ex ouibus & bobus. καὶ θύσεις τὸ πάσχα κυρίῳ τῷ θεῷ σου, πρόβατα καὶ βόας, vt 70. Interpretes. Ioannes cap. xix. ait, erat parasceue paschatis. Certe si dies quo Dominus est crucifixus parasceue fuit paschatis, nondum pascha Iudæorum prætererat. Atqui pascha suum Christus celebrauerat. Quare aliud pascha fuit commune Iudæorum, aliud Christi proprium. Sabbatum autem habuit suam parasceuen, & festa suam: vnicuique enim diei bono siue festo attribuitur sua vespera προεόρτας, parandis rebus ad festum necessariis destinata. Iudæis igitur qui pascha suũ comederunt ineunte die decima quinta parasceue paschalis fuit vespera diei decimæ quartæ, quo tempore Dominus noster cruci est affixus, laxe vero accipiendo dies ipsa decima quarta fuit illis, & sabbati parasceue vt semper, & paschatis parasceu[illegible], significat Ioannes propter translationem festi. Ioannis c. 13. verba Christi ad Iudam, quod facis

fa[illegible]us

fac eitlus, Apostoli sic accepere, quasi Christus dixisset, eme ea quibus opus habemus ad festũ. Nondũ igitur aduenerat Pascha Iudæorum. At Domini Paschalis cœna iam erat translata, in qua Christus hæc verba dixerat ad Iudam, Ioannis c. 19. Iudæi ergo vt non remanerent in cruce corpora Sabbato, quoniam parasceue erat, magnus enim erat ille dies Sabbati, rogauerunt Pilatũ. Iudæis bonus dies dicitur vt primus & postremus azymorũ, vel tabernaculorum, vocant diem magnũ. Ioann. cap. 7. de vltimo die tabernaculorum, ἐν δὲ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ τῆς ἑορτῆς. Sabbatum ergo non dictum est dies magnus propter Sabbati religionem, sed propter festum. Ioann. cap. 18. Est autem consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in pascha, id est laxem, in tempore festi paschatis, & azymorum, vel vt Matthæus & Marcus, κατ' ἑορτήν. Matth. 26. ἔλεγον δὲ μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, ἵνα μὴ θόρυβος γένηται ἐν τῷ λαῷ. Non in die festo ne fiat tumultus in populo. Igitur dies qua Christus captus est non fuit festus Iudæorum. Auctores enim cósulti huius à populo sibi metuebant, ne populus tumultũ concitaret. Certè Moses ben Maimon li. vltimo Iad, sectione 1. ca. 11. ait, Iudices rerũ capitalium non iudicant in parasceue Sabbati aut in parasceue diei festi, quia non debet id fieri, & reus postridie occidi non potest. Certũ autẽ est ex Mosis mãdato pascha celebrari debuisse decima quarta primi mensis die sub vesperam, inter duas vesperas. Dies à posteriore vespera incipiebat, desinebat in priorem. Humbertus contra Græcos, Si Christus pascha fecit 13. luna cum fermentato, dupliciter reus fit, quia pascha fecit tẽpore non suo, & quia cum fermentato. Paterfamilias apud quẽ Christus pascha fecit, nõ potuit ignorare, vt rectè Maldonatus infert, pascha celebrandum ea die qua Christus celebrauit, viuit ex decreto Synedrij aliter eo anno fieret. Sacerdotes qui Christũ accusarũt, aut ignorarunt Christũ ea nocte agnũ comedisse, aut non ausi sunt ad crimen obijcere, quum Christus ex legis præscripto suũ pascha celebrasset. Ex his omnibus statuimus Christũ Dominũ alia die pascha fecisse; alia Iudæos. Christum ex legis præscripto pascha fecisse prima vespera decimæ quartæ diei, quæ fuit parasceue Sabbati, & festi Iudæorũ, qui magnus & bonus dies dictus, Iudæos pascha fecisse prima vespera xv. Lunæ, quia festum translatũ erat, Christũ Dominũ in crucem actum esse inter duas vesperas decimæ quartæ diei, quæ fuit azymorũ, & parasceue magni diei festi Iudæorũ. Quia cum ad Pilatum iuerunt nondum pascha fecerant, quia die festo neq; Christũ capere, vincire, neq; cruci affigere ausi fuissent, quia antequam inciperent festũ suum Iudæi Christus de cruce detractus, aromata empta fuerant, quibus conderetur, quæ die festo Iudæorũ emi non poterant. Prima dies paschalis 15 Nisan propter translationem festi, fuit ἐμπορία, & festiuus dies, quod Ioannes vocat Sabbatũ magnum, quia tunc duo Sabbata in vnum concurrebant. Prima azymorũ erat παρασκευὴ τοῦ πάσχα, præparatio festi & parasceue, eadẽ die, seu νυχθημέρῳ agnus à Christo immolatus est, & ipse cruci affixus, qui eadẽ die vterq; agnus verus, & typicus immolari debuit. Ideo dixit Marcus, τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων ὅτε τὸ πάσχα ἔθυον λέγουσι [illegible]. Die prima azymorum quando Pascha immolabant sub vesperam. Vt enim monuit, dies parasceues habuit duplex hereb, vesperam duplicem, alteram ab hora 9. ad 12. seu solis occasum diei desinentis, quæ propriè dicitur parasceue, quia præparabantur duæ cœnæ in Sabbatum sequẽs, quanquam tota feria sexta laxa significatione dicitur parasceue Sabbati; alterã vesperam paulo ante Solis occasum, aut occaso Sole, quod erat initium feriæ sextæ, aut parasceues festi magni. Dicuntur Haabatjim, id est vesperæ duæ, [illegible]. Tunc debuit agnus mactari, iugulari, pelle exui, assari: coquebantur cibaria duarum cœnarum. Iosephus ἐνστάσης ἑορτῆς, πάσχα καλεῖται, καθ' ἣν θύουσι μὲν ἀπὸ ἐνάτης ὥρας μέχρι ἑνδεκάτης, quæ est ὀψία & δειλινὴ ὥρα. Alterum initium sumitur à Sole occaso, siue à 12. hora, ὀψία δειλινή. Idem Iosephus, ἐνστάσης δὲ τῆς τῶν ἀζύμων ἑορτῆς, [illegible] ὥραν. Id est, cùm instaret festum, Pascha vocant, quo mactant à 9. hora vsque ad vndecimam, quæ est vespera prima: altera vespera posterior: item, congregato populo ad festum azymorum, octaua autem erat mensis Aprilis Nisan, ad horam diei nonam. Parasceue, vt dictum est, interdum sumitur pro tota feria 6. maxime ab hora sexta. Ioannes, ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ πάσχα, ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη, erat parasceue paschatis, & hora veluti sexta. Propriè tamen parasceue ab hora 9. Iosephus, [illegible] ἀπὸ ὥρας ἐνάτης. Nec eos sponsiones, vadimonia, fideiussiones facere in Sabbatis, aut parasceue ante Sabbatum ab hora 9. Pascha autem, Pentecoste, scenopegia semper duarum cœnarum commissione transigebantur. In priore hostiis vescebantur, vt agno, in altera quædam cœnabantur [illegible], quæ cœna dicta dimissoria instar secundæ mensæ, in quã gentiles libabant, & vinum circũmferebatur. Virgil. in Georg.

Non ego te dis, & mensis accepta secundis
Transierim Rhodia.

Quia libabatur Diis vino Rodio. Horatius,

Et alteris
Te mensis adhibet Deum.

Igitur altera cœna agnus comestus, altera azyma, pro quibus Christus dedit corpus suum discipulis, & poculum sanguinis pretiosi circũtulit. In aliis solemnibus bellaria adhibebant in secũdis mensis, [illegible] cupedias, res bellissimas, vt Plautus, vocant ἐπικώμιον. In paschate nulla bellaria, sed in tryblio acetariũ ex intybis, & lactucis agrestibus, in quod azyma intingebant, quod dicitur haroseth. Primũ autem panem azymũ in id acetarium intingebat paterfamilias, quem comedebat, deinde alij sequebantur. Tũ sub mappa aliã tortã azymam teseruatã paterfamilias in tot frusta frangebat, quot côuiuæ erant: frusta singula erant magnitudine oliuæ, quæ singulatim & ordine omnibus porrigebat. Quo facto ipse poculũ degustatũ tradebat proximo, ille tertio, & sic deinceps donec poculũ per totũ côuiuium circumferretur. Ideo dixit Christus Dominus, accipite, bibite ex hoc omnes. Forma benedictionis fuit, Baruth atha iehoua elohim melec angolã achero Rich danu benitse votau ve tsiuanu gnath abilath hamatsa, id est, Benedictus es Domine Deus noster Rex mũdi, qui sanctificasti nos de peccatis nostris, & mandatum dedisti super esu azymorum. Poculum quod circumferebatur dictũ est côhelal, id est poculum laudationis, quod eo absoluto canebatur vnus ex iis Psalmis qui incipiunt ab haleluya. Poculũ id [illegible], in aliis etiam solemnibus vsurpatum. Ideo Euangelista dixit, καὶ ὑμνήσαντες ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν. Hæc & plura alia e Rabbinis Maldonatus, Iosephus Scaliger, Sethus Caluisius, & alii viri eruditi enorarunt, quæ quia faciunt ad illustrandum paschatis ritum, nec aduersantur fidei catholicæ libuit ascribere. Neque enim debemus nobis inuidere quæ a partiariis bene & eruditè scripta sunt.

quia id adolebatur quod in altari inditum erat, sed de corpore Christi agens non sic, at communicationem corporis Christi esse dixit. Non enim altari tantùm, sed ipsi corpori Christi communicamus. Ideo & Cyrillus Hierosolym. per Eucharistiam nos diuinæ naturæ participes esse factos ait. οὕτω γὰρ καὶ χριστοφόροι γινόμεθα, τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος εἰς τὰ ἡμέτερα ἀναδιδομένου· οὕτω κατὰ τὸν μακάριον Πέτρον θείας κοινωνοὶ φύσεως γινόμεθα. Ita & Christiferi, & Christophori sumus, corpore eius & sanguine in nostra corpora diduo, ac distributo. Ita secundum B. Petrum diuinæ participes naturæ efficimur. Naturalem hanc cum Christo vnitatem quæ fit per Eucharistiam esse docet S. Hilarius lib. 8. de Trinitate. Quod autem in eo per sacramentum communicatæ carnis & sanguinis simus ipse testatur dicens, quoniam & ego in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Quod autem in nobis naturalis hæc vnitas sit ipse testatus est, dicens, qui edit carnem meam in me manet, & ego in eo. Non enim quis in eo erit, nisi in quo ipse fuerit, eius tantum in se sumptam habens carnem qui suam sumpserit. Chrysostomus homil. 24. in 1. Cor. διὰ τί μὴ εἶπε μετοχή; ὅτι πλέον τι δηλῶσαι ἠβουλήθη· καὶ πολλὴν ἐνδείξασθαι τὴν συνάφειαν, ὅτι οὐ τῷ μετέχειν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἑνοῦσθαι. Quare non dixit participatio? Quia amplius aliquid significare voluit. Quemadmodum enim illud corpus vnitum est Christo, ita & nos illi per istum panem vnimur. Communionem illam, & κοινωνίαν Tertullianus lib. de orat. sub finem, participationem vocat sacrificij. Similiter de stationum diebus non putant plerique sacrificiorum orationibus interueniendum, quod statio soluenda sit accepto corpore Domini. Ergo deuotum Deo obsequium Eucharistia resoluit, an magis Deo obligat. Nónne solemnior erit statio tua, si & ad aram Dei steteris? Accepto corpore Domini, & reseruato vtrumque saluum est, & participatio sacrificij, & exsecutio officij. vbi animaduertis Eucharistiam dici corpus Christi. Sanctus Cyrillus Catech. 4. κοινωνῆσαι, καὶ μεταλαμβάνειν pro eodem accipit, vt & D. Basilius κοινωνίαν καὶ μετάληψιν. Verba Cyrilli. ἐν τύπῳ γὰρ ἄρτου δίδοταί σοι τὸ σῶμα, καὶ ἐν τύπῳ οἴνου δίδοταί σοι τὸ αἷμα, ἵνα γένῃ μεταλαβὼν σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ σύσσωμος, καὶ σύναιμος αὐτοῦ. In figura panis datur tibi corpus, in figura vini datur tibi sanguis, vt particeps corporis & sanguinis Christi effectus, sias vnum corpus, & vnus sanguis cum eo. Agnoscis, opinor, discrimen signi, & rei sacramenti in his verbis, in quibus neque signum pro re significata vt sit uiterdum, neque res significata pro signo ponitur. Catech. 5. εἶτα μετὰ τὸ κοινωνῆσαι τοῦ σώματος Χριστοῦ προσέρχου καὶ τῷ ποτηρίῳ τοῦ αἵματος, μὴ ἀνατείνων τὰς χεῖρας, ἀλλὰ κύπτων, καὶ τρόπῳ προσκυνήσεως καὶ σεβάσματος λέγων τὸ ἀμήν· ἁγιάζου καὶ ἐκ τοῦ αἵματος μεταλαμβάνων Χριστοῦ· ἔτι δὲ τῆς νοτίδος οὔσης τοῖς χείλεσιν σου, χερσὶν ἀποψαυόμενος, καὶ ὀφθαλμοὺς, καὶ μέτωπον, καὶ τὰ λοιπὰ ἁγίαζε αἰσθητήρια. Inde postquam communicaueris corpori Christi, accede ad calicem sanguinis, non extensis manibus quibus corpus excepisti, sed demisso vultu & per modum adorationis venerans, dicénsque amen. Et humore adhuc in tuis labiis exsistente, manibus attingens oculos & frontem, & reliquos sensus sanctifica. Ex hoc loco, vt es acutus & intelligens, animaduertes in veteri Ecclesia eos qui communicarent corpus Christi caua manu in speciem crucis formata excepisse, cùm læua dextræ subiecta esset, sanguinem à Sacerdote propinatum prius quam biberetur adoratum esse à sumentibus, qui cultus vino vt libei consecrato exhiberi nun debuit, nisi verè sanguis Domini esset. Patres enim per hyperbolen locutos ne per somnium quidem tibi vnquam in mentem venit. Basilius in Ethicis ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖται ὁ ἄνευ κατανοήσεως τοῦ λόγου καθ' ὃν δίδοται ἡ μετάληψις τοῦ σώματος, καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, προσερχόμενος τῇ κοινωνίᾳ· ὁ δὲ ἀναξίως μεταλαμβάνων κατακέκριται. Quod nihil iuuatur communione corporis & sanguinis Christi is qui communicat, nisi recogitet rationem secundum quam datur ei participatio corporis & sanguinis Christi. Qui autem indigne communicat condemnatus est. Sicuti autem communio corporis & sanguinis dicitur, sic etiam distributio, quæ fit à Sacerdote. S. Leo ep. 23. In illa mystica distributione cœlestis alimoniæ hoc impertitur, hoc sumitur, vt accipientes virtutem cœlestis cibi in carnem ipsius qui caro nostra factus est, transeamus. Vnde sequitur per sacram illam communionem nos non tantùm re modo in corpus Christi mysticum, quod est Ecclesia, sed verè in ipsissimam Christi carnem quæ in sanguine virginis concreuit. Quod Gregorius Nyssenus his verbis significat, ὡς γὰρ τῷ φθοροποιῷ πρὸς τὸ ὑγιαῖνον ἀναμιχθέντι ἅπαν τὸ ἀναληφθὲν συνηχρειώθη, οὕτω καὶ τὸ ἀθάνατον σῶμα ἐν τῷ ἀναλαβόντι αὐτὸ (non αὐτῷ) γενόμενον πρὸς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν τὸ πᾶν μετεποίησεν. Vt cum tabificum aliquid ad salubre adiunctum est, illud omne quod commixtum fuerit reddidit, ita & immortale corpus in sumente existens omnia trahit & vertit in suam naturam. Ioan. Chrysost. ad cap. 26. Matth. homil. 83. scribit Christum ante alios suum ipsum sanguinem bibisse, ἐνάγων τοὺς ἀποστόλους ἀπαθεῖς εἰς κοινωνίαν τῶν μυστηρίων, vt induceret imperturbatos Apostolos ad communionem mysteriorum, ideo suum ipsius sanguinem bibit. Omni-

no planos fuisse veteres patres oportet, si aliud de hoc mysterio senserunt, quam quod disertè literis consignarunt. Subiicis deinde, perfectionem hominis in eo sitam esse, vt cum Deo coniungatur. Media coniunctionis illius alia nobis porrigere Deum, verbum suum [illegible] & Sacramenta alia nos adhibere, sed gratis à Deo accepta, fidem scilicet quam cœlestibus beneficiis accipiendis solam quasi manum hominibus à Deo concessam omnes pij [illegible] consentient, quia Christus per fidem in nobis habitat.

Iam olim de Philosophis didici perfectionem partis in eo esse, vt cum toto coniungatur. Perfectio brachii est vt cum corpore, corporis vt cum capite iungatur. Perfectio tecti [illegible] ficio, vt cum parietibus & fundamento, ramorum vt cum stipite & radicibus cohærear. Diuelle flagellum à vite, brachium à corpore, ramale à stipite marcessere auulsa & [illegible] cesse est. Extrema fine medio aliquo inter se necti nequeunt, pedes cum capite sine [illegible] dio corpore, radices cum ramis sine stipite, homo cum Deo à quo longissime ab[illegible] Christo, qui Deus & homo est coniungi nequit. Id causæ fuit cur verbum æternum hom[illegible] duceret, vt duo extrema illo medio inter se necterentur. Imo & seipsum Christus D[illegible]nus in Eucharistia hominibus in cibum præbere voluit, vt cum omnibus pie communicanti[illegible]bus se Deus hoc quasi medio vsus naturaliter coniungeret, vt è S. Cypriano su[illegible] Fides ex auditu, ait Paulus. Per verbum Dei quod auribus accipitur, fides di[illegible] beneficio in homines infunditur, quos cum Deo coniungit. Sed illa per fidem [illegible] ta est, & imperfecta nisi à caritate absolutionem [illegible] accipiat. Deus caritas est. Qui [illegible] net in caritate, in Deo manet, & Deus in eo. Qui dicit se nosse Deum, & non custodit mandata eius, est infideli deterior, ait Ioannes. Caritas diffusa est in cordibus [illegible] tum sanctum qui datus est nobis abunde inquit Paulus. Per Sacramenta, maxime per Baptismum in corpus Christi mysticum coalescimus. Per Eucharistiam cum vero & naturali corpore Christi copulamur. Christus per fidem in nobis inhabitat cap. 3. ad Ephes. [illegible] que solam, sed caritate suffultam. Fides autem imperat vt credamus verbo Dei, nec [illegible]rum quæ docet veritate quicquam addubitemus. Hoc voluit Chrysostomus homil. 2. in 2. ad Timotheum, de Eucharistiæ perceptione loquens τὸ πᾶν τῆς πίστεώς ἐστι. Omnia in hoc mysterio pendent à fide, quæ sub specie panis visibilis corpus Christi inuisibile latere, quia [illegible]ra latet, sine vlla dubitatione credit. Debueras locum integrum Chrysostomi ascribere [illegible] hic appono. ἡ προσφορὰ ἡ αὐτή ἐστι κἂν ὁ τυχὼν προσενέγκῃ, κἂν Παῦλος, κἂν Πέτρος· ἡ αὐτή ἐστιν, ἣν τότε ὁ Χριστὸς τοῖς μαθηταῖς ἔδωκε, καὶ ἣν νῦν ἱερεῖς ἐπιτελοῦσιν. οὐδὲν αὕτη [illegible] τί δήποτε; ὅτι καὶ ταύτην οὐκ ἄνθρωποι ἁγιάζουσιν, ἀλλ' αὐτὸς ὁ καὶ ἐκείνην ἁγιάσας [illegible] ῥήματα ἅπερ ὁ Θεὸς ἐφθέγξατο τὰ αὐτά ἐστιν, ἅπερ ὁ ἱερεὺς φθέγγεται, καὶ νῦν οὕτω καὶ ἡ προσφορὰ ἡ αὐτή ἐστι, καὶ τὸ βάπτισμα, ὅπερ ἔδωκεν. οὕτω τὸ πᾶν τῆς πίστεώς ἐστι, καὶ τοῦτο [illegible] σῶμα ἐστι κἀκεῖνο [illegible] ὁ νομίζων τοῦτο ἔλαττον εἶναι ἐκείνου, οὐκ οἶδεν ὅτι καὶ ὁ Χριστὸς, καὶ νῦν [illegible] καὶ νῦν [illegible] Sacrificium idem quicunque illud offerat, siue Paulus, siue Petrus, idem est sacrificium [illegible]d tunc Christus discipulis dedit, & hodie Sacerdotes perficiunt. Nihilominus & infe[illegible] hoc, illo sacrificio. Cur? Quia & hoc non homines sanctificant, sed idem ille [illegible] secrauit. Vt enim verba eadem sunt quibus Christus vsus est, & nunc Sacerdos vtitur, [illegible] nunc oblatio eadem est, idem Baptismus quem dedit. Ita omnia pendent à fide, & hoc idem corpus est cum illo quod à Sacerdote conficitur. Qui putat hoc minus esse illo, nescit [illegible] stum, & nunc præsentem esse, & operari. Audis Christum esse qui operetur in sacrificio Eucharistiæ, & corpus quod consecratione Sacerdotes conficiunt ipsissimum illud esse [illegible]d Christus verbo suo effecit, quia Sacerdos verbis Christi vtitur. Omnia igitur fidei sunt, [illegible] à Christi verbis diuelli nequit, quæ verba Christi, vel potius oracula firmissimè amplectitur, & omnia credit, quæ Christus credenda proposuit. Idem Chrysostomus ad cap. 26. Matth. πειθώμεθα τοίνυν πανταχοῦ τῷ Θεῷ, καὶ μηδὲν ἀντιλέγωμεν, καὶ ἐναντίον εἶναι δοκῇ [illegible] λογισμοῖς, καὶ τῇ ὄψει τὸ λεγόμενον, ἀλλ' ἔστω καὶ λογισμῶν, καὶ ὄψεως κυριώτερος αὐτοῦ ὁ λόγος οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν μυστηρίων ποιῶμεν, οὐ τοῖς κειμένοις μόνον ἐμβλέποντες, ἀλλὰ τὰ ῥήματα αὐτοῦ κατέχοντες· ὁ μὲν γὰρ λόγος αὐτοῦ ἀπαραλόγιστος, ἡ δὲ αἴσθησις ἡμῶν εὐεξαπάτητος [illegible] διάνοιαν, αὕτη δὲ τὰ πλεῖστα σφάλλεται· ἐπεὶ οὖν ὁ λόγος φησι, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ [illegible] καὶ πειθώμεθα, καὶ νοητοῖς αὐτὸ βλέπωμεν ὀφθαλμοῖς. οὐδὲν γὰρ αἰσθητὸν παρέδωκεν ἡμῖν [illegible] ἀλλὰ αἰσθητοῖς μὲν πράγμασι, πάντα δὲ νοητά, &c. Credamus igitur vbique Deo & a[illegible] deatur nobis quod vult, nec ei contradicamus licet videatur esse contrarium [illegible] nationibus, & oculis quod dicitur, sed eius verbum sit potius & antiquius no[illegible] bus, & ipso visu: sic & in mysteriis faciamus, non intuentes tantum ea quæ proposita sunt [illegible] verba eius non complectentes. [illegible] enim verbum decipi [illegible] non potest [illegible] [illegible] facilè decipitur. Verbum Dei nunquam labefactatur, nunquam corruit, [illegible]

postquam ergo lauit pedes eorum accepit vestimenta sua, & cum recubuisset, τὰ ἱμάτια solum pallium Christi intelligo quod diuisum est a militibus, vt tunicatus steterit more ministrantium. Nullas Christo syntheses & cœnatorias vestes fuisse puto praeter pallium & tunicam.

AD CAPVT XXX.

EXERCIT. XVI.

VErba tua sunt hæc. E nominibus sacramenti Eucharistiæ incipiemus ab eo potissimum, quod naturam & finem huius mysterij omnium optime explicat. 1. Cor. 10. τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ χριστοῦ ἐστι· τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν οὐχὶ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ χριστοῦ ἐστι. Calix benedictionis cui benedicimus, nónne communio sanguinis Christi est? Panis quem frangimus nonne participatio corporis Christi est? Significat, inquis, Eucharistiam legitimo modo sumptam instrumentum esse coniunctionis per quam in vnum corpus cum filio Dei Iesu Christo coalescimus, & cũ cæteris etiam omnibus fidelibus qui sunt omnes eiusdem corporis membra. Quid magis admirabile, aut magis stupendum, quàm iungi, atque adeo coalescere in corpus vnum hominem cum Deo, creaturam cum creatore, mortalem cum immortali, finitum cum infinito, cœnum cum cœlo. Hæc verba tua sunt, ad quæ S. Irenæi lib. 1. initio verba mihi sunt vsurpanda dicentis, Hæretici similia loquuntur orthodoxis, dissimilia sentiunt, errores suos nequaquam aperte ostendunt, ne denudati facile agnoscantur, sed quibusdam cooperimentis subdole adornant. Scribis enim Eucharistiam instrumentum esse per quod in vnum corpus cum filio Dei coalescimus, & cum cæteris etiam omnibus fidelibus qui sunt omnes eiusdem corporis Christi membra. Vides de corpore Christi mystico, non de vero, & naturali corpore Christi, quod è purissimo Mariæ virginis sanguine concretum est, te loqui. Atqui sancti patres per Eucharistiam non modò nos cum corpore Christi mystico, verum & naturali, quod vtero B. Mariæ Virginis fusum est, coniungi docent, arctéque defendunt. Ioannes Chrysost. ad cap. 6. B. Ioannis, ἓν σῶμα ἐσμὲν, καὶ μέλη ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ· ἵνα οὖν μὴ μόνον κατ' ἀγάπην τοῦτο γινώμεθα, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα εἰς ἐκείνην ἀνακερασθῶμεν τὴν σάρκα, διὰ τῆς τροφῆς τοῦτο γίνεται ἧς ἐχαρίσατο βουλόμενος ἡμῖν δεῖξαι τὸν πόθον ὃν ἔχει περὶ ἡμᾶς· διὰ τοῦτο ἀνέμιξεν ἑαυτὸν ἡμῖν, καὶ ἀνέφυρε τὸ σῶμα αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς, ἵνα ἕν τι γενώμεθα καθάπερ σῶμα κεφαλῇ συνημμένον· τῶν γὰρ σφόδρα ποθούντων ἐστὶ τοῦτο· τοῦτο γοῦν ὁ Ἰὼβ αἰνιττόμενος ἔλεγε περὶ τῶν οἰκετῶν οἷς ἦν μεθ' ὑπερβολῆς ποθεινὸς, ὅτι τὸν πόθον ἐνδεικνύμενοι ἔλεγον τίς ἂν δῴη ἡμῖν τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἐμπλησθῆναι· διὸ δὴ καὶ ὁ χριστὸς αὐτὸ πεποίηκε, &c. Vnum corpus sumus & membra de carne eius: vt igitur non tantum per charitatem hoc simus, sed ipsa re in illam commisceamur carnem per alimoniam id fit, quam impertitus est, volens nobis ostendere amorem. Quo nos prosequitur. Ideo admiscuit se ipsum nobis, & corpus suum in nos implicuit, vt vnum quiddam cum eo simus, tanquam corpus capiti coniunctum. Id enim est eorum qui plurimum amant. Hoc igitur Iob ænigmatice significans dicebat de famulis suis, quibus eximie carus erat, eos sui desiderium significantes dixisse, quis nobis det vt de carnibus eius impleamur. Quare & Christus id effecit, ad maiorem amicitiam nos adducens, & suum ipsius amorem in nos ostendens, præbensque desiderantibus, vt non solum eum videant, sed etiam tangant, & comedant, & dentes in eius carnem infigant, & cum eo implicentur, & omne desiderium impleant. Qui genuerunt sæpe dant filios suos aliis alendos. Ego non id facio, inquit, sed carnibus meis alo meos. Meipsum vobis appono, omnes vos nobiles esse volens, & bonas vobis de futuris spes præbens. Qui enim hic seipsum vobis dat, quanto magis in futuro dabit? frater vester volui esse, communicaui corpori & sanguini propter vos, rursum vobis ipsam carnem & sanguinem per quæ vobis consanguineus fui, præbeo. Hic sanguis imaginem nobis florentem regis efficit, hic pulchritudinem ineffabilem, hic sanguis non sinit animæ nobilitatem marcescere, tingens ipsam perpetuò, & alens. Sanguis qui fit è cibis non statim sanguis efficitur, sed aliud quid. Hic autẽ sanguis Christi non sic, sed statim animã rigat, & magnũ ei robur ingenerat. Hic sanguis mysticus (id est, qui sub specie vini latet) fugat dæmones, & longe abigit, & angelos ad nos, atque adeo dominum angelorum vocat. Vbi enim Dominicũ sanguinem vident, fugiunt dæmones, accurrunt angeli. Hic sanguis effusus vniuersã terrã lauit. Ex quibus verbis apparet nos vero & naturali corpori, ac sanguini Christi comunicare. Sed eundem patrem audiamus communionẽ illam explicantem ad c. 10. ep. 1. ad Corint. ὅσοι μετέχομεν τοῦ σώματος, ὅσοι τοῦ αἵματος ἀπογευόμεθα, ἐννοεῖτε ὅτι ἐκείνου τοῦ ἄνω καθημένου, τοῦ προσκυνουμένου παρ' ἀγγέλων, τοῦ τῇ ἀκηράτου δυνάμεως ἐγγὺς τε... ἀπογευόμεθα· ἐννοεῖτε, τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν,

rumque fallitur. Quia igitur verbum Dei dicit, hoc est corpus meum, & persuademur, & credimus, & oculis mentis eum intuemur. Nihil enim quod sensu percipiatur nobis tradidit Christus, sed sub signis sensilibus omnia intellectilia quæ mente tantum capi possint. Ita & in baptismo per rem sensilem fit aquæ donum, regeneratio vera, & innouatio, ἀναγέννησις, καὶ ἀνακαίνισις, quæ efficitur, intellectu tantum percipitur. Si enim esses incorporeus, nuda tibi dona incorporea dedisset: quia autem animus cum corpore coniunctus est, sub rebus sensilibus tibi tradit res intellectiles. Quot hodie dicunt, vellem eius formam videre, characterem, figuram, vestes, calceos, ἰδοὺ αὐτὸν ὁρᾷς, αὐτοῦ ἅπτῃ, αὐτὸν ἐσθίεις. καὶ σὺ μὲν ἱμάτια ἐπιθυμεῖς ἰδεῖν, αὐτὸς καὶ ἑαυτόν σοι δίδωσιν οὐκ ἰδεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ φαγεῖν, καὶ ἅψασθαι, καὶ λαβεῖν ἔνδον. Ecce eum vides, eum tangis, eum comedis. Et tu quidem vestes videre cupis, ipse & seipsum tibi dat, non tantum vt videas, sed vt comedas, & intus accipias. Deus bone, quanta caligine obductos esse oportet eos, qui ex verbis adeo claris persuasionem, ac fidem Beati Chrysostomi super veritate corporis Christi in Eucharistia non agnoscunt, qui res significatas pro signis ab eo positas defendunt, cum eam disertè inter signa sensilia, & res intellectiles quæ sub signis sensilibus latentes tanguntur, comeduntur, introrsum accipiuntur, discrimen faciat. Cum ipsum Christi corpus sub signis sensilibus videri, tangi, manducari asseueret, quia Christus dixit, hoc est corpus meum, cuius verba non fallunt, non falluntur, sensus hominum fallunt, falluntur. De mente & fide B. Chrysostomi te nihil addubitare sat scio, mi Casaubone, miror magis, cur ea verba tuis scriptis inseras quibus mens & fides veterum patrum super hoc sacramento tibi ignota esse videatur. Audi iterum eodem loco Sanctum Patrem in hæc verba loquentem, σκοπεῖτε τοίνυν μὴ καὶ αὐτὸς ἔνοχος γένῃ τοῦ σώματος, καὶ τοῦ αἵματος τοῦ χριστοῦ. ἐκεῖνοι κατέσφαξαν τὸ παναγιον σῶμα· σὺ δὲ ῥυπαρᾷ ὑποδέχῃ ψυχῇ μετὰ τοσαύτης εὐεργεσίας. οὐδὲ γὰρ ἤρκεσεν αὐτῷ τὸ γενέσθαι ἄνθρωπον, τὸ ῥαπισθῆναι, καὶ σφαγῆναι, ἀλλὰ καὶ ἀναφύρει ἑαυτὸν ἡμῖν, καὶ οὐ τῇ πίστει μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ πράγματι, σῶμα ἡμᾶς αὐτοῦ κατασκευάζει· τίνος οὖν οὐκ ἔδει καθαρώτερον εἶναι τὸν ταύτης ἀπολαύοντα τῆς θυσίας; ποίας ἡλιακῆς ἀκτῖνος τὴν χεῖρα τὴν διατέμνουσαν ταύτην τὴν σάρκα λαμπροτέραν, τὸ στόμα τὸ πληρούμενον πυρὸς πνευματικοῦ, τὴν γλῶτταν τὴν φοινισσομένην αἵματι φρικωδεστάτῳ. ὅπερ οἱ ἄγγελοι βλέποντες φρίττουσι· τούτῳ ἡμεῖς τρεφόμεθα, τούτῳ ἀναφυρόμεθα, καὶ γεγόναμεν ἡμεῖς χριστοῦ σῶμα, καὶ σὰρξ μία. τίς ποιμὴν τὰ οἰκεῖα μέλεσι τρέφει τὰ πρόβατα; καὶ τί λέγω ποιμήν; μητέρες πολλάκις εἰσί, καὶ μετὰ τὰς ὠδῖνας ἑτέραις ἐκδιδόασι τροφοῖς τὰ παιδία. Vide igitur ne & ipse reus sis corporis & sanguinis Christi. Illud sanctissimum corpus iugularunt Iudæi, tu autem polluta mente & sordidata excipis, post tantum beneficium. Nec enim satis ei fuit hominem factum esse, alapis cæsum, iugulatum, sed etiam immiscet seipsum nobis, non fide tantum, sed & ipsa re nos efficit corpus suum. Quare igitur purior esse non debeat qui tali sacrificio fruitur quo radio solari splendidiorem esse non oportet manum quæ distribuit istam carnem, os quod repletur igne spiritali, linguam quæ purpurascit sanguine maxime terribili, quod angeli videntes tremunt, illo corpore alimur, cum eo commiscemur, & in vnam massam coalescimus, & facti sumus Christi corpus, & vna caro. Quis pastor propriis membris pascit oues suas? Quid dico pastorem? Matres sæpe sunt, & partu solutæ aliis nutricibus dant filios alendos. Ipse autem non id sustinuit, sed ipse nos alit proprio corpore, & per omnia nos sibi implicat & admiscet. Forte dixeris quod vulgus tuatum partium obtrudit, fide nos manducare corpus Christi quæ cælestibus beneficiis accipiendis sola quasi manus hominibus à Deo concessa est: Sed illam tibi exceptionem eripuit Chrysostomus, qui Christum se nobis admiscere, & implicare per Eucharistiam ait, οὐ πίστει μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ πράγματι, non fide tantum, sed ipsa re, vt nos ipsa re corpus suum efficiat. Origines haud paulo antiquior Chrysostomo in Commentariis ad D. Ioannem, panem, inquit, verum carnem suam metaphorice vocat, quia comeditur, cum eam in illo mysterio daturus esset. Item, carnē suam panem vocat, quia in mysteriis comeditur. Ait enim, panis quem ego dabo caro mea est, significans obscure mysticum cibum & potum corporis & sanguinis sui. Cum enim natura sua sit vita, fecit humanam carnem suam viuificam. Auctor antiquissimus qui sub nomine Cypriani circumfertur, libro de cœna Domini, qui vsque hodie veracissimum, & sanctissimum corpus suum creat, & sanctificat, & benedicit, & pie sumentibus diuidit. Create dixit, quod alij Patres è substantia panis substantiam corporis efficere. Non enim è nihilo creatur. D. Ambrosius lib. de Incarnat. c. 4. dixit transfigurare. Nam & si credas à Christo carnem esse susceptam, & offetas transfigurandum corpus altaribus, non distinguas tamen naturam diuinitatis & corporis, transfiguratur corpus, cum panis in corpus Christi transformatur, & conuertitur. Sed manum illam fidei oppones, quam plurimum posse non inficior, cum iustus iustitia & caritate pollens fide per caritatem animata viuat, sed hoc aio, verum Christi corpus in Eucharistia esse non vi fidei, sed vi verborum Christi, quod indicat S. Chrysostomus Homil. de cœna mystica Domini

mini. οὐ γὰρ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ ποιῶν τὰ προκείμενα γενέσθαι σῶμα καὶ αἷμα χριστοῦ, ἀλλὰ αὐτὸς ὁ χριστός, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, φησὶ, τοῦτο τὸ ῥῆμα τὰ προκείμενα μεταρρυθμίζει. Non enim homo est qui facit vt res propositæ fiant corpus & sanguis Christi, sed ipse Christus dixit, hoc est corpus meum; hoc verbum res propositas transformat. Gregorius Nyssenus Catechesin magnam scripsit vt ostenderet, ὅτι ὁ ἁγιαζόμενος ἄρτος εἰς τὸ σῶμα τοῦ θεοῦ μεταποιεῖται. Quod panis sanctificatus per verbum Dei, vt postea loquitur, in corpus Dei transformatur, μεταποιεῖσθαι significat transformari. S. Cyrillus Catech. 18. τὸ γὰρ σῶμα ἐνδυσάμενον τὴν ἀφθαρσίαν μεταποιεῖται, ὥσπερ σίδηρος συμπροσομιλήσας γίνεται πῦρ. Corpus immortalitate vestitum transformatur, vt ferrum in igne fit ignis. Idem Catech. 1. ὥσπερ γὰρ ὁ ἄρτος καὶ οἶνος τῆς εὐχαριστίας πρὸ τῆς ἁγίας ἐπικλήσεως τῆς προσκυνητῆς τριάδος ἄρτος ἦν καὶ οἶνος λιτὸς, ἐπικλήσεως δὲ γενομένης ὁ μὲν ἄρτος γίνεται σῶμα χριστοῦ, καὶ ὁ οἶνος αἷμα χριστοῦ. Sicut enim panis & vinum Eucharistiæ ante sacram inuocationem adorandæ Trinitatis, panis est & vinum nudum, ac simplex, inuocatione facta, panis fit corpus Christi, vinum sanguis Christi Irenæus lib. 5. c. 2. Quando ergo mixtus calix, & fractus panis percipit verbum Dei, fit Eucharistia sanguinis & corporis Christi, ex quibus augetur, & consistit carnis nostræ substantia. Vnde apparet Irenæum existimasse vi verborum, non vi fidei per manducationem fieri Eucharistiam corporis Christi, imo ante manducationem, vbi verba Christi sacerdos protulit vere Eucharistiam corporis & sanguinis Christi esse. Quod disertius alij Patres asseuerant. Gregor. Nyssenus lib. de corpore Christi, καλῶς οὖν καὶ νῦν τῷ λόγῳ τοῦ θεοῦ ἁγιαζόμενον ἄρτον εἰς σῶμα τοῦ θεοῦ λόγου μεταποιεῖσθαι πιστεύομεν. Pulchre nunc verbo Dei sanctificatum panem in corpus Christi verbi transformari credimus. Sed hac de re infra pluribus agemus. Obiicies forte ex Apostolo fidem esse substantiam rerum sperandarum, argumentum non apparentium Heb. 11. Sed ea verba non efficiunt, vt res absens virtute fidei præsens fiat, nisi forte per cogitationem, quomodo amicos absentes oculis animi cogitando sæpe intuemur. Gregor. Nyssenus verba Apostoli interpretatur, ἡ πίστις ὡσαύτως ἔρεισμα τῶν ἐλπιζομένων ἀδηλίας. οὕτω γὰρ καὶ αὐτὴν ὁρίζεται λέγων, ἡ πίστις ὑπόστασίς ἐστι τῶν ἐλπιζομένων, ἔλεγχος &c. Item fides est stabilimentem & firmamentũ obscuritatis rerum sperandarũ: sic enim Paulus eam definiuit. D. Chry. ad c. 11. Heb. ἐπειδὴ γὰρ καὶ τὰ ἐν ἐλπίδι ἀνυπόστατα εἶναι δοκεῖ, ἡ πίστις ὑπόστασιν αὐτοῖς χαρίζεται, μᾶλλον δὲ οὐ χαρίζεται, ἀλλ᾽ αὐτή ἐστιν οὐσία αὐτῶν· οἷον ἡ ἀνάστασις οὐ παραγέγονεν, οὐδὲ ἐστιν ἐν ὑποστάσει, ἀλλ᾽ ἡ ἐλπὶς (lego ἡ πίστις) ὑφίστησιν αὐτὴν ἐν τῇ ὑμετέρᾳ ψυχῇ τοῦτ᾽ ἐστιν ὑπόστασις πραγμάτων. Quoniam quæ sunt in spe nondum subsistunt in seipsis, fides ipsis dat fulcimentum, aut potius ipsa est rerum substantia: vt resurrectio nondum fuit, neque est adhuc in substantia, sed fides substituit eam in nostra mente, hæc est hypostasis rerum. Oecumenius, ἐπειδὴ γὰρ τὰ ἐν ἐλπίσιν ἀνυπόστατά ἐστιν, ὡς ἔτι ὡς μὴ παρόντα, ἡ πίστις οὐσία τις αὐτῶν, καὶ ὑπόστασις γίνεται, εἶναι αὐτὰ καὶ παρεῖναι τρόπον τινὰ παρασκευάζουσα, διὰ τοῦ πιστεύειν εἶναι. Quia quæ sperantur non subsistunt, vt quæ nondum præsentia sint, fides substantia quædam eorum, & firmamentum est, efficiens vt sint, & quodammodo præsentia sint, quia creduntur esse. Sunt igitur quæ sperantur præsentia non in re, sed in mente sperantis, quia eorum imagines menti obuersantur per fidem, quæ futura repræsentat D. Chrysost. ἡ πίστις τοίνυν ἐστὶν ὄψις τῶν ἀδήλων φησὶ, καὶ εἰς τὴν αὐτὴν τοῖς ὁρωμένοις φέρει πληροφορίαν τὰ μὴ ὁρώμενα. οὔτε οὖν ἐν τοῖς ὁρωμένοις ἀπιστῆσαί ἐστιν, οὔτε πάλιν, ἂν μὴ τῶν ὁρωμένων σαφέστερον περὶ τῶν ἀοράτων τις πληροφορῆται τις πίστις εἶναι δύναται. Fides igitur est visio obscurorum, ait, & non minus certa facit ea quæ non viderentur quam quæ videntur. Neque igitur licet dubitare de iis quæ videntur, neque fides esse potest, nisi quis certior sit de veritate eorum quæ non videntur, quam quæ videntur. Hoc ille vult, fidem esse cognitionem, obscuram illam quidem eorum quæ non videntur, cum à Deo reuelata sint, sed longe certiorem quam sit eorum scientia quæ videntur, quia sensus falli possunt, verbum Dei fallere, aut falli nequit. Nonnus de fide dixit,

πίστιος ἀρραγέεσσιν ἐπυργώσαντο θεμέθλοις.

Fidei imperruptis in fundamentis fundati erant, verba tua sunt ibidem, Sacramenta proprius quam verbum gratiam animis nostris admouent, & exhibent aliquanto efficacius. Sunt enim organa illius, & veluti canales, pignora quædam futurorum bonorum, & hoc amplius fidelibus societatem corporis vnius inter se colentibus vsum pręstant tesserarum. Non pessimè de Sacramentis sentis, quæ nostri Theologi organa non mortalia modo, sed & Physica gratiæ efficiendæ esse defendunt. Sacramentum Eucharistiæ quo nobis se Deus apud homines communicat, pignus est futuræ illius beatitudinis, quæ nobis in cœlo Deum fruendum præbebit. Addo tecum & agnosco sacramenta fidelibus societatem corporis vnius inter se colentibus vsum tesseræ militaris præstare. Propria Baptismi operatio est, vt loquitur Beatus Chrysostomus homil. 26. in ep. ad Rom. ἀναγεννήσεως, ἀνακαινήσεως, πάλιν γενέσθαι μεταμορφώσεως,

μετα-

μεταβολαῖς, μεταποιήσεις, qua è vasis iræ vasa gratiæ efficimur, è vilissimis peccati mancipiis in filios Dei adoptamur. Eucharistiæ propria operatio non est, vt vis, manducatio corporis Christi, & potus sanguinis per fidem, sed arctissima coniunctio cum vero & naturali corpore Christi. Manducatio enim est operatio manducantis, non sacramenti Eucharistiæ, quod ante manducationem virtute verborum quæ Sacerdos protulit, verè corpus est Christi, verè sanguis est Christi, cui rei disertissimè veterum patrum scripta vbique fidem astruunt. Sanctus Cyrillus Hierosf. catech. 4. αὐτοῦ οὖν ἀποφηναμένου καὶ εἰπόντος περὶ τοῦ ἄρτου, τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα, τίς τολμήσει ἀμφιβάλλειν λοιπόν, καὶ αὐτοῦ βεβαιωσαμένου καὶ εἰρηκότος, τοῦτό μού ἐστι τὸ αἷμα τίς ἐνδοιάσει ποτὲ λέγων, μὴ αὐτοῦ εἶναι αἷμα. Cùm ergo ipse professus sit, ac dixerit de pane, hoc est corpus meum, quis deinceps audeat de eo dubitare? & cùm ipse affirmauerit & dixerit, hic est sanguis meus, quis dubitabit aliquando dicens, non eius esse sanguinem. B. Augustinus de consecratione d. 2. can. vtrum sub figura, an in veritate hoc mysticum calicis sacramentum fiat. Veritas ait, caro mea verè est cibus, & sanguis meus vere est potus, alioqui quomodo magnum erit, panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita, nisi vera sit caro. Sed quia Christum vorari dentibus fas non est, voluit Dominus hunc panem & vinum in mysterio vere carnem suam, & sanguinẽ suum cõsecratione Spiritus sancti potentialiter creari, & quotidie pro mundi vita mysticè immolari, vt sicut de virgine per Spiritum sanctum vera caro, sine coitu creatur, ita per eundem ex substantia panis mystice idem corpus Christi consecreretur. Mysticè, id est sub specie panis, cuius substantia in verum Christi corpus transiit, cum sola signa & accidentia panis remanserint, vt idem Augustinus docet apud Gratianum eadem distinct. can. hoc est quod dicimus, quod omnibus modis approbare contendimus, sacrificium Ecclesiæ duobus modis consistere, visibili elementorum specie & inuisibili D. N. IesuChristi carne & sanguine, & sacramento, & re sacramenti, id est corpore Christi. Non igitur, vt alibi asseris, à B. Augustino & cæteris patribus res Sacram enti pro Sacramento & signo, corpus Christi & sanguis pro specie elementorum ponuntur, cùm disertissimè Augustinus sacrificium Ecclesiæ ex visibili elementorum specie, & inuisibili Christi carne & sanguine consistere doceat. D. Epiphanius in anchorato p. 492. ἀνέστη ἐν τῷ δείπνῳ, καὶ ἔλαβε τάδε καὶ εὐχαριστήσας εἶπε, τοῦτό μού ἐστι τόδε· καὶ ὁρῶμεν ὅτι οὐκ ἴσον ἐστιν, οὐδὲ ὅμοιον οὐ τῇ ἐνσάρκῳ εἰκόνι, οὐ τῇ ἀοράτῳ θεότητι, οὔτε χαρακτῆρσι τῶν μελῶν. τὸ μὲν γάρ ἐστι στρογγυλοειδές, καὶ ἀναίσθητον, ὡς πρὸς τὴν δύναμιν, καὶ ἠθέλησε χάριτι εἰπεῖν, τοῦτό μού ἐστι τόδε, καὶ οὐδεὶς ἀπιστεῖ τῷ λόγῳ· ὁ γὰρ μὴ πιστεύων εἶναι αὐτὸν ἀληθινὸν, ὡς εἶπεν, ἐκπέπτωκε τῆς χάριτος, καὶ σωτηρίας. Surrexit in cœna, & accepit illa, & postquam gratias egisset, dixit, hoc meum est illud. Et videmus quod non est æquale, neque simile formæ eius corporeæ, aut inuisibili diuinitati. Illud enim est rotundæ ac orbicularis formæ, sensus expers, vt ad potentiam, & voluit per gratiam dicere, hoc meum est illud, & nemo fidem neget eius sermoni. Qui enim negat eum esse veracem, vt dixit, excidit gratia & caritate. Negas, mi Casaubone, Sacramentum corporis Christi aliud esse ipsa re quàm panem, qui panis signum sit corporis Christi, quod per fidem à piè communicantibus manducatur. Audisti tamen B. Epiphanium dicentem, neminem esse, qui fidem neget Christo dicenti, hoc est corpus meum, & si quis non credat veracem esse Christum, in eo quod dixit, hoc est corpus meum, excidere gratia & salute. Vide ne in eorum sis numero, qui gratia & salute excidunt, quia fidem Christo negent, veraciter dicenti, hoc est corpus meum. D Basilius in Asceticis p. 598. ὅσον μείζων χριστὸς ταύρων, τοσούτῳ δεινότερον ἐν μολυσμῷ ψυχῆς ἅψασθαι τοῦ σώματος χριστοῦ ἢ ταύρων. In veteri lege scriptum erat, anima polluta quæ ederit de carnibus sacrificij, morte morietur: quanto Christus maior & dignior est tauris, tanto grauius est anima polluta corpus Christi tangere, quàm taurorum. D. Augustinus lib. 5. de Bapt. contra Donat. cap. 8. sicuti Iudas cui buccellam tradidit Dominus non malum accipiendo, sed malè accipiendo locum in se diabolo præbuit. Sic indignè quisquis sumens Dominicum Sacramentum non efficit, vt quia ipse malus est malum sit, aut quia non ad salutem accipit, nihil acceperit: corpus enim Domini & sanguis Domini nihilominus erat, etiam illis quibus dicebat Apostolus, qui manducat indignè iudicium sibi manducat. Ex his liquido apparet propriam Eucharistiæ operationem non esse manducationem corporis Christi per fidem, sed arctissimam cum vero corpore Christi, quod ex vtero virginis sumptum est, coniunctionem: quia coniunctio illa non tantum fit per gratiam, quæ animæ spiritaliter infunditur, sed quia caro Christi cum carne manducantis verè commiscetur, caro comedentis carne Christi verè alitur, vt in verum & naturale corpus Christi quodammodo coalescat, & immortalitatem ex hac coniunctione consequatur. B. Irenæus lib. 5. Caro sanguine & corpore Christi nutritur, & membrum eius efficitur, quoniam membra sumus corporis eius. Non de spirituali aliquo & inuisibili homine dicens hoc Paulus ad Ephesios, sed de ea dispositione, quæ de calice, qui

T est san

sanguis eius, nutritur, & de pane qui est corpus eius augetur. Gregorius Nyssenus in catechesi magna cap. 37. διὰ τῆς σαρκός, ἧς ἡ σύστασις ἐξ οἴνου καὶ ἄρτου τοῖς σώμασι τῶν πεπιστευκότων κατακιρνάμενος, ὡς αὐτῷ πρὸς τὸ ἀθάνατον ἑνώσει καὶ ἄνθρωπος τῆς ἀφθαρσίας μέτοχος γένοιτο. Christus Dominus per carnem quæ constituitur e pane & vino commistus cum corporibus fidelium, vt ea sibi iungat ad immortalitatem, & homo à corruptione vindicetur. οὕτω καὶ τὸ ἀθάνατον σῶμα ἐν τῷ ἀναλαβόντι αὐτῷ γενόμενον πρὸς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν τὸ πᾶν μεταποιεῖ. Sic & immortale Christi corpus in accipiente existens, omne in se transformat. Item, εἰ γὰρ παντὸς σώματος ἡ ὑπόστασις ἐκ τῆς τροφῆς γίνεται, αὕτη δὲ βρῶσις καὶ πόσις ἐστίν, ἔστι δὲ ἐν μὲν τῇ βρώσει ἄρτος, ἐν δὲ τῇ πόσει ὕδωρ ἐφηδυσμένον τῷ οἴνῳ, ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγος τῇ ἀνθρωπίνῃ συνανεκράθη φύσει, καὶ ἐν τῷ σώματι τῷ ἡμετέρῳ γενόμενος, οὐκ ἄλλην τινὰ παρεκαινοτόμησε τὴν σύστασιν, ἀλλὰ διὰ τῶν συνήθων τε καὶ καταλλήλων ἔσωσε τῷ καθ᾽ ἑαυτὸν σώματι τὴν διαμονήν, βρώσει καὶ πόσει περικρατῶν τὴν ὑπόστασιν· ἡ δὲ βρῶσις ἄρτος ἦν ὥσπερ ἐφ᾽ ἡμῶν, καθὼς ἤδη εἴρηται. ὁ τὸν ἄρτον ἰδών, τρόπον τινὰ τὸ σῶμα ἀνθρώπινον βλέπει, ὅτι ἐν τούτῳ ἐκεῖνος γενόμενος τοῦτο γίνεται· οὕτω κἀκεῖνο τὸ θεοδόχον σῶμα τὴν τροφὴν τοῦ ἄρτου παραδεξάμενον λόγῳ τινὶ ταὐτὸν ἦν ἐκείνῳ, τῆς τροφῆς, καθὼς εἴρηται, πρὸς τὴν τοῦ σώματος φύσιν μεθισταμένης· τὸ γὰρ πάντων ἴδιον καὶ ἐπ᾽ ἐκείνης τῆς σαρκὸς ὡμολογήθη, ὅτι ἄρτῳ τὸ σῶμα κἀκεῖνο διεκρατεῖτο· τὸ δὲ σῶμα τῇ ἐνοικήσει τοῦ Θεοῦ Λόγου πρὸς τὴν θεϊκὴν ἀξίαν μετεποιήθη· καλῶς οὖν καὶ νῦν τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ ἁγιαζόμενον ἄρτον εἰς σῶμα τοῦ Θεοῦ Λόγου μεταποιεῖσθαι πιστεύομεν· καὶ γὰρ ἐκεῖνο τὸ σῶμα ἄρτος τῇ δυνάμει ἦν, ἡγιάσθη δὲ τῇ ἐπισκηνώσει τοῦ Θεοῦ Λόγου τοῦ σκηνώσαντος ἐν τῇ σαρκί. οὐκ οὖν ὁ ἐν ἐκείνῳ τῷ σώματι μεταποιηθεὶς ἄρτος εἰς θείαν μετέβη δύναμιν διὰ τοῦ αὐτοῦ, καὶ νῦν τὸ ἴσον γίνεται. ἐκεῖ τε γὰρ ἡ τοῦ Λόγου χάρις ἅγιον ἐποίει τὸ σῶμα ᾧ ἐκ τοῦ ἄρτου ἡ σύστασις ἦν, καὶ τρόπον τινὰ καὶ αὐτὸς ἄρτος ἦν· ἐνταῦθά τε ὡσαύτως ὁ ἄρτος, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, ἁγιάζεται διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως, οὐ διὰ βρώσεως προϊὼν εἰς τὸ σῶμα γενέσθαι τοῦ Λόγου, ἀλλ᾽ εὐθὺς πρὸς τὸ σῶμα διὰ τοῦ λόγου ποιούμενος, καθὼς εἴρηται ὑπὸ τοῦ Λόγου, ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. Ibidem, πάσης δὲ σαρκὸς καὶ διὰ τοῦ ὑγροῦ τρεφομένης ἐπεὶ ἐν ἡμῖν γενόμενον διὰ τῆς ἀλλοιωτικῆς δυνάμεως ἐξαιματοῦται, καὶ μάλιστά γε εἰ διὰ τοῦ οἴνου λάβοι τὴν δύναμιν πρὸς τὴν εἰς τὸ θερμὸν μεταποίησιν· ἐπεὶ οὖν καὶ τοῦτο τὸ μέρος ἡ θεοδόχος ἐκείνη σὰρξ πρὸς τὴν σύστασιν ἑαυτῆς παρεδέξατο, ὁ δὲ φανερωθεὶς Θεὸς διὰ τοῦτο κατέμιξεν ἑαυτὸν τῇ ἐπικήρῳ φύσει, ἵνα τῇ τῆς θεότητος κοινωνίᾳ συναποθεωθῇ τὸ ἀνθρώπινον· τούτου χάριν πᾶσι τοῖς πεπιστευκόσι τῇ οἰκονομίᾳ τῆς χάριτος ἑαυτὸν ἐνσπείρει διὰ τῆς σαρκός, ἧς ἡ σύστασις ἐξ οἴνου τε καὶ ἄρτου ἐστί, τοῖς σώμασι τῶν πεπιστευκότων κατακιρνάμενος, ὡς αὐτῷ πρὸς τὸ ἀθάνατον ἑνώσει, καὶ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἀφθαρσίας μέτοχος γένοιτο· ταῦτα δὲ δίδωσι τῇ τῆς εὐλογίας δυνάμει πρὸς ἐκεῖνο μεταστοιχειώσας τῶν φαινομένων τὴν φύσιν. Si enim omnis corporis hypostasis fit ex alimento, ipsa hypostasis ipsum corporis stabilimentum est, cibus & potus. In cibo autem est panis, in potu aqua temperata, & mitigata vino. Verbum autem Dei humanæ admixtum est naturæ & in corpore nostro existens non aliam constitutionem innouauit, sed per assueta quæ sibi respondent inuicem corpori suo consistentiam dedit, cibo & potu denunciens stabilimentum, & hypostasin. Esus autem panis erat illi sicut & nobis, vt dictum est: qui videt panem quodammodo videt corpus hominis, quia panis in hominis corpore existens fit ipsum corpus: ita & illud Christi corpus diuinitatis domicilium, panis alimentum accipiens ratione quadam idem erat cum pane, cum alimentum ad naturam corporis transferatur. Quod enim omnibus proprium erat, in illa carne confessum est, quod & corpus Christi pane stabiliretur. Corpus autem ob Deum inhabitantem ad dignitatem deitatis translatū est: pulchrè igitur & nūc panem verbo Dei consecratū in corpus Dei verbi trāsformari credimus. His verbis Gregorius Nyssenus multis laqueis nos exsoluit, quibus imperiti vulgò impediūtur. Nā cur & pane Christus vsus sit ad sacramentū corporis sui, & cur corpus Christi panis interdū vocetur, & cur ex pane fiat corpus Christi dilucide exponit, Panis, inquit, in corpore hominis mutatur in corpus quod alit: panis quem Christus Dominus in cibum sumebat, caro Christi fiebat. Quid mirum igitur si & in mysteriis corpus Christi interdum panis vocetur, & è pane in mysteriis fiat corpus Christi, cùm idem corpus Christi agentis apud homines, pane aleretur, ex pane construeretur, cùm substantia panis in substantiam corporis transiret. Pergit Gregorius Nyssenus: etenim corpus illud Christi Domini, virtute panis erat, qui sanctificatus est ob inhabitantem Deum, in carnem inhabitantis. Igitur panis in illo Christi corpore transformatus in diuinam transiit virtutem, quod gratia verbi corpus illud sanctum efficiebat, cui ex pane constitutio erat, & quodammodo ipsum panis erat. Hic itidem & panis sanctificatur, vt loquitur Apostolus, per verbum Dei & orationem, proceditque vt fiat corpus verbi, non per manducationem, sed statim per verbum Dei a verbo mutatur in corpus, quia dixit, hoc est corpus meum. Obserua, mi Casaubone, panem non fieri corpus per manducationem, aut fidem manducantis, sed per verbum Dei, qui dixit, hoc est corpus meum. Bona tua venia dicam, mihi aliena, nec dicam absurda, visa esse verba tua, quibus propriam operationem Eucharistiæ esse dixisti

mandu

manducationem corporis Christi, & potum sanguinis. Quod vt agnoscas, admonebo, plures in Eucharistiæ sacramento esse operationes. Prima est sacerdotis proferentis verba Christi cuius personam sustinet, altera est Christi Domini per verba quæ instituit, è pane corpus suum efficientis, tertia operatio est Eucharistiæ ipsius, quæ pie communicantes arctissimo vinculo cum vero & naturali corpori Christi coniungit. Qui potius effectus dici debet, quã operatio, cum effectus sit, qui per operationem efficitur. Operatio est via ad effectum, effectus est terminus operationis, vt Aristoteles sæpe in culcat. Manducatio est operatio non Eucharistiæ, sed ipsius manducantis. Sed pergamus porro in verbis Greg. Nysseni, cum, inquit, omnis caro humido alatur, humidum illud in nobis per virtutem alterantem sanguis efficitur, maxime si à vino robur accipiat, vt in caldum transformetur. Quando igitur & hanc humidi partem caro illa à Deo suscepta ad sui constitutionem suscepit, Deus qui apparuit, ideo se miscuit mortali naturæ, vt per communicationem diuinitatis diuina efficeretur hominis natura. Ideo fidelibus per dispensationem gratiæ seipsum per carnem inserit, cuius constitutio est ex pane & vino. Admixtus fidelium corporibus, vt ea sibi ad immortalitatem vniat, & homo à corruptione vindicetur (lego ὡς αὐτῷ πρὸς) hæc autem dat benedictionis virtute, transmutans in se eorum quę apparent naturam. Verba tua sunt, Communionis sacramenti operatio propria non est ipsa coniunctio nostra cum Christo, sed modus inseruiens illi coniunctioni, quem diximus manducationem esse mysticam corporis dominici.

Audio verba tua, sed non capio. Operationem cuiuscunque rei sic exaudiendam à Philosophis didici, qua quæque res ad aliquid agẽdum procedit. Operatio baptismi propria est, vt lauet primum corpus, deinde virtute Dei animam quam à peccato originali expiat. Operatio Eucharistiæ debet esse, qua aliquid in nobis operatur. Communionem autem operatur in pie sumentibus cum corpore Christi vero ac naturali: vnde sequitur propriam Eucharistiæ operationem esse, vt nos cum vero Dei corpore coniungat. Aristoteles discrimẽ statuit inter potestatem, seu virtutem agendi, inter operationem & effectum. Eucharistia virtutem habet operandi, habet operationem, habet effectum. Manducatio illa tua, est quidem modus inseruiens illi coniunctioni, non tamen efficit illam coniunctionem, sed corpus Christi quod est in Eucharistia se nobis per manducationem coniungit. Quod è Gregorio Nysseno satis superque probatum est. Operatio propria Eucharistiæ est, vt nos alat carne Christi, vt nos cum carne Christi coniungat, & carnem nostram immortalitatis participem faciat. Irenæus lib. 5. c. 4. Quomodo dicunt carnem in corruptionem venire, & non percipere vitam, quæ à corpore Domini & sanguine alitur. Cyrillus Alexandr. lib. 8. in Ioan. cap. 13. Quoniam igitur Saluatoris caro verbo Dei quod naturaliter vita est, coniuncta est, viuifica effecta est. Quando eam comedimus, tunc vitam habemus in nobis. Quod si solo tactu eius corpora redintegrantur, quomodo non viuemus qui carnem illam & gustamus & manducamus. Verba tua sunt, Sacramenta pignora quædam sunt futurorum bonorum.

Hanc partem supra leui manu attigi, nec improbaui, quia video te sacramentum non definire, sed vim eius describere. Sacramentum verius dicas, signum esse visibile rei sacræ sanctificantis. D. Bernardum audi serm. de cœna Domini. Sacramentum dicitur sacrum signum, siue sacrum secretum. Multa siquidem fiunt propter se tantum, alia vero propter alia designanda, & ipsa dicuntur signa, & sunt: vt enim de vsualibus sumamus exemplum datur annulus absolute propter annulum, & nulla significatio datur ad inuestiendum de hæreditate aliqua, & signum est, ita vt iam dicere possit qui accipit, annulus non valet quidquam, sed hæreditas est quam quærebam. in hunc itaque modum appropinquans passioni Dominus, de gratia sua inuestire curauit suos, vt inuisibilis gratia signo aliquo visibili præstetur. Ad hæc instituta sunt omnia sacramenta, ad hæc pedum ablutio, ad hæc denique baptismus initium sacramentorum omnium. Vult Bernardus sacramenta esse signa visibilia, quibus inuisibili gratia sua Deus nos vestit & instruit, quemadmodum annulus visibile est signum quo hæreditate aliqua, quæ id temporis in oculos non incurrit, inuestimur. Annulus enim pignus est illius inuestituræ & signum.

Verba tua sunt, Pachimeres eruditus Dionysij Areop. interpres caussam aliam affert, cur Eucharistia communio dicatur, διὰ τὸ τοῖς κοινωνεῖν πάντας τοὺς ἀξίους τῶν μυστηρίων, quia primis temporibus omnes qui digni erant mysteriis, id est, cœnæ Domini communicabant. Melius ipse Dionysius c. 3. Eccles. Hierarch. cum vnius cuiusque sacræ initiationis operatio vitas nostras diuersis vitiis obnoxias, & diuisas ad Deificationem reducat, per quam vni assimilamur, & rerum diuisarum ad vnitatem Deo conuenientem contractione, communionem atque [illegible] nem nobis largiatur cum vno, id est, Deo. Ideo nomina communia τῶν ἄλλων ἱεραρχι[illegible]ῶν, & sacramentis nempe κοινωνία, & σύναξις, de Eucharistia ἰδιαίως ἀπηγορεύθη, pecul[illegible]

pantur, vt ipse vertis. Optime Chrysost. ad verba Pauli, οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς τὸ σῶμα αὐτοῦ ἔδωκεν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ προτέρα τῆς σαρκὸς φύσις ἡ ἀπὸ γῆς διαπλασθεῖσα ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας ἔφθασε νεκρωθῆναι, καὶ ζωῆς ἦν ἔρημος, ἑτέραν ὡς ἂν εἴποι τις μᾶζαν καὶ ζύμην ἐπεισήγαγε τὴν αὐτοῦ σάρκα ζωῆς γέμουσαν, καὶ πᾶσιν ἔδωκεν αὐτῆς μεταλαμβάνειν, ἵνα ταύτῃ τρεφόμενοι, καὶ τὴν προτέραν ἀποθέμενοι τὴν νεκράν, εἰς τὴν ζωὴν τὴν ἀθάνατον διὰ τῆς τραπέζης ἀνακερασθῶμεν ταύτης. Non enim simpliciter corpus suum dedit, sed quoniam prior natura carnis de terra facta per peccatum morte præuenta est, alteram mazam, fermentum aliud introduxit carnem suam vita plenam, cuius communionem omnibus permisit, vt ea carne nutriti, veteri deposita quæ mortua erat, in vitam æternam per hanc mensam ei admisceamur. κοινωνίαν pro ipsa eucharistia communionem posuit Samonas Episcopus Gazæ in Dialogo cum Achmete, μὴ γένοιτο ἡμᾶς εἰπεῖν ἀντίτυπον τοῦ σώματος τοῦ χριστοῦ τὴν ἁγίαν κοινωνίαν, ἢ ψιλὸν ἄρτον, ἢ τύπον ἢ εἰκόνα, ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα καὶ αἷμα ἀληθῶς χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν τεθεωμένον μεταλαμβάνειν. Absit vt dicamus sacram communionem antitypum esse corporis Christi, aut nudum panem, aut typum, aut figuram, sed ipsum nos vere corpus & sanguinem Christi Dei nostri diuinum effectum accipere & participare.

AD CAPVT XXXI. EXERC. XVI.

Obseruas ad verba B. Pauli 1. Cor. 11. conuenientibus vobis in vnum, hoc non est cœnam Domini comedere, ex Ioannis Chrysostomi sententia Paulum vocasse cœnam, quod prandium potius, aut ientaculum vocandum fuit, quia mane Euchatistiam celebrarent, quam sequebantur epulæ communes exercendæ caritatis ergo. Quanquam autem mysteria mane celebrantur, Apostolus tamen cœnam appellat, ἀναμιμνήσκων αὐτοὺς ἤδη τῆς ἑσπέρας, καθ' ἣν τὰ φρικτὰ μυστήρια παρέδωκεν ὁ χριστὸς, ait B. Chrysostomus, remittens eos ad illam vesperam qua Christus Dominus terribilia mysteria instituit, in honorem primæ institutionis, cum ἄριστον, aut ἀκράτισμα, prandium aut ientaculum dicendum esset, quia mane celebraretur. Hesychius libro 2. in Leuit. cap. 8. cœnam appellat. Nisi enim Christus rogatus ore sacerdotum ipse venerit, & cœnam sanctificauerit, & initiauerit ea quæ aguntur, nulla tenus sacrificium Dominicum fiunt. Dionysius Areopagita, τὸ θεῖον δεῖπνον, καὶ ἀρχισύμβολον δεῖπνον, diuinissimam, & sacramenti principem cœnam. Gregorius magnus Homil. 36. Hoc conuiuium Dei non prandium, sed cœna vocatur, quia post prandium cœna restat, post cœnam vero conuiuium nullum restat, & quia æternum Dei conuiuium nobis in extremo præparabitur rectum fuit vt hoc non prandium, sed cœna vocaretur. Tertiam causam affert, quia δεῖπνον maius aliquid est, quam ἄριστον. Prandium enim parce cum suis agitabant, cœnam laute & opipatè cum amicis, vt docet Plutarchus problemate 6. libri 8. Adde quod Paganorum epulæ δεῖπνα dictæ sunt, non ἄριστα, quia lauta & dapsilia. S. Ignatius ep ad Smyrnæos de cœna Domini dixit δοχὴν ἐπιτελεῖν, celebrare cœnam. Tertullianus lib. 3. ad vxorem conuiuium Dominicum. Ambrosius lib. 1. de Abel, conuiuium. Optatus lib. 5. conuiuium cuius totum dominium Dei est. Zeno Veronensis ser. ad Neophytos, hortor vos celebritatis tantæ festa læto celebrare conuiuio, cælesti prandio, honesto, salubri atque perpetuo. Gregorius Nazianz in Christo patiente,

μύσταις ἄριστον προσθεὶς δεῖπνον μέγα.

Initiatis prandium apponens cœnam magnam. Addis ex B. Augustino ad Ianuarium, quosdam mane, alios vesperi communicasse, quod Socrates li. 5. historiæ Ecclesi. merito improbat. Ioannes Chrysostomus epist. ad Acacium sibi crimini datum ait, quod post cibum sumptum communionem dedisset, negat ille, & crimen deprecatur. Id si feci, inquit, ἀποβάλλοι με χριστὸς ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, me Christus regno suo eiciat. Eligius, Ser. 2. vocatur hæc festiuitas cœna Domini, quod hoc die Dominus cœnauerit cum discipulis, eisque sacramentum corporis & sanguinis sui tradiderit, id est, ipsissimum corpus suum & sanguinem, sub signis panis & vini. Quod ita esse, testimoniis patrum quæ a te prætereuntur euincam. B. Chrysostomus de proditione Iudæ, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου τὸ ὑπὲρ πολλῶν κλώμενον, ἴσασιν οἱ μεμυημένοι τὰ λεγόμενα. τοῦτο τὸ αἷμά μου, ὦ Ἰούδα, ὅπερ ἐπώλησας τριάκοντα ἀργυρίων. ὁ χριστὸς δὲ οὐκ ἀπηρνήσατο τοῦτο αὐτὸ τὸ αἷμα τὸ πραθὲν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν δοῦναι τῷ πωλήσαντι. Hoc est corpus meum quod pro multis frangitur, sciunt initiati quæ dicuntur. Hic est sanguis meus, o Iuda, quod 30. denariis vendidisti. Christus autem non recusauit post tantum scelus hunc ipsum sanguinem qui venditus erat, in remissionem peccatorum dare ei qui vendiderat. Auctor Sermonis de cœna Domini, diuites præparatas delitias contemnentes cruci hæremus, sanguinem sugimus, & intra ipsa redemptoris nostri vulnera figimus linguam. B. Chrysostomus in Ioannem ... ὅταν μέλλῃς μεταλαμβάνειν τὸ αἷμα τοῦ χριστοῦ ἐκ τοῦ ποτηρίου, οὕτω πρόσιθι ὡς ἐπ' αὐτῆς πίνων τῆς πλευρᾶς τοῦ χριστοῦ. Cum accedis ad altare, & ex poculo Christi sanguinem sumis, sic existimato, te os tuum ad latus Christi applicuisse, & ex eius latere bibere. Item ... αἷμα,

αἷμα, καὶ ἴσασιν οἱ μυσταγωγούμενοι δι' ὕδατος μὲν ἀναγεννώμενοι, δι' αἵματος δὲ καὶ σαρκὸς τρεφόμενοι, exiuit è latere Christi aqua & sāguis. Id norūt initiati per aquā regenerati, per sanguinē & carnē Christi nutriti: itē, ἐντεῦθεν ἀρχὴν λαμβάνει τὰ μυστήρια· ἵνα ὅταν προσέρχῃ τῷ φρικτῷ ποτηρίῳ, ὡς ἀπ' αὐτῆς πίνων τῆς πλευρᾶς, οὕτω προσίῃς. Initiū sumūt mysteria, vt quādo accedis ad terribilē calicē, sic accedas quasi ex ipso latere bibas. Photius apud Oecumeniū, τί γάρ ἐστι, φησίν, ὁ ἄρτος; δηλονότι σῶμα χριστοῦ· τί δὲ γίνονται οἱ μεταλαμβάνοντες; δηλονότι σῶμα χριστοῦ· μετέχοντες γὰρ τοῦ σώματος τοῦ χριστοῦ, καὶ ἡμεῖς ἐκεῖνο γινόμεθα, ἐπειδὴ εἷς ἄρτος χριστός. Quid est, inquit, panis? Nempe corpus Christi. Quid fiunt cōmunicantes? Corpus scilicet Christi: cū enim participamus corpori Christi, etiam corpus illud efficimur. Quoniā vnus panis Christus. Oecumenius ad c. 11. ep. 1. ad Corint μὴ διακρίνων τὸ σῶμα τοῦ κυρίου τουτέστι, μὴ ἐξετάζων, μηδὲ ἐννοῶν τῶν προκειμένων τὸ μέγεθος· εἰ γὰρ μάθοιμεν τίς ποτε ἐστὶν ὁ προκείμενος, οὐ δεήσομεθα ἑτέρου, ἀλλ' αὐτὸ ἡμᾶς νήφειν παρασκευάσει. Non diiudicans Corpus Domini, hoc est, non expendens, neque cogitans eorum quæ sunt proposita magnitudinem. Si enim cogitaremus quis sit ille qui propositus est, non alio egeremus, sed id nos sobrios efficeret. Item ἔνοχος τοῦ σώματος, καὶ αἵματος, τοῦτο δηλοῖ, ὅτι καθάπερ προέδωκε μὲν αὐτὸν ὁ Ἰούδας, παρῴνησαν δὲ εἰς αὐτὸν Ἰουδαῖοι, οὕτως ἀτιμάζουσιν αὐτὸν οἱ τὸ πανάγιον αὐτοῦ σῶμα χερσὶν ἀκαθάρτοις δεχόμενοι, ὡς Ἰουδαῖοι κρατοῦντες, αὐτὸν τότε, καὶ ἐναγεῖ προσφέροντες στόματι· διὰ δὲ τὸ εἰπεῖν πολλάκις τοῦ σώματος, καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου δηλοῖ, ὅτι οὐκ ἄνθρωπος ψιλὸς ὁ θυόμενος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ κύριος ὁ ποιητὴς πάντων, ὡς δῆθεν διὰ τούτων ἐκφοβῶν αὐτούς, καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου, ὡς αὐτὸς ὁ ἐκχέας αὐτό· οἱ μὲν γὰρ ἐφόνευσαν, αὐτοὶ δὲ τῇ ἀναξιότητι φονεύειν δοκοῦσι. Verba, reus erit corporis & sanguinis, hoc significant, quemadmodum Iudas eum tradidit, Iudæi illuserunt ei, sic eos qui manibus impuris sanctissimum eius corpus accipiant, in eum iniuriosos esse, quales fuere Iudæi, cùm eum tenerent, tales sunt qui ori polluto admouent. Quod autem sæpè repetit voces corporis & sanguinis Domini, ostendit quod non est simplex homo qui sacrificatur, sed ipse Dominus vniuersi huius opifex, per hoc nos terrens reus erit Corporis Domini, vt qui sanguinem effudit. Iudæi enim occiderunt, isto autem indignè manducans occidere videtur. Hieronymus epist. ad Hedibiam, quæst. 2. Nos audiamus panem quem fregit Dominus, deditque Discipulis suis esse corpus Domini Saluatoris, ipso dicente ad eos, accipite & comedite, hoc est Corpus meum, & calicem illum esse de quo iterum loquutus est, bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus noui testamenti. Si ergo panis qui de cœlo descendit corpus est Domini, & vinum quod discipulis dedit sanguis illius est noui testamenti. Ambrosius lib. 4. de Sacram. cap 4. & 5. Antequam consecretur panis est, vbi autem verbum Christi accesserit, corpus Christi est: Omnino, mi Casaubone, aliud sancti Patres de Sacramento corporis Christi senserunt, crediderunt, quàm ipse sentias, credas, aut illi vim Sacramenti huius cognitam non habuerunt, decepti sunt, inducti sunt, aut tu vim sacramenti huius cognitam non habes, deciperis, induceris. Frustra vrges res significatas pro signis positas esse, reuincunt errorem tuum disertissima veterum Patrum verba, qui verissimum Domini corpus in Eucharistia esse, non typum, non figuram, non antitypum, si pro nudo signo accipias, asseuerant. Theophylactus ad cap. 6. Ioannis, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου· τοῦτο ὃ νῦν λαμβάνετε. οὐ γὰρ ἀντίτυπον σώματός ἐστιν ὁ ἄρτος, ἀλλ' εἰς αὐτὸ ἐκεῖνο μεταβάλλεται σῶμα τοῦ χριστοῦ. ὁ κύριος γὰρ λέγει ὁ ἄρτος ὃν ἐγὼ δώσω ἡ σάρξ μου ἐστίν. Ibidem in Mat. 26. εἰπὼν τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα, δεικνύει ὅτι αὐτὸ τὸ σῶμα ἐστὶ τοῦ κυρίου ὁ ἄρτος ἁγιαζόμενος ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ οὐχὶ ἀντίτυπον· οὐ γὰρ εἶπε τοῦτό ἐστι, ἀντίτυπον, ἀλλὰ τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα· ἀρρήτῳ γὰρ ἐνεργείᾳ μεταποιεῖται, κἂν φαίνηται ἡμῖν ἄρτος. Hoc est corpus meum, hoc quod nunc sumitis. Non enim antitypum corporis est panis, sed in illud ipsum mutatur corpus Christi Dominus enim dicit, Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Item, dicens hoc est corpus meum, ostendit panem sanctificatum in altari ipsissimum corpus esse Domini, & non antitypum. Non enim dixit, hoc est antitypum, sed hoc est corpus: ineffabili enim virtute transformatur, licet nobis videatur panis. ἐπεὶ γὰρ ἀσθενεῖς ἐσμέν, καὶ οὐκ ἂν ἐδεξάμεθα κρέας ἐσθίειν ὠμόν, καὶ ἀνθρώπου σάρκα, διὰ τοῦτο ἄρτος μὲν φαίνεται, σὰρξ δὲ τῷ ὄντι ἐστί. Quia enim imbecilli sumus, & non sustineremus carnem crudam comedere, & hominis carnem, ideo nobis videtur panis cùm reuera caro sit. Ioannes Chrysostomus ad cap. 6. Ioan. τί δέ ἐστι τὸ ἀληθής ἐστι βρῶσις, καὶ ἀληθής ἐστι πόμα; ἢ τοῦτο βούλεται εἰπεῖν, ὅτι ἀληθὴς βρῶσις αὐτή ἐστιν ἡ τὴν ψυχὴν σώζουσα, ἢ πιστώσασθαι αὐτοὺς περὶ τῶν εἰρημένων, ὥστε μὴ νομίζειν αἴνιγμα εἶναι τὸ λεγόμενον, καὶ παραβολήν, ἀλλ' εἰδέναι ὅτι πάντως δεῖ φαγεῖν τὸ σῶμα. εἶτά φησιν, ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα ἐν ἐμοὶ μένει· τοῦτο δὲ ἔλεγε δηλῶν ὅτι ἐν αὐτῷ ἀνακιρνᾶται. Quid est hoc, verus est cibus, verus est potus. An hoc vult dicere, quod verus est cibus qui animam seruat, aut fidem eis astruere de iis quæ dixerat, & ea confirmare, vt non putarent ænigma esse quod dixerat, & parabolam, sed nosse omnino comedendum esse corpus eius. Deinde ait, qui manducat carnem meam in me manet. Hoc autē dicebat quod in ipso cōmiscetur. Obiicies fortè vetustiores patres non tam disertè de Christi Domini corpore & sanguine loquutos, vt in Eucharistia sumitur. Respōdebo, eos prophanis mysteria vulgare noluisse, disertissimè tamen sæpissimè loquutos. Tertul.

lib. de Idololat. Adlegantur in ordinem ecclesiasticum artifices idolorum. Pro scelus! Semel Iudæi Christo manus intulerunt, isti quotidie corpus eius lacessunt. ô m[illegible]us præcide[illegible]dæ: Viderint iam an per similitudinem dictum sit, si te manus tua scandalizat, amputa eam. Quæ magis amputandæ manus, quã in quibus Domini corpus scandal[illegible]tur. Iustinus in Tryphonem, c.13.p.162. οἱ διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος· οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον, οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν, ἀλλ' ὃν τρόπον διὰ λόγου θεοῦ σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, καὶ σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν. οὕτω καὶ τὴν δι' εὐχῆς τῆς παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφήν, ἐξ ἧς αἷμα καὶ σάρξ κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ καὶ σάρκα καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι. Diaconi dãt vnicuiq; adstantiũ cõmunionẽ panis & vini, & aquę super quibus gratiæ actæ sint. Non enim vt cõmunem panẽ, neque vt cõmune poculum ista accipimus, sed sicuti per verbũ Dei incarnatus Iesus Christus seruator noster carnẽ & sanguinẽ pro nostra salute habuit. Ita & per orationem verbi, alimentũ ex quo sanguis & caro nostra per mutationem est ab eo benedictum, illius Iesu qui incarnatus est carnem & sanguinẽ [illegible] didicimus: vt huic meletæ clausulã imponã, agnosco tecũ Eucharistiæ sacramentũ à patribus cœnã Domini appellatũ, ostẽdi Hesychium dixisse à Christo cœnã sanctificari, vt dominicũ sacrifi[illegible]u fieret. Non is sum qui ea quæ scripturæ & veterũ patrũ auctoritate probantur improbare velim.

AD CAPVT XXXII. EXERC. XVI.

ACerbior es in Ioan. Maldonatum, virũ nõ modo acerrimi ingenij quod agnoscis, [illegible]d quod negas, doctissimũ Theologum, omnium litterarũ peritissimum quem à Beza, & alijs nonnulla mutuatum esse non inficias eo; imo laudi duco quod è multis malis pauca bona [illegible] gerit: verum vt ad scripta tua redeam, ad numerum 32. multa habes probæ notæ, quæ quia omnibus nota esse rei Christianæ interest, hoc loco ascribere non grauabor. Scribis B. Chrysostom[illegible]m ad c.11.ep.1. ad Cor. κυριακὸν δεῖπνον interpretari τὸ διακονικόν, τὸ τοῦ διακόνου. Photium ibidem. οὐκ εὐθὺς εἰς τὸν περὶ τοῦ κυριακοῦ δείπνου λόγον εἰσῆλθεν, ἀλλὰ ἄνωθεν ἐκκόπτει τὸ κακόν. Non statim ad sermonẽ de Domini cœna venit, sed longius rem arcessit, & ab alto malum rescindit. Theodor. ibidem, κυριακὸν δεῖπνον τὸ δεσποτικὸν καλεῖ μυστήριον, Domini cœnam vocat, Domini mysterium. Ioannes Chrys. ser. ad scandalum passos, ὁ τραπέζης κοινωνήσας μυστικῆς, ὁ δείπνου μετέχων φρικωδεστάτου. Qui cõmunicauit mensæ mysticæ, qui cœnæ participes factus est maxime terribilis vel[illegible], mi Casaubone, vim sentires horũ verborum, agnosceres vtique in vestra illa cœna quã vocat[illegible] nihil esse terribile, in qua merũ & simplicem panẽ figurã corporis Christi esse dicaris. Ioan. Chrys. tremere ait Angelos cũ celebrationi mysteriorum assistunt, & præsentem Christum revereri, v[illegible]s in pane nudo hæretis, nullam Christi realem præsentiam agnoscitis, fidei manum a[illegible]ocatis, quæ frustra fugientia & absentia prehendere conatur. Me miseret ac tædet vestrarum opinationum, ita sunt absurdæ, & à mente scripturæ, atque adeo veterũ patrũ alienæ. Chrys[illegible]stom[illegible] audi hom. de Ecclesia, οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἀντοφθαλμῆσαι τῇ ἱερᾷ ταύτῃ καὶ πνευματικῇ τραπέζῃ, ἐφ' ᾗ ὁ Χριστὸς ἡμῖν μυστικῶς πρόκειται εἰς θυσίαν. Non sum dignus irretortis oculis intueri in tantum altare spiri[illegible]le, [illegible]n quo Christus mihi mystice propositus ad sacrificium. Ibidem, πυρὸς αὕτη γέμει ἡ τράπεζα. Igne referta est hæc mensa, Si nudus ac simplex panis est, quis ille in sacra mensa ignis est. Deus noster [illegible], comburens, ait Propheta. D. Augustinus ep. 120. c. 27. & ipsi adducti sunt ad me[illegible]am Chr[illegible], & accipiũt de corpore & sanguine eius. Chrysostom. hom. 24. in 1. ad Cor. ἐνταῦθα δὲ [illegible] πολὺ φρικωδεστέραν, καὶ μεγαλοπρεπεστέραν τὴν ἱερουργίαν κατεσκεύασε, καὶ ἀντὶ τῆς ἀλόγων σφαγῆς ἑαυτὸν προσφέρειν κελεύσας. Hic longe terribilius, & magnificentius sacrificium instituit, & pro brutorũ mactatione seipsum offerre iussit. B. Athanasius εἰς τὸ βασίλειον ἱεράτευμα. Μελχισεδέκ τις βασιλεὺς Σαλήμ, ὅπερ ἐστὶ τοῦτ' εἰρήνη, τύπος Χριστοῦ γενόμενος, οὐ μόνον ὡς ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ, ἀλλὰ καὶ ὡς ὁ αὐτὸς [illegible]ασιλεύς τε καὶ ἱερεὺς ὤν, καὶ τὴν ἀναίμακτον θυσίαν τυπῶν διὰ τοῦ ἄρτου καὶ οἴνου, καὶ οὕτως γοῦν τὸ βασίλειον καὶ [illegible] ἱεράτευμα κατὰ δὲ τὴν νῦν πολιτείαν αὐτὸς ὁ Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς ἡμῶν Μελχισεδέκ, ὡς ἐπ' ἀληθείας ἀπάτωρ, καὶ ἀμήτωρ, τὸ μὲν τὸ πρότερον, τὸ δὲ τὸ δεύτερον, καὶ ἄρχων εἰρήνης, βασιλεὺς μὲν ὡς θεός, καὶ ἱερεὺς δὲ ὡς ἑαυτοῦ θύτης τε καὶ [illegible], ἀ-γαγὼν. ὁ γὰρ αὐτὸς καὶ ἱερεὺς καὶ ἱερεῖον. Melchisedech quidam Rex Salem, quæ vox pacem significat, figura Christi, non solum vt sine patre & matre, sed & ipse faciens ea quę regum erant & sacerdotũ, & incruentum sacrificium præfigurans per vinum & panẽ. Iste regnum ostendit sacerdotium: in religione autem Christi quæ nunc viget, ipse Christus verus nobis Melchisedech, vt reuera sine matre quã filius Dei æternus, sine patre deinde quã filius Mariæ, Rex pacis. Rex vt Deus, sacerdos, vt qui seipsum immolarit & ad sacrificium produxerit. Ipse enim est & sacerdos & victima. Animaduertis opinor ea verba non de sacrificio crucis cruẽto exaudiẽda, sed de sacrificio corporis Christi quod in cęna sua Dominus peregit: terribilia mysteria vocat sępe Chrys. vt & ipse notas, & infra ostendã. Sed redeo ad tua verba. Greg. Naz. inquis 2. orat. δεῖπνον λαμπρὸν εὐαγγελικόν. Cœnã splẽdidã euãgel. quæ verba de mysterijs exaudiẽda nõ esse, rec[illegible] sentio. Maximus ad Dionys. Areo. σημειῶσαι ὅτι ἀρχισύμβολον ἔφη τὸ μυστικὸν τοῦ κυριακοῦ δείπνου [illegible] θεῖον μυστήριον. [illegible]cl[illegible]

exp[illegible]cas

explicaſſes cur ἀρχισύμβολον δεῖπνον appellet. Pachymeres ἀρχισύμβολον λέγει, οἱονεὶ ἀρχικοινωνικόν. σύμβολον γὰρ ὁ ἔρανος, καὶ ὁ ἑστιῶν ἐπὶ κοινοῖς οἰκονομία ὅπερ δεῖπνον λέγεται· ὡς ὁ καὶ συμβόλαιον τὸ διδόμενον, καὶ ἀσύμβολος ὁ ἀσυντελὴς καθ' ὃ καὶ αὐτὸς ὁ τὸ σύμβολον δημιουργὸς, ἤγουν δηλαδὴ τὸ κοινωνίας, ἢ τὸ συμβάλλεσθαι ὧν ἂν ὁ τοῦτο ἐστὶν ἂν εἴη τὸ συμβαλλόμενον ἐπὶ δημιούργημα. Archiſymbolā cœnam vocat quæ principem ac primariam communionem habeat. Symbolum enim eſt collatio & quod è ſymbola & collecta quam quiſque confert in commune diſpenſatur, cœna dicitur. Vnde & ſymbolum dicitur quod datur, & aſymbolos inutilis, qui nihil confert. Quare & Deus opifex eſt & auctor ſymbolorum, ſeu communionis, aut eorum quæ conferuntur in commune. Si quid enim eſt quod confertur opus Dei eſt. Malim archiſymbulum δεῖπνον dici, in quo ſint primaria & digniſſima ſymbola, ſigna, ſeu ſacramenta. Deinde Pachymeres inter myſticum panem, myſticum ſanguinem, & inter myſteria differentiam ſtatuit: Ait Iudam myſtici panis, myſtici calicis participem factum. Cum autem Iudas exiuiſſet, ſolis Apoſtolis myſteria Chriſtum dediſſe, quibus erat indignus Iudas. ἀποκληροῖ, καὶ ἀποχωρίζει ἐλαβεν διηγούμενος τὸ οὐκ ὅπως συνδειπνήσας τῷ μύστῃ καὶ αὐτῷ γὰρ τοῦ μυστικοῦ ἄρτου, καὶ τοῦ ποτηρίου μετέσχε, τῶν μυστηρίων μόνοις τοῖς μαθηταῖς μετὰ τὴν ἐξέλευσιν ἐκείνου ἐκ τοῦ δείπνου παραδοθέντων ὡς ἀναξίου τούτων ὄντος τοῦ ἰούδα. Poſtea ſubdit Pachymeres excluſum myſteriis Iudam, quia non ſatis eſt corpore communicare vt perfecta ſit communio, niſi animus per fidem & veram cognitionem bellè comparatus ſit. οὐκ αὐτάρκως τὸ σωματικῶς μόνον συμπαρεῖναι, καὶ συνδειπνεῖν. οὐ γὰρ ἐστι τοῦτο πρὸς τὸ κοινωνίας ὅμοιον, ἀλλὰ τὸ κατὰ διάνοιαν συνεῖναι· ἡ γὰρ καθ' ἕξιν εἰσιὼ κατ' ἐπίγνωσιν ἀληθῆ προσέλευσις, τουτέστι τὸ διακεῖσθαι οὕτως ἔχειν, καὶ κατὰ τὴν διάνοιαν διὰ πίστεως εἰσιέναι τῇ ἀληθινῇ κοινωνίᾳ ἱεροῖς. Omnino Pachymeres hoc vult, eos qui peccatis onuſti Euchariſtiam ſumant corpore tantum communicate, non ſpiritu, quia ſpiritalem gratiam non conſequantur, imo rei ſint corporis & ſanguinis Chriſti, vt loquitur Paulus: pios autem & benè in Deum affectos non tantum corpore, ſed etiam ſpiritu Euchariſtiam ſumere & gratiam Dei conſequi. Negat tamen ille Iudam myſteriis communicaſſe, & inter panem myſticum, ac myſteria diſcrimen ſtatuit, quod veteres patres non faciunt. Idem Pachymeres in Euchariſtia præſentem Chriſtum agnoſcit, & incruentum id ſacrificium vocat. Ad hæc enim verba Dionyſii, ἀλλ' ὦ θειοτάτη καὶ ἱερὰ τελετή, ſubiungit. ὡς ἐμψύχῳ γὰρ αὐτῇ διαλεγεται, καὶ εἰκότως, καθὼς καὶ ὁ θεόλογος μέγας γρηγόριος, ἀλλ' ὦ πάσχα τὸ μέγα καὶ ἱερὸν. τὸ ἡμέτερον γὰρ πάσχα καὶ ἡ τοιαύτη ἱερὰ τελετή, αὐτός ἐστι ὁ κύριος ἡμῶν ἰησοῦς χριστὸς πρὸς ὃν ποιεῖται τὸν λόγον ὁ ἅγιος, ἵνα ἀποκαλύψῃ τὰ ἀμφίεσμα καὶ ἀποπληρώσῃ τοῦ ἑνιαίου φωτός. Sed ô maxime diuina & ſacra telete, ſeu myſterium. Alloquitur teleten ipſam vt animatam & meritò, quemadmodum & Theologus Gregorius magnus dixit. Sed ô Paſcha magnum & ſacrum. Noſtrum enim eſt Paſcha, & talis ſacra telete, ipſe eſt Dominus Ieſus Chriſtus, ad quem orationem conuertit ſanctus Dionyſius, vt reuelet indumenta, & ſacerdotem operantem vnitiuo ac coniungenti lumine repleat. Sentit tecum Pachymeres Iudam non communicaſſe corpori Chriſti, quod à Maximo Scholiaſte Dionyſii mutuatus eſt. Contra veteres Patres docent. B. Auguſtinus lib. 5. contra Donat. c. 8 cuius verba ſupra recitaui, diſertè docet Iudam Chriſti corpus edendum accepiſſe. Cyprianus de cœna Domini. Vbi ſacrum cibum mens perfida tetigit, & in ſceleratum os panis ſanctificatus intrauit. I. Chryſoſtomus in myſticum δεῖπνον καὶ παρῆν καὶ ἰούδας τοῦτ' λέγοντος τοῦ κυρίου· τοῦτό ἐστι τὸ αἷμα, ὦ ἰούδα, ὅπερ ἐπώλησας τριάκοντα ἀργυρίων· τοῦτ' ἐστι τὸ αἷμα ὑπὲρ οὗ πρώην τὰς ἀναιδῆ σύμφωνα ἐποίεις πρὸς τοὺς ἀγνώμονας Φαρισαίους &c. ὁ δεσπότης ἐσφάζετο, καὶ ὁ δοῦλος ἐπιπάσχει. ὁ μὲν γὰρ ἐπώλησεν αὐτὸν λαβὼν τριάκοντα ἀργύρια, ὁ δὲ χριστὸς λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν τὸ ἴδιον αἷμα ἐξέχεεν καὶ πεπρακότι δέδωκε. καὶ γὰρ παρῆν καὶ ἰούδας πρὸς τῆς προδοσίας, καὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης μετεῖχε, καὶ τοῦ μυστικοῦ δείπνου ἀπέλαυσε. Et Iudas aderat Domino ita dicente. Hic eſt ſanguis, ô Iuda, quem vendidiſti 30. denariis. Hic eſt ſanguis pro quo paulo ante impudens pactū feciſti cum improbis Phariſæis. Dominus alebat, ſeruus Dominum vendebat. Hic vendidit ipſum acceptis 30. denariis, Chriſtus redemptionis pretium ſanguinem proprium effudit, & ei qui vendiderat dedit. Etenim aderat Iudas, & particeps fuit ſacræ menſæ, & myſticæ cœnæ. Auguſtinus ad Pſal. 10. ſcribit Chriſtum Dominum primam Euchariſtiam manu ſua confectam, & ore ſuo commendatam dediſſe Iudæ. Theod ad hæc verba. Reus erit corporis & c. τοῦτ' δηλοῖ, ὅτι καθάπερ παρέδωκε μὲν αὐτὸν ἰούδας ἐπαρῴνησαν δὲ εἰς αὐτὸν ἰουδαῖοι, οὕτως ἀτιμάζουσιν αὐτὸν οἱ τὸ πανάγιον αὐτοῦ σῶμα χερσὶν ἀκαθάρτοις δεχόμενοι, καὶ ἐναγεῖ προσφέροντες στόματι. Hoc ſignificat, quemadmodum Iudas eum prodidit, & Iudæi in eum fuere contumelioſi, ita eum dedecorare illos, & iniurioſos eſſe, qui ſanctiſſimum eius corpus manibus impuris excipiunt, & polluto corpori admouent. Chryſoſtomus ad hæc verba Pauli, voluntariè peccantibus, ὅταν γὰρ αὐτοῦ μετέχων τοῖς μυστηρίοις ἁμαρτίαν ἐργάσηται, οὐχὶ κατεπάτησεν αὐτόν. ἀκούσωμεν οἱ ἀναξίως τῇ τραπέζῃ προσιόντες ἐκείνῃ, μὴ δότε τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μήποτε καταπατήσωσιν. Cum enim qui myſteriis eius communicat, peccatum fecerit, an non eum conculcauit. Audiamus qui indignè ad hanc menſam accedimus, nolite date ſancta canibus ne forte conculcent ea pedibus ſuis, τοῖς ποσὶν αὐτῶν.

Oecume

Oecumenius ad id, quanto putatis eum grauiora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem eius pollutum duxerit. πῶς δὲ τις καταπατεῖ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ; ὅταν αὐτοῦ μεταλαβὼν, ἁμαρτίας ἐργάσηται. Quomodo quis conculcat filium Dei? quando eius corpori communicans peccat. Chrysostomus ad 26. Matthæi. ἐὰν βασιλεὺς ἀναξίως προσίῃ μείζονα δεσπότην ἔχεις. μὴ ξίφος δὸς αὐτῷ τροφῆς. τῆς ψυχῆς ἀποστερήσομαι πρότερον, ἢ τοῦ αἵματος μεταδώσω τοῦ δεσποτικοῦ παρ' ἀξίαν. Si Rex indigne accedit maiorem Dominum habes, ne des ensem pro alimento. vita cedam potius, quàm dem sanguinem Domini indignis. Item reus erit corporis & sanguinis Domini, τίσει τὴν αὐτὴν δώσει δίκην, ὅσην ὑπομενοῦσι τιμωρίαν οἱ σταυρώσαντες τὸν χριστόν. &c. διέρρηξαν μὲν γὰρ αὐτὸ οἱ ἰουδαῖοι τοῦ σταυροῦ, μολύνει δὲ καὶ ὁ ἀκαθάρτῳ δεχόμενος αὐτὸ τῇ ψυχῇ. Hoc est, easdem dabit pœnas quantas sustinuerunt qui crucifixerunt Christum. Illud corpus disrupere Iudæi in cruce, polluit autẽ qui impura anima corpus illud suscipit. Idẽ ad hęc verba, vidi Dominũ, ὥσπερ γὰρ οἱ κεντήσαντες τὸ σῶμα οὐχ ἵνα πίωσιν ἐκέντησαν, οὕτω καὶ ὁ ἀναξίως μετιὼν, καὶ μηδὲν ἐσεῦξαν καρπούμενος. Vt enim qui latera eius foderunt, non vt biberent sanguinem eius foderunt, ita & qui accedit indignus, nullũ ex eo fructũ capit. Theod. li. περὶ τῶν ἀπόρων τῆς ἁγίας γραφῆς· καὶ οὐ μόνον τοῖς ἕνδεκα ἀποστόλοις ἀλλὰ καὶ τῷ προδότῃ τοῦ τιμίου μετέδωκε σώματός τε καὶ αἵματος. Inde dubiis sacrę scripturæ. Et non solum vndecim Apostolis, verum & proditori dedit corpus & sanguinem suum. Non video, cur Maximus Scholiastes Dionysij statuat discrimen inter mysteria & mysticum panem, quod veteres Patres non agnoscunt. Augustinus lib. 20. contra Faust. c. 13. Noster panis & calix certa consecratione mysticus fit, non nascitur. Chrysostomus homil. de Mystica cœna περὶ τοῦ μυστικοῦ δείπνου, Iudam indigne mysticæ cœnæ participasse ait. καὶ γὰρ τότε ὁ ἰουδας ἀναξίως μετέσχε τοῦ μυστικοῦ δείπνου, καὶ ἐξελθὼν παρέδωκε τὸν κύριον ἵνα μάθῃς, ὅτι τοῖς ἀναξίως μετέχουσι τῶν μυστηρίων τούτοις μάλιστα ἐπιπηδᾷ συνεχῶς ὁ διάβολος. Etenim tunc Iudas indigne participauit cœnæ mysticæ & exiens tradidit Dominum, vt discas quod diabolus in eos continuo inuadit qui indigne participant mysteriis· sed de hoc argumento infra pluribus. Deinde profers verba D. Hieronymi ad cap. 11. epistol. 1. ad Corinth. cœna ideo dicitur, quia Dominus in cœna tradidit sacramenta. Animaduerto veteres Patres Eucharistiam interdum vocare sacramenta κατ' ἐξοχὴν, vt Græci mysteria, interdum sacramentum corporis Christi, vel sacramentum carnis. Augustinus lib. 3. de Trinitate cap. 10. Infantes licet nunquam illam speciem rerum videant, nisi inter celebrationes sacramentorum, cum offertur & datur, diciturque illis auctoritate grauissima, cuius corpus & sanguis sit, nihil aliud credent, nisi omnino in illa specie Dominum apparuisse oculis mortalium. Auctoritatem grauissimam esse ait, qua docentur corpus & sanguinem esse Christi. Celebrationem sacramentorum pro celebratione sacrificij incruenti posuit, Sacramentum illud vocat immolationem carnis, quæ sacerdotis manibus fit. Augustin. dist. 2. can. sicut ergo cælestis panis, quia Christi caro est, suo modo vocatur corpus Christi, cum reuera sit sacramentum corporis Christi, illius videlicet quod visibile, quod palpabile, mortale in cruce, positum est, vocaturque ipsa immolatio carnis, quæ sacerdotis manibus fit Christi passio, mors, crucifixio, non rei veritate, sed significante mysterio ep. 23. ad Bonifac. Quia per sacrificium Eucharistiæ memoriam crucis Christi reuocamus. Idem lib. 20. cap. 18. contra Faustum, Christiani iam peracti sacrificij memoriam celebrant sacrosancta oblatione, & participatione corporis Christi. Idem sacramentum ponit pro solis signis lib. 21. de Ciuitate c. 25. quia non in solo, inquiunt, sacramento, sed reipsa manducauerunt corpus Christi. Hilar. lib. 8. de Trinitate. Ipse enim ait, caro mea vere est esca, & sanguis meus vere est potus &c. De veritate carnis & sanguinis non relictus est ambigendi locus. Nunc enim & ipsius Domini professio & fide nostra vere est caro, & vere sanguis est. Et hæc accepta atque hausta id efficiunt, vt & nos in Christo, & Christus in nobis sit, &c. Est ergo in nobis per carnem, & sumus in eo, dum secundum hoc quod nos sumus in Deo est. Quod autem in eo per sacramentum communicatæ carnis & sanguinis simus, ipse testatur, &c. Quod autem in nobis naturalis hæc vnitas sit ipse testatus est; Qui edit carnem meam, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo. Ibidem arguit hæreticos, qui nos cum Deo voluntate tantum religionis vnitos esse aiebant, tanquam nulla per sacramentum carnis & sanguinis naturalis communionis proprietas indulgeatur. Cum & per honorem nobis datum Dei filij, & permanentem in nobis carnaliter filium, & in eo nobis corporaliter & inseparabiliter vnitis, mysterium vere ac naturalis vnitatis sit prædicandum. Eusebius Emissenus Christi sacramentum vocat, sicut Hilarius sacramentum carnis & sanguinis, sacramentum communicatæ carnis & sanguinis. Emisseni verba Dominica 2. post Epiphan. Quando vero ad Christi sacramentum accedimus &c. Quid aliud [illegible] nostrum, nisi Non sum dignus vt intres sub tectum, non sum dignus vt corpus & [illegible] tuum susciperem in ore meo. Idem panis & vini sacramentum vocat Dominica in ram[illegible]

Et sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech, panem & vinũ virtute ineffabili in sui corporis & sanguinis substantiam conuertit. Sicut enim tunc & viuebat & loquebatur & tunc a discipulis comedebatur, bibebatur. Ita & modo integer & incorruptus manet, & à fidelibus suis in panis & vini sacramento quotidie bibitur & manducatur. Nisi enim panis & vinum in eius carnem & sanguinem verterẽtur, nunquã ipse corporaliter mãducaretur. Agnosce, doctissime Casaubone, rem significatã in his verbis pro signo non poni, agnosce cum substãtia panis in corpus Christi versa sit, solas species, sola, vt loquuntur, accidẽtia, sola signa panis & vini remanere, sub quibus sit verissimũ Christi corpus. Sed Patres audiamus quos recitas. August. ep. 118. Apostolus alibi dicit, cõuenientibus vobis, &c. Hanc ipsam acceptionem Eucharistiæ, Dominicam cœnam vocans. Innocẽtius III. lib. 4. de myster. missæ c. 12. Quæri solet quale corpus suũ Christus dedit in cœna, mortale, an immortale, passibile, an impassibile. Bene probas aduersus Doctis. Maldonatũ cœnam Domini pro Eucharistia sumi. Allucinatus ille est in re leuissima, tu in re longe maxima, quæ me sæpe cogit discedere ab instituto tuo, vt in meo persequerẽ. Hoc enim institutum meum est, hæc mens, vt opinationem tuam de sacramento Eucharistiæ falsissimam esse auctoritate patrum euincam. Ad Innocẽtij igitur verba quæ profers, Christi corpus hodie in Eucharistia immortale, impassibile esse defendo: quanquam Christus Apostolis suis passibile corpus dedit, sed impassibili modo. Nicetas lib. 3. de gestis Alexij, ζητήσεως γὰρ οὔσης, εἰ τὸ μεταλαμβανόμενον ἅγιον σῶμα χριστοῦ ἄφθαρτόν ἐστιν, ὁποῖον μετὰ τὸ πάθος, καὶ τὴν ἀνάστασιν, εἴτε μὴν φθαρτὸν ὡς πρὸ τοῦ πάθους, οἱ μὲν ἔλεγον ἄφθαρτον, καὶ ὡς ὁ μετέχων δέξεται, ἐκεῖνον εἰς δέχεται ὅλον τὸ παθὸν τοῦ θωμᾶ ψηλαφηθέντα. Cùm quæstio incidisset, an sanctum corpus Domini, quod in Eucharistia sumitur, immortale esset, quale post passionem & resurrectionem, an verò mortale, vt ante passionem alij dicebant a corruptione liberũ. & vt quis particulam sumpserit, totum sumpsisse eum qui à Thoma contrectatus sit: qui mouerant hanc quæstionem de vera præsentia corporis Christi nihil addubitabant. Gregor. Nyssenus in magna catechesi, σκοπῆσαι προσήκει πῶς ἐγένετο δυνατὸν τὸ ἓν ἐκεῖνο σῶμα ταῖς τοσαύταις τῶν πιστῶν μυριάσι κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην εἰσαεὶ καταμεριζόμενον ὅλον ἑκάστῳ διὰ τοῦ μέρους γίνεσθαι, καὶ αὐτὸ μένειν ἐφ' ἑαυτοῦ ὅλον. Attendere oportet, quî fieri potuit, vt illud vnum corpus quod tot millibus fidelium per vniuersum orbem assiduè distribuitur, totum vnicuique in parte quam accipit detur, & ipsum manet, in seipso totum. Non potest hoc loco accipi corpus pro signo corporis. Samonas Episcopus Gazæ in Dialogo cum Achmete, ἀλλὰ δὴ καὶ ὁ ἱερουργούμενος ἄρτος εἰς τὸ ἀληθὲς τοῦ χριστοῦ σῶμα μεταβαλλόμενος δυνάμει θείᾳ δι' ἐπιφοιτήσεως τοῦ παναγίου πνεύματος καὶ μερίζεται, ἀλλ' ὁλόκληρον καὶ σῶον ἐν ἑκάστῳ κλάσματι σώζεται, ὡς καὶ ὁ λόγος τοῦ λέγοντος πρὸς τοὺς ἀκούοντας ὁλόκληρος καὶ οὐ διῃρημένος ἀκούεται. ζήτει τοίνυν ἁγιασθεὶς ἄρτος εἰς μέρη τέμνεται, ὅ τὸ πανάγιον τοῦ χριστοῦ ἐστι σῶμα, μὴ νομίζῃς ἐπιμερίζεσθαι, ἢ διατέμνεσθαι, ἢ διαιρεῖσθαι τὸ ἄχραντον ἐκεῖνο σῶμα· ἀθάνατον γὰρ καὶ ἄφθαρτον, καὶ ἀδαπάνητον, ἀλλ' οὐ μερισμός ἐστιν ἐκείνου τῶν αἰσθητῶν συμβεβηκότων μόνον μετὰ τὸν ἁγιασμὸν πρὸς ῥώμην πίστεως. Verum & panis sanctificatus à Sacerdote diuina virtute in corpus Christi mutatus per aduentum sancti Spiritus licet diuiditur, corpus tamen integrum & saluum in quoque fragmento seruatur, vt sermo dicentis integer nec diuisus ad aures audientium accidit. Cùm igitur sanctificatus panis in partes diuiditur, quod est sanctissimum Christi corpus, noli putare sanctissimum illud corpus diuidi, diuelli, in partes secari: est enim immortale, à corruptione liberum quod consumi nequit, sed accidentia tantum panis sensilia post consecrationem rumpuntur ad robur fidei. Obserua, mi Casaubone, aliud esse & dici à Samona corpus & sanguinem Christi, aliud accidentia panis & vini. Euigila tandem e somno, & nubeculam illam quæ insidet in oculis tuis dispelle in radio veritatis. Post Innocentij verba Bernardo auctore niteris, qui de cœna Domini dixit, Christus in cœna illa munerans & munus, cibans & cibus, conuiua & conuiuium, offerens & oblatio. Bene est quòd ea recitas è patribus quibus egregiè tuus error reuincitur. Hieronymus ad cap. 11. Osee. sine dedi eis esum corporis mei ipse cibus & conuiua. Idem ep. 150. ad Hedeb. Ipse est conuiua & conuiuium, ipse comedens, & qui comeditur. Nec minus euertit errorem tuum Ecbertus aduersus Catharos. Cuius verba profers ex serm. 11. Olim Christus in cœna sua incõsumpto & integro corpore corã discipulis sedebat, ea hora qua manducabant corpus eius. D. Augustinus ad Psal. 33. Christum in cœna illa corpus suum manibus suis portasse docet. Ioannes Chrysost. homil. 83. in cap. 26. Matth. ἵνα γὰρ μὴ καὶ τότε ταραχθῶσι, πρῶτος αὐτὸς τοῦτο ἐποίησεν, ἐνάγων ἀταράχως εἰς τὴν κοινωνίαν τῶν μυστηρίων· διὰ τοῦτο τὸ ἑαυτοῦ αἷμα ἔπιε. Ne igitur tunc discipuli turbarentur, primus Christus id fecit vt corpus suum comederet & sanguinem biberet, inducens eos ad communionem mysteriorum. Ideo sanguinem suum bibit. Cyrillus, ὡς ὑπαπιστίαν, βρέφος βλέπω νομικὴν θυσίαν προσαγόμενον ἐπὶ γῆς, ἀλλ' αὐτὸν τὰς πάντων δι' εὐσεβείας θυσίας δεχόμενον ἐν οὐρανοῖς, αὐτὸν θρόνῳ χερουβικῷ θεοπρεπῶς καθιζόμενον, αὐτὸν προσφερόμενον, καὶ ἁγιαζόμενον, αὐτὸν τὰ πάντα ἁγιάζοντα, καὶ καθαιροῦντα, αὐτὸν τὸ

δῶρον· αὐτὸς ὁ ἀρχιερεὺς, αὐτὸς τὸ θυσιαστήριον, αὐτὸς τὸ ἱλαστήριον, αὐτὸς ὁ προσφέρων, αὐτὸς ὁ ὑπὲρ κόσμου θυσία προσφερόμενος· αὐτὸς τὸ πῦρ ὑπάρχων, αὐτὸς ὁλοκαύτωσις, αὐτὸς ἀμνὸς, αὐτὸς ἡ μάχαιρα τοῦ πνεύματος, αὐτὸς ὁ ποιμὴν, αὐτὸς τὸ πρόβατον, αὐτὸς ὁ θύτης, αὐτὸς ὁ θυόμενος, αὐτὸς ὁ ἀναφερόμενος, καὶ αὐτὸς ὁ θυσίαν δεχόμενος, αὐτὸς ὁ νόμος, καὶ αὐτὸς ὁ τὸν νόμον πληρῶν. &c. τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον· ὁ ἄρτος ὁ κοινὸς οὐκ ἔστιν ἐπιούσιος, ἄρτος δὲ οὗτος ὁ ἅγιος ἐπιούσιός ἐστιν ἀντὶ τοῦ τῆς οὐσίας τῆς ψυχῆς καταστησάμενος· οὗτος ὁ ἄρτος οὐκ εἰς κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται, ἀλλ' εἰς πᾶσάν σου τὴν σύστασιν ἀναδίδοται εἰς ὠφέλειαν σώματος καὶ ψυχῆς. Cyrillus in occursum Simeonis: Puerum video legale sacrificium adducentem in terra, qui pia omniũ sacrificia in cœlo suscipit. Qui vt Deum decet in solio Cherubico sedet, qui offertur, & sanctificatur cùm omnia sanctificet, & purget. & ipse fit donans, ipse donum (desunt hæc verba, αὐτὸ δῶρον) ipse est Põtifex maximus, ipse altare, ipse propitiatorium, ipse qui offert, ipse sacrificium quod pro mundo offertur, ipse ignis, ipse holocaustum, ipse agnus, ipse gladius spiritus, ipse pastor, ipse ouis, ipse sacrificator, ipse immolatus, ipse qui offertur, ipse qui sacrificium suscipit, ipse lex, ipse qui legẽ implet: quæ verba non de sacrificio crucis accipienda esse, quæ sequuntur, ostendunt. Panẽ nostrum supersubstantialem da nobis hodie. Panis cõmunis & vulgaris non est supra omnes substantias. Panis ille sanctus, & supersubstantialis est qui substantiam animæ constituit: hic panis non in abdomen vadit, nec in cloacam eiicitur, sed in omnem tuam constitutionem diditur, ad vtilitatem animæ & corporis. Iterũ euagatus sum à tuo instituto, non à meo, qui hoc ago, vt tibi mentem veterum patrum à tua alienam subiiciam. Non dubito te ea modestia esse, vt veterum omnium fidem ac in re graui consensum tuæ opinationi anteponendum esse vltro fatearis. Quod autem Missas priuatas, & cõmunionem sine cõmunicantibus insectatis, & recentes abusus vocas, veterẽ ac legitimum esse Dei cultum facilè vincã. B. Hieronymus ep. ad Damasum, Christum quotidie immolari à Sacerdotibus docet, id est, Missas celebrari. Cùm tamen quotidie fideles non cõmunicarẽt. Vnde sequitur Missas priuatas quotidie celebratas. Augustinus ep. 118. ad Ianuar. Alij quotidie corpori & sanguini Domini cõmunicant. alij certis diebus accipiunt. Alibi nullus dies intermittitur quo non offeratur. Alibi sabbato tantum, & Dominica, &c. Si vero etiam in aliena patria cùm peregrinatur vidit bis offerri quinta sabbati, hebdomada vltima quadragesimæ, & ad mane, & ad vesperam, veniẽsq; in patriam suam vbi in fine diei mos est offerri malè illiciteq; fieri contendat, puerilis sensus est ille. Idem de verb. Domini in Lucam serm. 28. si quotidianus est panis, cur post annum illum sumas, quod iam modo Græci in Oriente facere consueuerunt. Accipe quotidie quod tibi quotidie prosit. D. Hieronymus de filio prodigo. Vitulus pinguis qui quotidie immolatur pro salute pœnitentis ipse Saluator est, cuius quotidie carne vescimur, cruore potamur: huc conuiuium quotidie celebratur, quotidie pater filium recipit, semper Christus credentibus immolatur. lib. 1. contra Iouinianum, maius, & dignius esse ostendit communicare corpori Christi quàm orare. Quod si matrimonij vsus, & consuetudo cum vxore orationem impedit, longè iustius cõmunioni moram iniicere debet. Scio, inquit. Romæ hanc esse consuetudinem, vt fideles semper Christi Corpus accipiãt, quod nec reprehendo, nec probo. Chrysostomus serm. de Ecclesia, πολλοὶ τῶν μυστηρίων ἅπαξ μεταλαμβάνουσι τοῦ ἐνιαυτοῦ. Multi semel tantum mysteriis communicant anno quoque. Fabianus instituit, vt fideles ter saltem in anno communicarent, in Paschate, Pentecoste, Natali, vt est apud Gratianum d. 2. can. si non frequentius. Olim communicabant quotidie. Hieronymus ad Lucianum, vtinam Eucharistiam absque condemnatione nostri, & pungente conscientia semper possemus accipere. Basilius ad Cæsariam, & communicare per singulos dies & participare sacro corpori & sanguini Christi pulchrum est. Deinde vsus obtinuit vt diebus tantum Dominicis Eucharistiam fideles sumerent, apud Innocentium lib. 4. de sacrificio Missæ cap. 7. & 9. Sacerdotem qui sacrificium offert communicare semper corpori Christi necesse est, non item eos pro quibus offertur. Hieronym. ad cap. 3. Malachiæ Sacerdotes cùm colati & emundati fuerint, tunc offerent Domino iusta sacrificia, & placebit sacrificium eorum quod offertũr pro Ecclesia, & Ecclesiæ membris. Idem ad cap. 46. Ezechielis, Sacrificium agni anniculi immaculati quod in veteri lege fiebat figuram fuisse sacrificij Eucharistiæ ostendit, quod sub exortum solis quotidie Deo offertur. Hoc sacrificium perpetuum esse, ac iuge, ἐνδελεχὲς, affirmãt, quod nullo die omittatur. Ad hæc verba Psal. 21. Vota mea Domino reddam coram timentibus eum. Hoc est, inquit, mysterium corporis & sanguinis mei offeram cũ his qui in eius timore hæc celebrant. lib. 1. aduersus Iouinianũ, vbi ostendit laicum hominẽ cõmunicare non posse, qui consuetudine vxoris non abstinuerit, hæc disertè addit, Sacerdoti cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est, vnde probat vxoris consuetudine Sacerdoti abstinendum. In Apologia ad Pammach. cap. 3. Episcopus, Presbyter, Diaconus nouerunt se hostias offerre non posse, si operi seruiant coniugali cap. 3. contra Vigilantium, ex

verbis

vxoris consuetudine sacerdoti abstinendum. In Apologia ad Pammach.c. 3. Episcopus, Presbyter, Diaconus nouerunt se hostias offerre non posse si operi seruiant coniugali c. 3. contra Vigilantium, ex verbis Vigilantij ostendit sequi Episcopum Romanum perperam agere, qui, vt ipse loquitur, super mortuorum ossa veneranda offert Domino sacrificia, quæ Vigilantius pro vili puluere habeat, Catholici ossa Petri, & Pauli hominum mortuorum venerentur, putentque eorum sepulchra Domini altaria esse idem, quod Romanus episcopus faciat, à cæteris totius orbis episcopis vsurpari defendit. c. 4. si Vigilantius auditur, ergo & die Dominico non sunt offerenda sacrificia, ne resurrectionis Domini crebro Pascha celebremus: sed ratione tecum agam, qua maxime inter paucos vales, Missa quam damnas, vel sacrificium est corporis Christi ab ipso Christo institutum, vt honor Deo habeatur, & is hominibus propitius reddatur, in memoriam crucis eius, vel sacrificium eiusmodi non est. Si est, non modo publicè, verum & priuatim, licet communio populo non ministretur, honor ille Deo haberi debet. Si non est, veteres Patres turpissime allucinati sunt, qui & sacrificium appellant, & sacerdotes in Ecclesia Christi esse aiunt, à quibus sacrificium hoc quotidie fiat, & altaria ponunt in quibus incruenta corporis Christi hostia in memoriam crucis quotidie immoletur. Probare igitur debueras, vt iure priuatas illas Missas improbares, eas non esse verum ac legitimum sacrificium à Christo institutum, vt honor Deo habeatur. Quod alio loco facturum te ostendis. Ego verò eum iam te non diffitente veteres Ecclesiæ Patres sacrificium corporis Christi, non in cruce modo, sed etiam in Eucharistia agnoscere, altaria, sacerdotes commemorare Mystagogiam, Missam, Liturgiam, œconomiam collectam, sinaxim, tetelen ad totius sacrificij, quod fit in altari à sacerdote, ritum referre, cum Eucharistiam communionem, μετάληψιν, ad sacramentum corporis Christi, quod fidelibus communicatur referant, & sacramentum sub altera tantum specie panis & vini totum esse, & fidelibus, si vsus fuerit, ministrari posse, sacrificium non nisi sub vtraque specie celebrari, quia sacrificium pendet à voluntate instituentis, qui sub vtraque specie instituit, tum quia sacrificium non est sine sanguine, vt ait Paulus, sacramentum ad vtilitatem communicantis refertur. Addam in sacris litteris cœnam & esse, & appellari, sed quia vox illa non satis omnia mysteria quæ tunc temporis à Christo Domino instituta sunt exprimat, Patres Mystagogiæ, Liturgiæ, Missæ, œconomiæ appellationes reperisse.

AD CAPVT XXXIII.

EXERCIT. VI.

PAuli verba sunt 1. Cor. 10. τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν. Calix benedictionis cui benedicimus. Duobus verbis promiscue vtitur ad declarandam Domini actionem, εὐλογεῖν, καὶ εὐχαριστεῖν, ex quibus verbis duo huius sacramenti nomina originem habuerunt, eulogia, Eucharistia. Christus in eodem actu & Deum patrem laudauit, & gratias illi egit, & hoc amplius panem significauit, vt esset in mysterio corpus, siue caro, & sanguis Christi. Id est ex sententia tua, vt panis signum esset corporis Christi, non verum corpus Christi. Nam panem existimas ita consecrari, vt panis esse non desinat, sed signum Christi in cruce mortui esse incipiat, quod ante consecrationem non erat. Quid si veterum Patrum auctoritate vincam panem post consecrationem non solum esse signum Christi, sed ipsissimum corpus Christi, panem post verba consecrationis, per verba consecrationis desinere esse panem, incipere esse corpus Christi. & vere in corpus Christi mutari. conuerti, μεταστοιχειῶς. Ante omnia dicam tuam illam opinationem non esse nuperam, sed in ipso exortu nascentis Ecclesiæ natam, damnatam, eiectam. Et Iudas & Caphatnaitæ illius auctores fuere. Chrysost hom. 46. in Iohan. καὶ δείκνυσι τὴν σοφίαν. οὐ γὰρ αὐτὸν φανερὸν ἐποίησεν, οὔτε λαθεῖν εἴασε. ἔκρυψε μὲν ἵνα, μὴ ἀναισχυντήσῃ, καὶ φιλονεικότερος γένηται. τοῦτο δὲ, ἵνα μὴ νομίζων λανθάνειν ἀδεῶς ἐργάσηται τὸ τόλμημα. διὸ καὶ ποιῶν φανερωτέρους ἐπάγει τοὺς ἐλέγχους, πρότερον μὲν γὰρ αὐτὸν μετὰ τῶν ἄλλων ἠρίθμησεν. εἰσὶ δὲ τινες ἐξ ὑμῶν οἳ οὐ πιστεύουσι· ὅτι γὰρ καὶ τὸν προδότην ἠρίθμησεν ἄκουσον. ἔφη ὁ εὐαγγελιστὴς, ᾔδει γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὁ ἰησοῦς τίνες εἰσὶν οἱ μὴ πιστεύοντες, καὶ τίς ἐστιν ὁ παραδώσων αὐτόν. Christus Dominus cum animaduerteret Iudam sibi fidem non habere commendanti carnis suæ manducationem qua sapientia erat, nec ipsum nominatim prodidit, nec tamen latere passus est, alterum quidem ne deprehensus impudentius iurgaretur, alterum ne animum suum latere existimans, maiori fiducia facinus, quod animo agitabat, patraret. Ideo paulatim manifestius eum reuincit. Primum enim eum inter cæteros Apostolos numerauit. Sunt quidam, inquit, è vobis qui non credunt. Quod enim proditorem numerarit, indicat euangelista. Notat enim Iesus ab initio qui essent non

credentes, & quis eum traditurus esset. Postquam vidit obduruisse Iudam, vehementius increpauit. Vnus, inquit, ex vobis Diabolus est. B. Ignatius ep. ad Smyrnens. apud Theodoret. lib. 3. Impatibil. Quosdam sua ætate hac hæresi imbutos fuisse indicat, his verbis. εὐχαριστίας καὶ προσφορᾶς οὐκ ἀποδέχονται, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὴν εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν παθοῦσαν, ἣν χρηστότητι πατὴρ ἤγειρε. Eucharistias, & sacrificia, seu oblationes nõ admittunt, quia negant Eucharistiam carnem esse Seruatoris nostri Iesu Christi, quæ passa est, pro peccatis, quam Pater bonitate sua suscitauit. Gnostici apud Epiphanium hæresi 26. verba quidem Christi de vero eius corpore acceperunt, sed flagitiosissime in suo paschate peccarunt, δείκνυνται τὸ σπέρμα καὶ φασί, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα Χριστοῦ, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ πάσχα δι' ὃ πάσχει τὰ ἡμέτερα σώματα, καὶ ἀναγκάζεται ὁμολογεῖν τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ. Gnostici accipiũt semẽ hominis, & dicũt, hoc, est corpus Christi, & hoc est pascha, quia corpora nostra patiuntur, & coguntur fateri passionẽ Christi. Vrbicus quidam ætate Augustini nudum panem & vinum in Eucharistia pro Christi corpore videtur agnouisse. Augustin. ep 8. dicit cessisse in noua lege pani pecus, tanquam nesciens, & tunc in Domini mensa propositionis panes poni solere, & nunc se de agni immaculati corpore partem sumere. Dicit cessisse poculo sanguinem non cogitans etiã nũc se accipere in poculo sanguinẽ. Nestorius fatebatur in Eucharistia veram Christi carnem esse, sed non cum verbo coniunctam, cuius error refellitur. anathemate 11. Concil. Ephes. τὴν ἁγίαν καὶ ζωοποιὸν, καὶ ἀναίμακτον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τελοῦμεν θυσίαν, οὐχ ἑνὸς τῶν καθ' ἡμᾶς, καὶ ἀνθρώπου κοινοῦ σῶμα πιστεύοντες εἶναι τὸ προκείμενον, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ τίμιον αἷμα· δεχόμενοι δὲ μᾶλλον, ὡς ἴδιον σῶμα γεγονὸς, καὶ μὲν τοι καὶ αἷμα τοῦ πάντα ζωοποιοῦντος λόγου. Sanctum, viuificum, & incruentum in Ecclesiis sacrificium facimus, credentes id quod proponitur non esse corpus vnius alicuius vulgaris ac communis hominis, similiter & sanguinem pretiosum. Accipientes autem magis, vt quod existat proprium corpus & sanguis verbi omnia viuificantis. Expende, amabo Casaubone, verba ista & genuinum eorum sensum destinata pertinacia noli peruertere. Sed immoremur in voce Eucharistiæ, ne extra oleas nos ferri putes. Ignatium ostendi damnare eos qui Eucharistiam veram Domini carnem pro nobis in cruce passam esse negarent. Origines lib. 8. aduersus Celsum, καὶ διὰ ταῦτα δὲ Κέλσος μὲν ὡς ἀγνοῶν τὸν θεὸν τὰ χαριστήρια δαίμοσιν ἀποδιδότω. ἡμεῖς δὲ τῷ τοῦ παντὸς δημιουργῷ εὐχαριστοῦντες, καὶ τοὺς μετ' εὐχαριστίας, καὶ εὐχῆς τῆς ἐπὶ τοῖς δοθεῖσι προσαγομένους ἄρτους ἐσθίομεν σῶμα γενομένους διὰ τὴν εὐχὴν, ἅγιόν τι, καὶ ἁγιάζον τοὺς μεθ' ὑγιοῦς προθέσεως αὐτῷ χρωμένους. Ideo Celsus vt ignorans Deum gratias Dæmonibus referat, & dona gratiarum reddat. Nos autem acquiescentes Deo, & ei placere studentes, comedimus panes cum gratiarum actione, & oratione oblatos, qui per orationem corpus fiunt sanctum, & sanctificans eos qui bona mente iis vtuntur. Panem Eucharistiæ vocat Cyrillus catech. 1. ὥσπερ γὰρ ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος τῆς εὐχαριστίας, πρὸ τῆς ἁγίας ἐπικλήσεως τῆς προσκυνητῆς τριάδος ἄρτος ἦν, καὶ οἶνος λιτός. &c. vt enim panis & vinum Eucharistiæ ante sanctam inuocationem Trinitatis adorandæ panis erat & vinum simplex, vbi inuocatio facta fuerit panis fit corpus Christi, & vinum sanguis Christi. Siste vestigium in his verbis, & ea diligenter expende Tertul. lib. de orat. Similiter de stationum diebus non putant plerique sacrificiorum orationibus interueniendũ quod statio soluenda sit accepto corpore Domini. Ergo deuotum Deo obsequium Eucharistia resoluit, an magis Deo obligat? Eucharistiam hoc loco interpretatur corporis Christi cõmunionem. Subiiciat enim, Nonne solemnior erit statio tua, si & ad aram Deis steteris. Accepto corpore Domini vtrumque saluum est, & participatio sacrificij, & exsecutio officij. Iterum hæc verba mihi nota, & alte considera. Ignatius epist. ad Philadelphenses παρακαλῶ ὑμᾶς μιᾷ πίστει, καὶ ἑνὶ κηρύγματι, καὶ μιᾷ εὐχαριστίᾳ χρῆσθαι. μία γάρ ἐστιν ἡ σὰρξ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, καὶ ἓν αὐτοῦ τὸ αἷμα τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ἐκχυθὲν, εἷς ἄρτος τοῖς πᾶσιν ἐθρύφθη, καὶ ἓν ποτήριον τοῖς ὅλοις διενεμήθη ἓν θυσιαστήριον πάσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ. Inuitans nos & cohortans vti vna fide, vna doctrina, & vna Eucharistia: vna enim est caro Iesu Christi, & vnus eius sanguis pro nobis effusus, vnus panis omnibus fractus est, vnum poculũ omnibus distributum, vnũ altare vniuersæ Ecclesiæ, vnus Episcopus cum Presbyteris & Diaconis conseruis meis. Dionysius Areopagita quem tu antiquissimũ auctorem sæpe laudas sub finem c 8. ἐν τέλει δὲ πάντων ὁ ἱερεὺς ἐπὶ τὴν θεαρχικὴν κοινωνίαν καλεῖ τὸν τετελεσμένον. διὸ καὶ τὰς ἱερολογικὰς τάξεσιν ἐν τῷ ἱεροτελεστικῷ αὐτῶν ἁγιστείας, ἐν τέλει τῶν ἱερωτάτων αὐτῶν ἀφιερώσεων ἡ τῆς ἁγιωτάτης εὐχαριστίας κοινωνία μεταδίδοται πρὸς τοῦ τελοῦντος αὐτὰς ἱεράρχου, οὐ μόνον ὅτι θεαρχικῶν μυστηρίων ἡ μετάληψις ἑκάστης μετέξεώς ἐστι τὸ κεφάλαιον, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτῆς, τῆς κοινωνικῆς, καὶ ἑνοποιοῦ τῆς δωρεᾶς ἀναλόγως αὐταῖς καθ' ἑκάστην αἱ ἱεραὶ πᾶσαι τάξεις μετέχουσι πρὸς τὴν οἰκείαν αὐτῶν τῆς θεώσεως ἀναγωγὴν καὶ τελείωσιν. In fine omnium, sacerdos initiatum (id est eũ qui sacros ordines suscipit,) ad communionem diuinam vocat. Ideo & iis qui ordinibus sacris initiantur aut monachi fiunt in consecrationibus, ac cæremoniis eorum sacrosanctis, sub finem sacrarum consecrationum communio sanctissimæ Eucharistiæ datur à Pon-

tifice

tificè qui eas perficit, non tantum quia diuinorum mysteriorum participatio vniuscuiusque communionis est caput, sed quod omnes sacri ordines seruata proportione participant dono diuinissimo communionis corporis Christi, vt ad diuinitatem & perfectionem sibi consentaneam quisque perueniat. Bene ac magnificè de Eucharistia Dionysius sentit, quam apicem ac caput omnium consecrationum & mysteriorum esse ait. Iustinus in Dialogo cum Triphone, oblationem similæ mundæ figuram fuisse ait Eucharistiæ, quam in memoriam passionis suæ Dominus facere nos iussit. καὶ ἡ τῆς σεμιδάλεως δὲ προσφορὰ τύπος ἦν τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας ὃν εἰς ἀνάμνησιν τοῦ πάθους ὁ κύριος ἡμῶν παρέδωκε ποιεῖν. Sed res figurata dignior typo suo. Igitur aliquid in Eucharistia subest simila & mundissimo polline dignius. Idem pag. 162. οἱ διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου, καὶ οἴνου, καὶ ὕδατος, οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον, οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν, ἀλλ᾽ ὃν τρόπον διὰ λόγου θεοῦ σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν καὶ σάρκα, καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν. Diaconi dant vnicuique adstantium communionem panis consecrati, & vini aqua mixti. Non enim vt communem panem, neque vt communem potum ista sumimus, sed quomodo per verbum Dei incarnatus Iesus Christus Seruator noster carnem & sanguinem pro salute nostra habuit. Ita & cibum benedictum per orationem verbi Dei ab ipso, ex quo cibo caro & sanguis per mutationem alitur, carnem & sanguinem illius Christi incarnati esse docti sumus. Et ista liquido contemplare, nec præiudicio aliquo tibi caliginem offundi patere. Ibidem Malachiæ vaticinium ad sacrificium incruentæ hostiæ reuocat. ὅθεν περὶ μὲν τῶν ὑφ᾽ ὑμῶν τότε προσφερομένων θυσιῶν λέγει ὁ θεὸς, ὡς προέφην, διὰ Μαλαχίου, ἐν παντὶ τόπῳ, &c. περὶ δὲ τῶν ἐν παντὶ τόπῳ ὑφ᾽ ἡμῶν τῶν ἐθνῶν προσφερομένων αὐτῷ θυσιῶν, τουτέστι τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας, καὶ τοῦ ποτηρίου. Vnde & de sacrificiis quæ à nobis offeruntur, dicit Deus per Malachiam, in omni loco sacrificatur, & offertur mihi hostia munda. De sacrificiis autem quæ offeruntur in omni loco à nobis gentibus, id est, de sacrificio panis & calicis Eucharistiæ. Item, omnes igitur qui per hoc nomen hostias offerunt quas Iesus Christus fieri iussit, hoc est, in Eucharistia panis & calicis quæ fiunt in omni loco à Christianis occupans Deus testatur sibi acceptos & gratos esse. Clemens Alex. cap. 6. lib. 1. Padag. ἀναλόγως τοίνυν κίρναται ὁ μὲν οἶνος τῷ ὕδατι, τῷ δὲ ἀνθρώπῳ τὸ πνεῦμα· ἡ δὲ ἀμφοῖν αὖθις κρᾶσις, ποτοῦ τε καὶ λόγου, εὐχαριστία λέγεται, τὸ θεῖον κρᾶμα τὸν ἄνθρωπον τοῦ πατρικοῦ βουλήματος πνεύματι καὶ λόγῳ συγκιρναῖτος μυστικῶς. Per proportionem igitur miscetur vinum aquæ, & homini spiritus: amborum autem mixtio poculi & verbi dicitur Eucharistia, voluntate diuina miscente per Spiritum & verbum diuinum poculum aqua mixtum, qui est homo. Idem lib. 4. Stromat. ὁ Μελχισεδὲκ βασιλεὺς Σαλὴμ ὁ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ ὑψίστου, ὁ τὸν οἶνον καὶ τὸν ἄρτον τὴν ἡγιασμένην διδοὺς τροφὴν εἰς τύπον εὐχαριστίας. Melchisedech Rex Salem Sacerdos Dei altissimi, vinum & panem sanctificatam alimoniam dans in typum Eucharistiæ. Sed res figurata dignior est figura. Sit igitur in Eucharistia aliquid pane nobilius necesse est, quod nihil aliud est nisi corpus Christi. Irenæus lib. 4. cap. 34. Quomodo autem constabit eis eum panem in quo gratiæ actæ sint corpus esse Domini sui, & calicem sanguinis eius, si non ipsum fabricatoris filium dicunt, &c. Quemadmodum enim qui est de terra panis percipiens inuocationem Dei iam non communis panis est, sed Eucharistia ex duabus rebus constans, terrena & cœlesti, sic & corpora nostra percipientia Eucharistiam, iam non sunt corruptibilia. Hunc locum, si vt Casaubonum decet, expenderis, Eucharistiam vere corpus Christi esse, & ex visibili elementorum specie, & inuisibili Christi carne constare non dubitabis. Hieronymus ad cap. 3. Sophoniæ, Sacerdotes qui Eucharistiæ seruiunt, & sanguinem Domini populis diuidunt. Caue sis mihi signum hic pro re significata obtrudas. Irenæus libro 5. cap. 2. Vani sunt qui dicunt carnem non esse capacem incorruptibilitatis. Sic autem secundum eos videlicet, nec Dominus sanguine suo redemit nos, neque calix Eucharistiæ communicatio sanguinis eius est, neque panis quem frangimus communicatio corporis eius est. Sanguis enim non est nisi à venis & carnibus, &c. Eum calicem qui est creatura suum sanguinem qui effusus est, ex quo auget nostrum sanguinem, & eum panem qui est creatura suum corpus confirmauit, ex quo nostra auget corpora. Quando ergo & mixtus calix, & fractus panis percipit verbum Dei fit Eucharistia corporis & sanguinis Christi, ex quibus augetur & consistit carnis nostræ substantia. Quomodo carnem negant capacem esse donationis Dei, qui est vita æterna, quæ sanguine & corpore Christi nutritur. Item, Percipientia verbum Dei substantia fiunt, quæ est corpus & sanguis Christi. Origines in Marcum. τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου· διὰ τούτων παρέδωκε τοῖς μαθηταῖς ὅπως ἐπιτελῶν αὐτοῖς προσέθηκε τῆς καινῆς διαθήκης τὸ μυστήριον· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ συλλόγησε, καὶ εἶπε δὲ δοὺς αὐτοῖς μεταλαβεῖν ἀποθέσθαι ἦν ἵνα ἐκεῖ-

σι, διὰ μὲν τῆς εὐλογίας, καὶ εὐχαριστίας μάθωσι, ὡς μεγάλα ἀληθῶς καὶ πάσης εὐχαριστίας ἄξια τὰ διὰ τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ οἰκονομηθέντα, ὧν δὴ σύμβολα ταῦτα ἀποτελεῖσθαι παρέδωκεν αὐτοῖς· διὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν, τοῦτ' ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ τοῦτο τὸ αἷμά μου, τοῦτο δηλοῖ ὅτι τὸν μὲν ἄρτον προθέντας μετὰ τῆς εὐχαριστίας προσῆκεν αὐτοῖς σώματος νομίζειν μεταλαμβάνειν· τὸ δὲ ποτήριον ἐν τάξει τοῦ αἵματος ἡγεῖσθαι περὶ ὃ τὸ πάθος ἐγένετο ἐπὶ κοινῇ τῇ πάντων σωτηρίᾳ, καὶ ἀφέσει τῶν ἡμαρτημένων αὐτοῖς· ἡ γὰρ ἐπὶ τούτοις γινομένη πίστις ὁμοῦ τε τῶν πληρωθέντων ὁμολογίαν ἔχει, καὶ τὴν μετουσίαν τῆς ἀφέσεως χαρίζεται τοῖς πιστεύουσι. διδάσκει μὴ πρὸς τὴν φύσιν ἀφορᾷν τῶν προκειμένων, ἀλλὰ διὰ τῆς γινομένης ἐπ' αὐτῶν εὐχαριστίας, ταῦτα ἐκεῖνα εἶναι πιστεύειν, ὁ γὰρ ζωοποιὸς τοῦ θεοῦ λόγος ἑνώσας ἑαυτὸν τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ καθ' ὃν οἶδε τρόπον, αὐτὴν ζωοποιὸν ἀπέφηνεν αὐτήν· ἔφη γὰρ ὁ ἄρτος ὃν ἐγὼ δώσω, &c. καὶ πάλιν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα, &c. οὐκοῦν τοῦτο ποιοῦντες ζωὴν ἔχομεν ἐν ἑαυτοῖς αὐτόν. ἔφη γὰρ, ὁ τρώγων, &c. ἔδει γὰρ αὐτὸν διὰ μὲν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν ἡμῖν γίνεσθαι θεοπρεπῶς συνανακιρνᾶσθαι δὲ ὥσπερ τοῖς ἡμετέροις σώμασι διὰ τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκὸς, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος· ὃ δὴ ἐσχήκαμεν εἰς εὐλογίαν ζωοποιὸν, ὡς ἐν ἄρτῳ καὶ οἴνῳ, ἵνα μὴ ἀποναρκήσωμεν σάρκα τε καὶ αἷμα προκείμενα βλέποντες ἐν ἁγίαις τραπέζαις τῶν ἐκκλησιῶν. συγκαταβαινόμενος γὰρ ταῖς ἡμετέραις ἀσθενείαις ἐνίησι τοῖς προκειμένοις δύναμιν ζωῆς, καὶ μεθίστησιν αὐτὰ πρὸς ἐνέργειαν τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς, ἵνα εἰς μέθεξιν ζωοποιὸν ἐν ἡμῖν εὑρεθῇ τὸ σῶμα τῆς ζωῆς· περὶ πολλῶν, ἐκχυνόμενον λέγει τὸ αἷμα τὸ περὶ πάντων· εἷς γὰρ, φησὶ Παῦλος ὑπὲρ πάντων ἀπέθανε. Item in Lucam, ἦλθε γὰρ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἔφαγεν πάσχα, καὶ κατέλυσε τὸν τύπον, ἵνα κρατήσῃ ἀλήθεια. ὁ μὲν γὰρ τύπος προσδόκλου ὥσπερ γὰρ τὸ προβάτιον ἦν πρότερον, δεύτερον ὅπερ οἱ μυστικοὶ ἴσασι. Hoc est corpus meum. Per hæc tradidit discipulis quo modo oportet eos efficere noui testamenti mysterium. Ideo enim & benedixit, dans eis vt ea sumerent quæ par erat vt illi per benedictionē & gratiarum actionem discerent magna omnino esse, & omni gratiarum actione digna, quæ per Christi passionem dispensata sunt. Quorum signa ista fieri eis tradidit. Per id enim quod dixit, hoc est corpus meum, & hic sanguis meus, indicat, quod panem propositum cum gratiarum actione sumentes, oportet credere se participare corpori Christi. Calicem loco sanguinis habere, secundum quæ passus est pro communi omnium salute. Fides enim de his simul & confitetur quæ facta sunt, & remissionis peccatorum gratiam impertit credentibus. Docet autem non ad naturam respicere eorum quæ proposita sunt, sed per gratiarum actionem quæ in his fuit, credere illa ipsa esse. Oportebat enim ipsum per Spiritum sanctum in nobis esse, vt Deum decet, & immisceri nostris corporibus per sacram carnē suam, & pretiosum suum sanguinem, quem habemus in eulogiam & benedictionem viuificam, vt in pane & vino, vt non fastidiamus, & nauseemus videntes carnem & sanguinem in sacris mensis ecclesiarum. Condescendens enim nostræ imbecillitati immittit in res propositas virturem vitæ, & trāsferr ista ad energiam & efficientiam suæ ipsius carnis, vt in participationem viuificam in nobis inueniatur corpus vitæ. Cyprianus ep. 6. lib. 4 Monet vt os armemus, quo lingua victrix confiteatur Dominum suum Iesum Christum, vt Eucharistiæ memor, inquit, qui Dominì corpus accipit in ipso Dominum suum complectatur. Idem epist. 11. Ante actam pœnitentiam, ante exomologesim grauissimi delicti factam, ante manum ab Episcopo & clero in pœnitentiam impositam offerre lapsis pacem, & Eucharistiam dare, id est, sanctum Domini corpus prophanare audeant, cùm scriptum sit qui ederit panem indignè &c. Chrysostomus homil. 16. ad Hebræos Eucharistiam posuit pro consecratione. ἐπ' αὐτῶν πάλιν τῶν φρικωδεστάτων μυστηρίων ἐπεύχεται ὁ ἱερεὺς τῷ λαῷ, ἐπεύχεται καὶ ὁ λαὸς τῷ ἱερεῖ· τὸ γὰρ μετὰ τοῦ πνεύματός σου, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ τοῦτο· καὶ τὰ τῆς εὐχαριστίας πάλιν κοινά. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνος εὐχαριστεῖ μόνος, ἀλλὰ καὶ ὁ λαὸς ἅπας. πρότερον γὰρ αὐτῶν λαβὼν φωνὴν, εἶτα συντιθεμένων, ὅτι ἀξίως, καὶ δικαίως τοῦτο γίνεται, τότε ἄρχεται τῆς εὐχαριστίας. καὶ τί θαυμάζεις εἴπερ μετὰ τοῦ ἱερέως ὁ λαὸς φθέγγεται, ὅπου γε καὶ μετ' αὐτῶν τῶν χερουβὶμ, καὶ τῶν ἄνω δυνάμεων κοινῇ τοὺς ἱεροὺς ἐκείνους ὕμνους ἀναπέμπει. Rursus in ipsis maxime terribilibus mysteriis bene precatur Sacerdos populo, bene precatur & populus Sacerdoti. Quod enim respondet populus cum spiritu tuo, nihil aliud est quàm bene precari Rursus & quæ sunt Eucharistiæ, communia inter Sacerdotem & populum esse agnosces. Nec enim Sacerdos solus gratias egit, verum & cum eo omnis populus. Ante populum enim sermonem occupans, deinde populo consentiente ac dicente, dignum & iustum est, tunc Sacerdos accipit consecrationem. Et quid miratis si cum Sacerdote populus loquitur, cùm sacros illos hymnos vna cum Cherubin & virtutibus cœlestibus communiter ad Deum mittat. Agooscis, opinor, ea quæ hodieque à nobis in Canone Missæ leguntur, quæ sua ætate Chrysostomus lecta, dictaque esse ostendit. Idem homil. 26. in Matth. Eucharistiam dictam esse ait, quod altari assistens Sacerdos pro vniuerso orbe terrarum sacrificio illo proposito Deo nos gratias iubet offerre.

Verba tua sunt, Iudæi conuiuium agni, ποτηρίῳ ὑμνήσεως, poculo laudis claude-

bant

claudebant. In Græcis Liturgiis non vno loco dicitur hoc sacramentum, θυσία αἰνέσεως, sacrificium laudis. Respondeo, Synodo 7. act. 4. θυσίαν αἰνέσεως explicari τὸν χειλέων καρπὸν ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι χριστοῦ, sacrificium laudis fructum labiorum confitentium nomini Christi, & distingui à sacrificio incruento corporis Christi, de quo Clemens Romanus lib. 6. c. 25. Constitut. ἀντὶ θυσίας τῆς δι' αἱμάτων, λογικὴν καὶ ἀναίμακτον, καὶ τὴν μυστικὴν, ἥ τις εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου συμβόλων χάριν ἐπιτελεῖται τοῦ σώματος αὐτοῦ, καὶ τοῦ αἵματος. Pro sacrificio cruento, rationale & incruentum sacrificium instituit, quod in mortem Domini signorum ergo efficitur sanguinis & corporis eius. Athanasius homil. de mortuis τὸ γὰρ ἔλαιον καὶ κηρὸς ὁλοκαύτωσις, ἡ δὲ γε θεία ἀναίμακτος θυσία ἐξιλασμός ἐστι. Oleum quod offertur pro mortuis & cera, est holocausti oblatio, sed diuinum incruentum sacrificium est propitiatio. Cyrillus Hierosolymit. Catech. 4. εἶτα μετὰ τὸ ἀπαρτισθῆναι τὴν πνευματικὴν θυσίαν καὶ τὴν ἀναίμακτον λατρείαν ἐπὶ τῆς θυσίας τοῦ ἱλασμοῦ, παρακαλοῦμεν τὸν θεὸν ὑπὲρ κοινῆς τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνης, ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου εὐσταθείας. Deinde postquam sacrificium spiritale præparatum est, & incruenta adoratio in sacrificio propitiationis, precamur Deum pro communi Ecclesiarum pace, pro bono statu mundi. Gregorius Nazianzen. Stelit. 1. de Iuliano desertore, qui fidem Christi, sacrosque omnes ritus eiurauit, καὶ τὰς χεῖρας ἀφαγνίζεται τῆς ἀναιμάκτου θυσίας ἀποκαθαίρων, δι' ἧς ἡμεῖς χριστῷ κοινωνοῦμεν, καὶ τῶν παθημάτων, καὶ τῆς θεότητος. & exuit sanctitatem manuum, easque à sacrificio incruento expurgat, per quod Christi communicamus passionibus & diuinitati. Stelit. 2. οὐκ ἔτι μιαίνουσι αἵματι μιαρῷ τὰ τῆς καθαρωτάτης καὶ ἀναιμάκτου θυσίας ἐπώνυμα θυσιαστήρια. Non amplius polluunt sanguine polluto altaria quæ nomine purissimi incruenti sacrificij indigetantur. Eusebius lib. 1. de Demonstrat. cap. 10. τὰς ἀναίμους, καὶ λογικὰς θυσίας appellat, incruenta, & rationalia sacrificia. sacrificium incruentum vocant non quia sine Christi sanguine fiat, sed quia sanguis Christi modo cruento, crudeli, sanguinolento, visibili, quo in cruce fusus est, in sacrificio altaris non effundatur. Monent autem Theologi duo esse sacrificiorum genera. Alterum est improprie dictum, vt sacrificium laudis honorificabit me sacrificium vociferationis. Bona omnia opera, eleemosynæ, precationes, sacrificia improprie dicuntur. Sacrificium proprie dictum est actio publica & visibilis, qua res sub oculorum sensum cadens à sacerdote ad id publice constituto certo ritu Deo offertur, & destruitur, vt dominium eius ac summum ius in res omnes agnoscatur, qui vt eas verbo condidit, ita & verbo destruere potest. Ita & apud Iudæos & Gentiles iugulatæ hostiæ, thura incensa, vinum effusum. Sic apud nos verum Christi corpus, verus sanguis sub specie panis & vini à sacerdote publico, certo ritu Deo offertur, immolatur, manducatur, bibitur. Maximus ac sanctissimus Dei cultus in sacrificio repositus est, quem tantum abest vt Christus Dominus sustulerit, qui honori patris sui semper consuluit, vt etiam longe absolutissimum in sacrificio corporis sui incruento instituerit? Nulla lex est sine sacrificio, ait Paulus ad Hebræos cap. 9. In omnium sanctissima & perfectissima lege, omnium sanctissimum & perfectissimum sacrificium esse oportuit. Sed audiamus Patrum de hoc sacrificio verba, vel potius oracula. Augustinus lib. 20. contra Faustum cap. 18. Christiani iam peracti sacrificij memoriam celebrant, Sacrosancta oblatione & participatione corporis Christi. Duo sacrificia commemorat, sacrificium crucis, & sacrificium altaris quod in memoriam mortis Christi celebratur. Concil. Ephesin. anathem. 11. sanctum & viuificum, & incruentum in Ecclesiis perficimus sacrificium, credentes corpus esse propositum & pretiosum sanguinem non vnius alicuius simplicis hominis cuiusmodi nos sumus, sed accipientes vt proprium corpus factum, ac sanguinem verbi omnia viuificantis. Verba Græca supra recitaui. Clemens lib. 7. Constitut. cap. 2. sacrificium illud à Malachia prænuntiatum significat his verbis, ὅπως ἀμώμητος ᾖ ἡ θυσία ἡμῶν, καὶ εὐανάφορος θεῷ τῷ εἰπόντι περὶ τῆς οἰκουμενικῆς ἐκκλησίας, ὅτι ἐν παντὶ τόπῳ μοι προσενεχθήσεται θυμίαμα καὶ θυσία καθαρά. Vt sacrificium nostrum inculpatum & acceptum Deo esse possit, qui dixit de Ecclesia catholica, in omni loco offeretur incensum, & hostia pura. Iustinus in Dialogo cum Tryph. vnde & de sacrificiis quę à nobis offeruntur in omni loco, Deus dicit per Malachiam, & in omni loco sacrificatur, & offertur mihi hostia munda. De pane & poculo Eucharistiæ loquitur. Supra verba Græca posuimus. S. Cyprianus ep. 3. lib. 2. sacrificium Melchisedech. Sacrificij nostri figuram fuisse testatur. Tamen quoniam quidam vel ignoranter, vel simpliciter in calice Dominico sanctificando, & plebi ministrando non hoc faciunt quod Iesus Christus Dominus ac Deus noster sacrificij huius auctor & doctor fecit, admonitos autem nos scias vt in calice offerendo Dominica traditio seruetur, vt calix qui in cōmemorationem eius offertur, mixtus vino offeratur. Item in sacerdote Melchisedech sacrificij Dominici sacramentum præfiguratum videmus: nam quis magis sacerdos Dei quam Dominus noster Iesus Christus qui sacrificium Deo patri obtulit, & obtulit hoc idem quod Melchisedech obtulerat, id est, panem & vinum, suum scilicet corpus & sanguinem. Item, Nam in sacrificio quod Christus obtulit

ad ſacrificium opus eſſe Sacerdote, qui victimam iugulet, opus eſſe victima, quæ iuguletur? Fateor tamen crucis ſacrificium verè ſacrificium eſſe, quia Christus ſe ſponte pro nobis patri victimam obtulit quaſi agnus ad occiſionem ductus, vt loquitur Iſaias. Athanaſius de regali ſacerdotio, κατὰ δὲ τὴν νῦν πολιτείαν αὐτὸς ὁ χριστὸς ὁ ἀληθινὸς ἡμῖν μελχισεδὲκ, &c. βασιλεὺς μὲν ὡς θεὸς, ἱερεὺς δὲ ὡς ἑαυτοῦ θύτης τε, καὶ προσαγωγεύς. ὁ γὰρ αὐτός τε καὶ ἱερεὺς, καὶ ἱερεῖον. In Republica Christiana quæ nunc viget, Christus verus nobis Melchiſedech, Rex vt Deus, Sacerdos vt ſui ipſius ſimulator, & productor. Ipſe enim eſt, & Sacerdos, & victima. Quæ verba non ad ſacrificium crucis, ſed ad ſacrificium Euchariſtiæ pertinent. Sacrificij quidem cruenti in cruce victus eſt infinita, quæ ad fideles omnes in lege naturæ, in lege veteri, & noua propagatur, quæ vim & efficientiam ſacrificio Euchariſtiæ, & omnibus ſacramentis impertita eſt, ſed hoc aio, ſacrificium crucis non magis nouæ legi quàm veteri fuiſſe proprium: hoc adiuuo, ſacrificium religionis cuiuſque ac legis, cum ipſa lege ac religione perennare debere. Sacrificium Aaronicum cum lege veteri perennauit, ea ſublata ſublatum eſt. Ritus ſacrificij cruenti in cruce per aliquot tantum horas perdurauit, quandiu victima ſanctiſſima in cruce ſuffixa eſt, quanquam efficientia eius ad præterita, præſentia, futura ſæcula profectur. Cùm igitur ſacrificium cuique legi proprium, quandiu lex viget, ipſum vigere, ac perſeuerare debeat, in lege Christi ſacrificium aliquod proprium ac ſingulare eſſe neceſſe eſt, quod cum ipſa lege perennet. Hoc eſt ſacrificium altaris, quod cum lege Christi perſeuerat. Deinde vt Paulus ait cap. 5. ad Hebræos omnis Sacerdos ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis. cap. 8. Omnis Pontifex ad offerendum munera & hoſtias conſtituitur. Vbi eſt Sacerdos, ibi eſt ſacrificiū. In lege Christi ſunt Sacerdotes quod admittis, ergo & in Christi lege ſacrificiū eſt. Vbi eſt altare, ibi & ſacrificiū: in Christi lege eſt altare, cuius participes eſſe non poſſūt, qui tabernaculo deſeruiunt, vnde ſequitur in lege Christi verum eſſe ſacrificium. At ſacrificium illud non eſt crucis, ergo ſacrificium eſt corporis Domini in altari. Sed veterum Patrum verba, ſat ſcio, te magis afficient. Ambroſius ad cap. 5. ep. ad Hebræos. Huius ordinem ſacrificij corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Christi per myſticam ſimilitudinem Melchiſedech inſtituit. In orat. 1. præpar. ad Miſſam, Accedo ad altare tuum, vt offeram tibi ſacrificium quod tu inſtituiſti, & offerri præcepiſti. In oratione funeb. Valentiniani. Date manibus (id eſt, animæ eius) ſancta myſteria, Pio requiem eius poſcamus affectu. Animam piam noſtris oblationibus proſequemur. Ad Pſalmum 38. Quanquam hodie non videtur Christus offerre, tamen ipſe offertur in terris, quando Christi corpus offertur. Ad cap. 1. Lucæ Angelum Dei aſſiſtere docet quando Christus aſſiſtit, quando Christus immolatur: etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Christus. Ad cap. 10. ad Hebræos. In Christo ſemel oblata eſt hoſtia, potens ad ſalutem ſempiternam. Quid ergo nos? Nonne per ſingulos dies offerimus? offerimus quidem ſed recordationem facientes mortis eius. Et vna hæc eſt hoſtia, non multæ, quia ſemel oblata eſt in ſancta ſanctorum. Hoc ſacrificium exemplar illius eſt, id ipſum ſemper offerimus, nec nunc quidem alium agnum cras, alium hodie, ſemper ipſum. Ad cap. 5. ad Hebræos. Christus eſt Sacerdos propter victimam quam pro nobis offerebat a nobis ſuſceptam, id eſt, carnem & ſanguinem, de qua victima ipſe in Euangelio ait, niſi manducaueritis. Baſilius in Liturgia. εὐλόγησον δέσποτα τὸν ἅγιον ἄρτον· τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον αὐτὸ τὸ τίμιον σῶμα καὶ αἷμα τοῦ κυρίου, καὶ θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ι. χριστοῦ. εὐλόγησον δέσποτα τὸ ἅγιον ποτήριον τοῦτο αὐτὸ τὸ τίμιον αἷμα τοῦ κυρίου ἐκχυθὲν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς, μεταβαλὼν τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ σιγησάτω πᾶσα σὰρξ βροτεία, καὶ στήτω μετὰ φόβου καὶ τρόμου. ὁ γὰρ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων προέρχεται σφαγιασθῆναι τοῖς πιστοῖς. προηγοῦνται δὲ τούτου οἱ χοροὶ τῶν ἀγγέλων, ἵνα ὑποδεχόμενοι τὴν μερίδα τῶν ἡγιασμένων σου ἑνωθῶμεν τῷ ἁγίῳ σώματι, καὶ αἵματι τοῦ χριστοῦ σου, καὶ ὑποδεξάμενοι αὐτὰ ἀξίως σχῶμεν τὸν χριστὸν κατοικοῦντα ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν· καὶ ἀρχιερεὺς ἡμῶν ἐχρημάτισας, καὶ τῆς λειτουργικῆς ταύτης καὶ ἀναιμάκτου θυσίας τὴν ἱερουργίαν παρέδωκας. ἱκάνωσόν με ἐνδεδυμένον τὴν τῆς ἱερατείας χάριν παραστῆναι τῇ ἁγίᾳ σου ταύτῃ τραπέζῃ, καὶ ἱερουργῆσαι τὸ ἅγιον καὶ ἄχραντόν σου σῶμα, καὶ τίμιον αἷμα σὺ δὲ εἶ ὁ προσφέρων, καὶ προσφερόμενος καὶ προσδεχόμενος, καὶ διαδιδόμενος χριστὲ ὁ θεός. ὁ δὲ κύριος λέγων μεῖζον τοῦ ἱεροῦ ὧδε, παιδεύει ἡμᾶς ὅτι τοσούτῳ ἀσεβέστερός ἐστιν ὁ τολμῶν ἱερατεύειν τὸ σῶμα τοῦ κυρίου τοῦ δόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ θεῷ, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, ὅσον τὸ σῶμα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ ὑπερέχει κριῶν καὶ ταύρων. &c. Benedic Domine, ſanctum panem. Hunc panem ipſum corpus Domini & Dei & ſeruatoris noſtri Ieſu Christi. Benedic Domine hunc ſacrum calicem ipſum pretioſum ſanguinem Domini, effuſum pro mundi vita, mutans ſpiritu tuo ſancto: taceat omnis caro humana, & ſtet cum metu & tremore. Rex enim regum procedit vt immoletur fidelibus, præeunt ei viam chori angelorum vt excipientes partem ſanctificatorum tuorum vniamur ſacro corpori

X &c ſangui

& sanguini Christi tui, & cùm susceperimus ea dignè habemus Christum inhabitantem in cordibus nostris. Et Pontifex noster fuisti & immolationem liturgicæ huius, & incruentæ hostiæ tradidisti. Idoneum me reddito, qui sum indutus Sacerdotij gratia, vt adstem tuæ huic sacræ mensæ, & vt sacrificem sanctum, & impollutum tuum corpus, & pretiosum sanguinem. Tu autem es offerens, & oblatus, & susceptus, & distributus Christe Deus. Idem libro de Baptismo cap. 2. Dominus dicens, hic maius aliquid templo, sic nos docet, quod tanto sceleratior est qui audet immolare corpus Domini, qui dedit seipsum pro nobis sacrificium, & oblationem Deo in odorem suauitatis, quanto corpus vnigeniti filij Dei antecellit arietibus & tauris. Ita sit aliquis dignus mysterium Domini sacrificare. Addis Iustinum in Dialogo cum Tryphone dixisse, ἄρτον ποιεῖν, Augustinum lib. 3. de Trinit. cap. 10. Panem ad hoc factum. Locum Iustini supra integrum adscripsi, è quo agnosces panem facere, nihil aliud esse, quàm panem in corpus Christi conuertere, è pane sacrificium corporis Christi conficere, in quod panis mutatus est. Gregorius Nyssenus, ἄρτος, πόα, ὕδωρ ἐν ἡμῖν γενόμενα αἷμα καὶ σῶμα γίνεται καταλλήλως διὰ τῆς ἀλλοιωτικῆς δυνάμεως πρὸς τὸ τοῦ σώματος εἶδος τῆς τροφῆς μεταποιουμένης· καλῶς οὖν καὶ νῦν τῷ λόγῳ τοῦ θεοῦ ἁγιαζόμενον ἄρτον εἰς σῶμα τοῦ θεοῦ λόγου μεταποιεῖσθαι πιστεύομεν. Cyrillus Hierosolymit. catech. 4. τὸ ὕδωρ ποτὲ εἰς οἶνον μεταβέβληκεν οἰκεῖον αἵματι ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ οὐκ ἀξιόπιστός ἐστιν οἶνον μεταβάλλων εἰς αἷμα. Panis, herba, aqua in meo stomacho sanguis & corpus fiunt, cibo per alterantem facultatem in corporis naturam translato. Pulchre igitur & nunc panem, verbo Dei consecratum in corpus Dei verbi conuerti & transformari credimus. S. Cyrillus, aquam aliquando in vinum mutauit sanguini familiarem, & affinem in Cana Galilææ, & fide dignus non est vinum in sanguinem conuertens. Samonas Episcopus Gazæ. ἢ οὐκ οἶδας δυνάμενον τὸ πανάγιον τοῦ θεοῦ πνεῦμα ὅπερ τὸ σὸν δύναται ἧπαρ ἐκτελεῖν τὸν ἄρτον μεταβάλλειν εἰς σάρκα. An non dederis sanctissimum spiritum posse, quod tuum iecur potest efficere, mutans panem in carnem. Chrysostomus in Liturgia, αὐτὸ τὸ πνεῦμά σου τὸ πανάγιον κατάπεμψον δέσποτα ἐφ' ἡμᾶς ἵνα ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον σῶμα ἅγιον τοῦ χριστοῦ σου. Ipsum spiritum tuum sacrosanctum immitte super nos Domine, vt faciat panem hunc corpus sanctum Christi tui. Iacobus in Liturgia, ἐξαπόστειλον πνεῦμά σου, ἵνα ἐπιφοιτῆσαν ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον σῶμα ἅγιον τοῦ χριστοῦ σου, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο αἷμα τίμιον τοῦ χριστοῦ σου. Mitte spiritum tuum, vt aduentans faciat hunc panem corpus sanctum Christi tui, & poculum hoc sanguinem pretiosum Christi tui. Basilius in Liturgia, σὲ παρακαλοῦμεν ἐλθεῖν τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα, καὶ εὐλογῆσαι ταῦτα, καὶ ἁγιάσαι, καὶ ἀναδεῖξαι τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον αὐτὸ τὸ τίμιον σῶμα τοῦ κυρίου τὸ δὲ ποτήριον τοῦτο αὐτὸ τὸ τίμιον αἷμα τοῦ κυρίου, καὶ θεοῦ τὸ ἐκχυθὲν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. Te rogamus vt veniat Spiritus sanctus super nos, & super dona ista proposita, & benedicat ea, & sanctificet, & efficiat hunc panem ipsum pretiosum corpus Domini, & calicem hunc ipsum pretiosum sanguinem Domini, & Dei effusum pro vita mundi. Ioannes Damascenus lib. 4. cap. 14. εἰ τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, οὐ δύναται τὸν ἄρτον ἑαυτοῦ σῶμα ποιῆσαι, καὶ τὸ ὕδωρ αἷμα. Si verbo Domini cœli firmati sunt, non poterit idem verbum panem efficere corpus suum, & aquam sanguinem. Tantus in te candor est, vt veteres patres mutationem illam panis in corpus, vini in sanguinem, quæ fit in mysteriis tenuisse diffiteri nolis. Hoc vult Hieronymus ad Heliodorum, cuius verba adscribis, Sacerdotes qui Apostolico gradui succedentes Christi corpus ore sacro conficiunt. Idem ad Euagrium, ad Presbyterorum preces Christi corpus, sanguisque conficitur. Conficere corpus, inquis, est sacramentum corporis Christi conficere. Imo vt patres vno ore profitentur, conficere corpus est panem in corpus Christi conuertere. Cyprianus lib. de cœna Domini, Panis iste quem Dominus discipulis porrigebat, non effigie, sed natura mutatus omnipotentia verbi factus est caro. Chrysostomus in precatione, ἱκετεύομεν, κατάπεμψον τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα, καὶ ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον τὸ τίμιον σῶμα τοῦ χριστοῦ σου, τὸ δὲ ἐν τῷ ποτηρίῳ τούτῳ, τὸ τίμιον αἷμα τοῦ χριστοῦ σου, μεταβαλὼν τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ. Supplicamus, mitte Spiritum tuum sanctum in nos, & in ista dona proposita, & fac panem istum pretiosum corpus Christi tui, & quod est in hoc calice, pretiosum sanguinem Christi tui, mutans ea per Spiritum sanctum tuum. Ambr. lib. de iis qui initiantur mysteriis, fortè dicas aliud video, quomodo tu mihi asseris quod corpus Christi accipiam? quantis vtimur exemplis, vt probemus non esse quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit, maioremque esse vim benedictionis quàm naturæ, quia benedictione etiam natura ipsa mutatur. Quod si tantum valuit sermo Heliæ vt ignem de cœlo deponeret, non valebit sermo Christi, vt species mutet elementorum. Sermo Christi qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quæ sunt in id mutare quod non erant. Augustinus apud Bedam ad cap. 10. epist. 1. ad Corinth. Non omnis panis, sed accipiens benedictionem fit corpus Christi. Idem apud Gratianum

num de conſecrat. di. 2. can. verum ſub figura. Corpus Chriſti & ſanguis virtute Spiritus ſancti ex panis & vini ſubſtantia efficitur. Item, ſicut ipſe Chriſtus eſt qui baptizat, ita ipſe eſt qui per ſpiritũ ſanctũ hanc ſubſtantiã efficit carnem, & tranſit vinum in ſanguinem. Item fideliter fatemur ante conſecrationem panem eſſe & vinum quod natura formauit, poſt conſecrationem vero carnem Chriſti & ſanguinem eſſe, quod benedictio conſecrauit. Hæc ædificatio ſpiritalis nunquam opportunius petitur quam cum ab ipſo Chriſti corpore quod eſt eccleſia, in ſacramento panis & calicis ipſum Chriſti corpus & ſanguis offertur. Calix enim quem bibimus communicatio ſanguinis Chriſti eſt, & panis quem frangimus participatio corporis Domini eſt. Obſeruabis, opinor, aliud eſſe ſacramentum, aliud corpus Chriſti quod ſub ſacramento panis offertur. Gregorius magnus ho. 14. in Euangel. interpretatur verba Ioan. cap. 10. Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis, vt in ſacramento noſtro corpus ſuum & ſanguinem verteret, & oues quas redemerat carnis alimento ſatiaret homil. 22. in Euangel. In nocte quippe agnum comedimus, quia in ſacramento modo Dominicum corpus accipimus. Quid autem prodeſt corpus & ſanguinem illius ore percipere, & ei peruerſis moribus contraire. Agnoſcis aliud eſſe ſacramentum & ſignum, aliud corpus Chriſti, quod in ſacramento accipitur Ambroſius lib. 4. c. 4. de ſacram. Quomodo poteſt qui panis eſt corpus eſſe Chriſti? conſecratione. Conſecratio igitur quibus verbis eſt, & cuius ſermonibus? Domini Ieſu c. 5. li. 4. Antequam conſecretur, panis eſt, vbi autem verba Chriſti acceſſerint, corpus eſt Chriſti. Denique audi dicentem, accipite & edite ex hoc omnes, hoc eſt enim corpus meum. Ante verba Chriſti, calix eſt vini & aquæ plenus, vbi verba Chriſti operata fuerint, ibi ſanguis efficitur, qui plebem redemit. Ergo quantis generibus potens eſt ſermo Chriſti vniuerſa conuertere. Deinde ipſe Dominus Ieſus teſtificatur nobis, quod corpus ſuum accipiamus & ſanguinem. Nunquid debemus de eius fide & teſtificatione dubitare. &c. Ergo non otioſe cum accipis tu dicis, Amen, iam in ſpiritu confitens quod accipias corpus Chriſti. Dicit tibi ſacerdos, corpus Chriſti, & tu dicis, Amen. Hoc eſt verum. Quod confitetur lingua, teneat affectus. Et hoc ipſum fatere, amplectere, mi Caſaubone, nec contra ſtimulos calces. Baſilius lib. de ſpiritu ad Amphilochium c. 27. τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας, καὶ τοῦ ποτηρίου τῆς εὐλογίας, τίς τῶν ἁγίων ἐγγράφως ἡμῖν καταλέλοιπε. οὐ γὰρ δὴ τούτοις ἀρκούμεθα ὧν ὁ ἀπόστολος, ἢ τὸ εὐαγγέλιον ἐπεμνήσθη. δὸς χάριν παραστῆναι τὰ ἅγιά σου ταύτῃ τραπέζῃ, καὶ ἱερουργῆσαι τὸ ἅγιον, καὶ ἄχραντόν σου σῶμα, καὶ τίμιον αἷμα. Quis ſanctorum Patrum verba inuocationis in confectione Panis Euchariſtiæ, & calicis benedictionis in ſcriptis nobis reliquit. Non enim his contenti ſumus quæ Apoſtolus & Euangelia commemorant. Verba illa inuocationis in Liturgia; da gratiam, vt ſancta tua huic menſæ aſſiſtant, & vt ſacrificem ſanctum & impollutum tuũ corpus, & pretioſum ſanguinem. Tu enim es qui offers, & offertis & ſuſciperis, & diſtribueris Chriſte Deus noſter. Ipſum tuum ſpiritum ſanctum mitte Domine ſuper nos, vt faciat panem hunc corpus ſanctum Chriſti tui. & calicem hunc ſanguinem pretioſum Chriſti tui. Chryſoſt. ho. 51. in Mar. qui dixit, hoc eſt corpus meum, & rem ſimul cum verbo confecit. Gregorius Nyſſe. Catech. magna. καλῶς οὖν καὶ νῦν τῷ λόγῳ τοῦ θεοῦ ἁγιαζόμενον ἄρτον εἰς σῶμα τοῦ θεοῦ λόγου μεταποιεῖσθαι πιστεύομεν. Pulchrè igitur & nunc ſermone Dei ſanctificatum panem in corpus Dei verbi transformari credimus. Theodoret. Graptes, ὥσπερ γὰρ ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος, καὶ ὕδωρ φυσικῶς εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ ἐσθιόντος, καὶ πίνοντος μεταβάλλεται, καὶ οὐκ ἂν εἴπωμεν ἕτερον σῶμα γίνεσθαι, οὕτω δὴ καὶ ταῦτα ὑπὲρ φύσιν ἐπικλήσει τοῦ ἱερεύοντος, ἐπιφοιτήσαντι τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Χριστοῦ μεταβάλλεται. Vt enim panis & vinum & aquæ naturæ virtute in corpus & ſanguinem comedentis & bibentis mutantur, & tamen non dicemus aliud fieri corpus, ita & iſta ſupra naturam inuocatione ſacerdotis, & aduentu ſpiritus ſancti in corpus & ſanguinem Chriſti mutantur. Sacerdos igitur eſt συμβόλων δημιουργὸς, quia ſub ſignis vi verborum Chriſti corpus & ſanguinem Dei verbi conſtituit. Adiuuas ſigna vocari antitypa, & ſimilitudinem ſeu figuram corporis & ſanguinis Chriſti, quæ cum ipſa re ſignificata vi conſecrationis coniuncta non ſint, cum tamen corpus Chriſti fide manducari à fidelibus adſcueres. Ad quę reſpondeo, antitypa interdum appellari ſigna nuda ſine re, & tum negare Patres Euchariſtiam eſſe antitypum corporis Chriſti, interdum vero antitypum dici ſignum cum re ſignificata coniunctũ, quo ſignificatu Euchariſtia dicitur antitypũ. Theophylactus ad c. 6. Iohannis, εἰπὼν τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου δεικνύει, &c. Dicens hoc eſt corpus meũ oſtēdit, quod panis ſanctificatus in altari, eſt ipſiſſimum Chriſti corpus, & non antitypũ; item πρόσχες ὅτι ὁ ἄρτος ὁ ἐν τοῖς μυστηρίοις ὑφ᾽ ἡμῶν ἐσθιόμενος οὐκ ἀντίτυπόν ἐστι τῆς τοῦ κυρίου σαρκός, ἀλλ᾽ αὐτὴ ἡ τοῦ κυρίου σάρξ, οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι ὁ ἄρτος ὃν ἐγὼ δώσω ἀντίτυπόν ἐστι τῆς σαρκός, ἀλλ᾽ ἡ σάρξ μου ἐστί. Samonas epiſcopus Gazę in Dialogo cũ Achmete, μὴ γένοιτο ἡμᾶς εἰπεῖν ἀντίτυπον τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ τῆς ἁγίας κοινωνίας, ἢ ψιλὸν ἄρτον, ἢ τύπον ἢ εἰκόνα, ἀλλ᾽ αὐτὸ τὸ σῶμα καὶ αἷμα ἀληθῶς Χριστοῦ. Attēde quod panis qui à nobis in

X 2 myſte

mysteriis comeditur non est antitypum carnis Domini, sed ipsa Domini caro. Non enim dixit, Panis quem ego dabo antitypum est carnis meæ, sed caro mea. Samonas, absit, vt dicamus laudatam communionem antitypum esse corporis Christi, aut nudum panem, aut typum, aut similitudinem, & imaginem, sed ipsum corpus & sanguinem vere Christi. Contra, vbi antitypū significat signum cum re significata coniunctum, Eucharistiam antitypū esse asserunt. Germanus Patriarcha in Liturgiæ expositione. καὶ τὸ τίμιον αὐτοῦ σῶμα καὶ αἷμα ἡμῖν δέδωκε εἰπών, τοῦτο ποιεῖτε &c. ἡμεῖς δὲ μεμνημένοι τῆς αὐτῆς ἐντολῆς, τὰ ἀντίτυπα προσφέρομεν λέγοντες τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν σοι. Et pretiosum suum corpus & sanguinem nobis dedit, dicens, hoc facite in meam memoriam. Nos autem memores præcepti eius, antitypa offerimus dicentes tua ex tuis tibi offerimus. Item, παραδοὺς δὲ ἡμῖν τὰ ἀντίτυπα μυστήρια τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος: Cum nobis tradidisset antitypa mysteria pretiosi corporis & sanguinis, ait Clemens Romanus lib. 5. ca. 14. Constitut. Theodoret. 2. Dial. εἰ τοίνυν τοῦ ὄντος σώματος ἀντίτυπά ἐστι τὰ θεῖα μυστήρια, σῶμά ἄρα ἐστὶ καὶ νῦν τοῦ δεσπότου σῶμα. Si igitur sancta mysteria antitypa sunt corporis quod reuera existit, vere corpus est, & nunc Domini corpus. Andreas Archiepiscopus Cretæ Sermon. εἰς τὰ Βαΐα: θύεται γὰρ ἐν ἀντιτύποις ὑπὲρ ἡμῶν συμβόλοις ἱεροθυτούμενος. Immolatur in antitypis signis pro nobis sacrificatus. Magnes vetus auctor οὐκ ἔστι εὐχαριστία τύπος τοῦ σώματος, καὶ τοῦ αἵματος ὥς τινες ἐρραψῳδήκασι πεπηρωμένοι τὸν νοῦν, μᾶλλον δὲ σῶμα καὶ αἷμα. Eucharistia non est figura corporis & sanguinis Christi quod nonnulli occinunt rationis expertes, sed corpus & sanguis Domini. Cyrillus Catech. 5. γεύσασθε καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος, μὴ τῷ σωματικῷ ἐπιτρέψητε τὸ κριτήριον. οὐχὶ, ἀλλὰ τῇ ἀνενδοιάστῳ πίστει. γευόμενοι γὰρ οὐκ ἄρτου κελεύονται γεύσασθαι, ἀλλ' ἀντιτύπου σώματος καὶ αἵματος. Gustate & videte, quia Christus Dominus, ne corporeis sensibus iudicium permittite, sed fidei indubitatæ. Qui enim gustant, non panem gustare iubentur, sed corpus & sanguinem qui sub signis subest. Vides interesse plurimum inter panem quod signum est & figura, & corpus antitypum, quæ veritas est figuris respondens. Turrianus vir doctissimus ἀντίτυπα interpretatur, ἀντὶ τύπων παλαιῶν δοθέντα, οὐ μὲν τὰ τῆς ἀληθείας ἔρημα κατὰ τοὺς τύπους τῆς παλαιᾶς διαθήκης, οὐ δὲ τὴν αὐτὴν ἀλήθειαν ἐν τῷ φανερῷ ἔχοντα, ἀλλὰ κεκρυμμένην ἐν ἀφανεῖ καὶ μυστηριώδει, ἀναλόγως τοῖς καθ' ἡμᾶς νῦν διὰ τὸ χρῄζειν καὶ ἡμᾶς τῆς ὑλαίας χειραγωγίας, πρὸς τὴν τῶν θείων κατανόησιν, καὶ κατὰ τοῦτο λέγει ἀντίτυπα ὄντα τῶν ἐν οὐρανοῖς φαινομένων. Antitypa quæ data sunt pro veteribus figuris, non derelicta à veritate vt figuræ veteris testamenti, neque habentia veritatem omnium oculis expositam, sed absconditam in occulto & mystico, accommodata ad hominis ingenium, quod egeamus & nos pinguiori manuductione ad cœlestia capienda, & hac mente sunt antitypa eorum quæ in cœlis videntur. Sed redeamus ad mutationem illam admirabilem. Beatus Augustinus serm. 18. de verbis Domini, Dixi vobis quod ante verba Christi quod offertur, panis dicatur, vbi Christi verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, sed corpus appellatur. Quia scilicet res id appellantur, quod sunt. Germanus Patriarcha Constantinopol. καὶ παρακαλεῖ πάλιν τελειῶσαι τὸ μυστήριον τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. καὶ γεννηθῆναι, ἤτοι μεταποιηθῆναι αὐτὸν τὸν ἄρτον, καὶ τὸν οἶνον εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ χριστοῦ καὶ θεοῦ, καὶ πληρωθήσεται τὸ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· ὅθεν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα τῇ εὐδοκίᾳ τοῦ πατρὸς, καὶ βουλήσει τοῦ υἱοῦ ἀοράτως παρὸν ὑποδεικνύει τὴν θείαν ἐνέργειαν, καὶ τῇ χειρὶ τοῦ ἱερέως ἐπισφραγίζει καὶ μεταβάλλει, καὶ τελειοῖ τὰ προκείμενα ἅγια δῶρα εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ εἰπόντος, ὅτι ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτὸν, ἵνα ὦσι καὶ αὐτοὶ ἡγιασμένοι, ὅπως ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μοῦ τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένῃ, καὶ ἐγὼ ἐν αὐτῷ. Et hortatur rursus eum perficere mysterium filij sui, & generari, aut conuerti ipsum panem & vinum in corpus & sanguinem Christi Dei, & implebitur quod scriptum est, ego hodie genui te. Vnde & sanctus spiritus voluntate patris & filij inuisibiliter præsens ostendit diuinam efficientiam, & manu sacerdotis signat, & mutat, & perficit proposita sancta dona in corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, qui dixit, pro iis me ipsum sanctifico, vt sint & ipsi sanctificati, vt qui comedit carnem meam, & bibit meum sanguinem in me maneat, & ego in eo. Subiicis deinde, mi Casaubone, locum ex Ambrosio lib. de iis qui initiantur myster. c. 9. qui te à tuo errore abducere debuerat. Verba sic habent. Hoc quod conficimus corpus ex virgine est, vt ipse ascribis. Locum integrū recitabo. Considera nunc vtrū præstantior sit panis Angelorum, an caro Christi, quæ vtique corpus est vitæ, manna illud è cœlo, hoc supra cœlum: illud cœli, hoc cœli cœlorum: illud corruptioni obnoxium, si in diem alterum seruaretur, hoc alienum ab omni corruptione, quod quicumque gustauerit corruptionem sentire non poterit: illis aqua

de petra fluxit, tibi sanguis è Christo: illos ad horam satiauit aqua, te sanguis diluit in æternum: Iudæus bibit, & sentit, tu cum biberis sitire non poteris, & illud in vmbra, hoc in veritate. Potior enim lux quàm vmbra, veritas quàm figura, corpus authoris quàm manus de cœlo, de totius mundi operibus, legisti, quia ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. Sermo autem Christi, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quæ sunt, in id mutare quod non erant? Non enim minus est nouas rebus dare, quàm mutare naturas. Sed quid argumentis vtimur? suis vtamur exemplis, incarnationisq; exemplo astruamus mysterij veritatem, nunquid naturæ vsus præcessit? Cùm Iesus Dominus ex Maria nasceretur: si ordinem quærimus viro mixta fœmina generare consueuit. Vera vtique caro Christi, quæ crucifixa est, quæ sepulta est, verè carnis illius sacramentum est. Ipse clamat Dominus Iesus, hoc est corpus meum, ante benedictionem verborum cœlestium, alia species nominatur, post consecrationem corpus Christi significatur, ipse dicit sanguinem suum: ante consecrationem aliud dicitur, post consecrationem aliud nuncupatur, & tu dicis Amen, hoc est, verum est: quod os loquitur, mens interna fateatur. Quod sermo sonat, affectus sentiat. His igitur sacramentis pascit Ecclesiam suam Christus quibus animæ formatur substantia. Et in lib. 4. Sacram. cap. 4. Tu fortè dicis meus panis est vsitatus, sed panis iste, panis est ante verba sacramentorum, vbi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Hoc igitur astruamus, quomodo potest, qui panis est, corpus esse Christi? consecratione: consecratio igitur quibus verbis est, & cuius sermonibus? Domini Iesu. Nam reliqua omnia quæ dicuntur laus Deo refertur: oratione petitur, pro populo, pro regibus, pro cæteris, vbi venitur, vt conficiatur venerabile sacramentum, iam non suis sermonibus Sacerdos, sed vtitur sermonibus Christi. Ergo sermo Christi hoc conficit Sacramentum. Quis sermo Christi? nempe is quo facta sunt omnia. Si ergo tanta vis in sermone Domini Iesu, vt inciperent esse quæ non erant, quanto magis operarius est, vt sint quæ erant, & in illud commutentur? Ergo tibi vt respondeam, non erat corpus Christi ante consecrationem: sed post consecrationem dico tibi, quod iam corpus est Christi, Ipse dixit & factum est: ipse mandauit & creatum est. Ex his igitur non intelligis quantum operetur sermo cœlestis: Si operatus est in fonte terreno, si operatus est sermo cœlestis in aliis rebus, non operatus est in cœlestibus sacramentis? Ergo didicisti quod ex pane fiat corpus Christi: & quod vinum & aqua in calicem mittitur: sed fiat sanguis consecratione verbi cœlestis. Sed fortè dicis, speciem sanguinis non video: sed habet similitudinem. Sicut enim mortis similitudinem sumpsisti, ita etiam similitudinem pretiosi sanguinis bibis, vt nullus horror crucis sit, & pretium tamen operetur redemptionis. Didicisti ergo quia quod accipis corpus est Christi. Addis deinde verba Ambrosij cap. 4. libr. 4. vbi venitur, vt conficiatur venerabile Sacramentum, iam non suis sermonibus Sacerdos, sed vtitur sermonibus Christi. Ergo sermo Christi hoc conficit Sacramentum. Arnobius ad Psalm. 139. Quid tam magnificum, quàm sacramenta diuina conficere? Dionysius Areopag. ὁ τῶν συμβόλων δημιουργός. Ex his verbis arguis veteres patres qui corpus Christi ore Sacerdotum confici dixere, corpus posuisse pro sacramento & signo corporis Christi, qui panis est, corpus Christi significans. Quid si contra ostendero, & euicero Patres, signum ac sacramentum pro verissimo corpore Christi posuisse, quod sub signis latet. Quid si dixero signum Crucis vel penicillo expressum, vel cœlo sculptum, vel cera inustum, vel pigmento illitum, vel lapide incisum, vel luto fictum, vel gypso, signo, auro, argento formatum efficacius esse mortis Christi Domini signum, quàm panem illum tuum verbo ministri cõsecratum? Quid si panem illum tuum nudum ac simplicem à ministro tuo non confici pertendam, qui fit à pistore confectus. Eusch. Emussenus homil. 5. de Paschate, & ideo quia corpus assumptum ablaturus erat ex oculis nostris, & sideribus illaturus, necessarium erat vt nobis in hac die sacramentum corporis & sanguinis sui consecraret, vt coleretur iugiter per mysterium quod semel offerebatur in pretium, vt quia quotidiana & indefessa currebat pro hominum salute redemptio perpetua esset etiam redemptionis oblatio & perennis illa victima viueret in memoria & semper præsens esset in gratia: verè vnica & perfecta hostia, fide æstimanda non specie nec exteriori censenda visu, sed interiori affectu. Vnde merito cœlestis confirmat auctoritas: Quia caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum, quandoquidem qui auctor est muneris, ipse etiam testis est veritatis. Nam inuisibilis Sacerdos visibiles creaturas in substantiã corporis & sanguinis sui verbo suo secreta potestate conuertit dicens. Accipite & edite, hoc est enim corpus meum, & sanctificatione repetita, accipite & bi-

bite, hic est sanguis meus: Ergo sicut ad nutum præcipientis Domini repente ex nihilo substiterunt, excelsa cœlorum, pro funda fluctuum, vasta terrarum pari potentia in spiritualibus sacramentis verbi præcipit virtus, & seruit effectus. Audis visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis Christi conuerti secreta verbi potestate. Leo magnus lib. 2 ad Monimum legendus est. Redeamus ad antitypa, & quæ exciderant subiiciamus. Ioan. Damas. lib. 4. cap. 29. ἀντίτυπα δὲ τῶν μελλόντων λέγονται, οὐχ ὡς μὴ ὄντα ἀληθῶς σῶμα καὶ αἷμα χριστοῦ, ἀλλ' ὅτι νῦν μὲν δι' αὐτῶν μετέχομεν τῆς θεότητος, τότε δὲ νοητῶς διὰ μόνης τῆς θέας. Antitypa futurorũ dicũtur, non quia non sint re vera corpus & sanguis Christi, sed quia nũc quidem per ipsa participes efficimur diuinitatis: tunc autem cùm in cœlo degemus spiritu & mente per solum obtutũ. Origen. ad cap. 33. Matt. in lege Moysis quæ in altare imponebantur per ipsum sancta fiebant. ἐπὶ δὲ ἡμῶν τὸ ἐναντίον ἐστί. τὰ γὰρ ἐπὶ τοῦ λογικοῦ ἡμῶν θυσιαστηρίου ἐπιτελούμενα, ἁγιάζει τὴν τράπεζαν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ σκεύη. In nostra lege contra fit. Quæ enim supra altare nostrũ rationale ponuntur sanctificant mensam, & vasa quæ in iis sunt· ἀντίτυπα γὰρ εἰσὶ τοῦ δεσποτικοῦ σώματος, Quia sunt antitypa Dominici corporis. Elias Cretẽsis in Apolog. Gregorij Nazianz. ἀντίτυπον interpretatur ἰσότυπον, quia præpositio ἀντὶ significat æqualitatem, vt in voce ἀντίταλαντος, ἀντίῤῥοπος. Anastasius lib. cõtra Gaianitas, μὴ γένοιτο ἡμᾶς εἰπεῖν ἀντίτυπον τοῦ σώματος χριστοῦ τὴν ἁγίαν κοινωνίαν, ἢ ψιλὸν ἄρτον, ἀλλὰ ἀληθῶς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ χριστοῦ. Absit vt dicamus sacram communionem antitypum corporis & sanguinis Christi, aut nudũ panem, sed reuera corpus & sanguinem Christi. Ioannes Damas. lib. 4. cap. 14. οὐκ ἔστι τύπος ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος τοῦ σώματος μὴ γένοιτο, ἀλλὰ αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ κυρίου τεθεωμένον, αὐτοῦ τοῦ κυρίου εἰπόντος, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. Panis & vinum non sunt typus corporis & sanguinis, absit: sed ipsum corpus Domini Dei, cũ ipse Dominus dixerit, hoc est corpus meũ. S. Basilius in precatione ad Liturgiam, προσεγγίζομεν τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ, καὶ προθέντες τὰ ἀντίτυπα τοῦ ἁγίου σώματος τοῦ χριστοῦ σου, δεόμεθα ἐλθεῖν τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον, καὶ ἁγιάσαι αὐτὰ καὶ ἀναδεῖξαι τὸν μὲν ἄρτον αὐτὸ τὸ τίμιον σῶμα τοῦ χριστοῦ, accedimus ad tuum sanctũ altare, & propositis antitypis sacri corporis Christi tui, precamur venire spiritum sanctum tuum, & sanctificare ista, & efficere panem pretiosum corpus tuum. Theodotus Episcopus Antiochiæ, ὃν τρόπον οὐ δύο βασιλεῖς, αὐτὸς βασιλεὺς καὶ ὁ τούτου εἰκών, οὐ δὲ δύο σώματα αὐτὸ τὸ χριστοῦ σῶμα τὸ ἐνυπόστατον ἐν οὐρανοῖς ὂν, καὶ ὁ τούτου ἀντίτυπος ἄρτος ἐν ἐκκλησίαις παρὰ τῶν ἱερέων διαδιδόμενος τοῖς πιστοῖς. Quemadmodum non duo sunt reges, ipse rex, & eius imago, ita neque duo sunt corpora, ipsum Christi corpus quod subsistit in cœlis, & panis eius antitypus in ecclesiis à Sacerdotibus distributus fidelibus. Antitypum panem vocat speciem panis sub quo reuera est corpus Christi. Macarius homil. 27. κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν οἱ βασιλεῖς οὐκ ᾔδεισαν ὅτι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ προσφέρεται ἄρτος καὶ οἶνος, ἀντίτυπον τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος, καὶ οἱ μεταλαμβάνοντες ἐκ τοῦ φαινομένου ἄρτου πνευματικῶς τὴν σάρκα τοῦ κυρίου ἐσθίουσι. Id temporis reges ignorabãt in Ecclesia offerri panem & vinũ antitypum carnis eius & sanguinis, & eos qui manducarent eum qui appareret panis, spiritualiter comedere Christi carnem, quia scilicet spiritali quodam, & inuisibili modo Christi caro sub specie panis subest. Epiphan. lib. 2. aduersus Hæres. ὁ μελχισεδὲκ αὐτῷ ἀπήντα τότε, καὶ ἐξέβαλε αὐτῷ ἄρτον, καὶ οἶνον προτυπῶν τῶν μυστηρίων τὰ αἰνίγματα, ἀντίτυπα τοῦ κυρίου ἡμῶν λέγοντος, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ζῶν, καὶ ἀντίτυπα τοῦ αἵματος. &c. Melchisedech ei tunc obuiam factus est, & proposuit ei panem & vinum præfigurans mysteriorum ænigmata, antitypa Domini nostri dicentis, ego sum panis viuus & antitypa sanguinis. Clemẽs Rom. l. 5. Cõstit. c. 14. παραδοὺς δὲ ἡμῖν τὰ ἀντίτυπα μυστήρια τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος. Tradẽs nobis antitypa mysteria pretiosi corporis sui. Addis Ambrosium dixisse mortis similitudinem sumere, & similitudinem pretiosi sanguinis bibere, Tertullianum lib. 4. in Marcionem corpus suum facere, id est figuram corporis sui, Cyprianũ lib. de cœna Domini, corpus suum creare. Leui manu defungeris veterũ Patrũ auctoritatibus. Debueras loca integra, non dimidiata, non tertiata ascribere, non voculas quasdam excipere quarum sententia plena non est, ascribam locũ integrum Ambrosij lib. 4. c. 4. de sacramentis. Ergo tibi vt respondeã, non erat corpus Christi ante consecrationem. sed post consecrationem, dico tibi quod iã est corpus Christi. Ipse dixit & factum est, ipse mãdauit & creatũ est. Ex his igitur non intelligis quantũ operetur sermo cœlestis. Si operatur in fõte terreno. si operatus est sermo cœlestis in aliis rebus, non operatur in cœlestibus sacramẽtis. Ergo didicisti ꝙ ex pane fiat corpus Christi, & quod vinũ & aqua in calicẽ mittitur, sed fit sãguis cõsecratione verbi cœlestis. Sed forte dicis, speciẽ sanguinis nõ video, sed habet similitudinẽ. Sicut enim mortis similitudinẽ sũpsisti, ita etiã similitudinẽ pretiosi sãguinis bibis, vt nullus horror cruoris sit, & pretiũ tamẽ operetur redẽptionis. Didicisti ergo quia quod accipis corpus Christi est. Audis similitudinẽ sãguinis pretiosi bibi, quia species vini quæ apparet, quodãmodo sãguini Christi similis est, qui præsẽs quidẽ est, sed nõ apparet. Tert. verba sũt l. 4. in Marcio. c. 40 Professus se cõcupiscẽtia cõcupisse edere pascha vt suũ (indignũ enim vt quid

alienum

alienum concupisceret Deus) acceptum panem, & distributum discipulis, corpus suum illud fecit, hoc est corpus meum dicendo, id est figura corporis mei. Figura autem non fuisset, nisi veritatis esset corpus. Cæterum vacna res quod est phantasma, figuram capere non possit. Aut si propterea panem corpus sibi finxit, quia corporis carebat veritate, ergo panem debuit tradere pro nobis: faciebat ad vanitatem Marcionis vt panis crucifigeretur. Cur autem panem corpus suum appellat, & non magis peponem, quem Marcio cordis loco habuit non intelligens veterem fuisse istam figuram corporis Christi dicentis per Hieremiam, aduersum me cogitauerunt dicentes, venite coniiciamus lignum in panem eius. Itaque illuminator antiquitatum quid tunc voluerit significasse panem satis declarauit corpus suum vocans panem. Sic enim calicis mentione testamentum constituens sanguine suo obsignatum substantiam corporis confirmauit. Nullius enim corporis sanguis potest esse nisi carnis. Animaduertis, mi Casaubone, quo es acumine, eo loco id agere Tertullianum, vt aduersus Marcionem probet Christum verum corpus, non imaginarium habuisse. Quod è verbis Domini probat, qui dixit, hoc est corpus meum, panemque in suum corpus mutauit qui panis apud Prophetas figura fuit veri & naturalis corporis Christi, maxime apud Hieremiam dicentem, mittamus lignum in panem eius, scilicet crucem in corpus eius: figura enim non potest esse nisi corporis quod reuera existit. Expende quæso te verba illa, si propterea panem corpus sibi fingit quia corporis carebat veritate, ergo panem debuit tradere pro nobis, id est vt interpretor [illegible] pane corpus sibi finxit in Eucharistia, quia corpus habuit imaginarium, inane, phantasticum, & non verum ac physicum, vtique panem qui cruci affigeretur tradere debuit pro nobis, quia in Eucharistia ex pane verum, & physicum corpus sibi facturus erat. Quid si admiseris panem Eucharistiæ signum, & figuram esse corporis Christi sub signo inuisibiliter præsentis. Aduerte quædam esse signa nuda sine re quam significant, ita in veteri lege manna, panis propositionis, panis Heliæ subcinericius, serpens æneus, agnus phase, signa fuere sine re. Alia signa cum re significata coniunguntur, vt spiritus sanctus cum columba quæ ad baptismum Christi Domini aduolauit, & cum linguis igneis quæ Apostolorum capita insederunt. B. Augustin. in sententia ad Prosp. & apud Gratianum dist. 2. can. Hoc est quod dicimus, quod modis omnibus approbare contendimus, sacrificium Ecclesiæ duobus modis confici, duobus consistere visibili elementorum specie & inuisibili Domini nostri Iesu Christi carne, & sanguine, & sacramento, & re sacramenti, id est, corpore Christi. Item can. 47. 1. corpus Christi veritas, & figura est. Veritas quando virtute spiritus sancti substantia panis & vini fit caro & sanguis Christi. Figura quod extrinsecus apparet. Vide, amabo, ne de re ac cæteris figuras occupantibus pro ipsa re vsurpari vere Augustini verba possint lib. 3. de Doctr. Christi, cap. 10. Si animum occupauerit alicuius erroris opinio. Quicquid aliud asseruerit scriptura figuratum arbitrantur. Ambrosius d. 2. can. omnia, licet figura panis videatur, nihil tamen aliud quam Christi corpus & sanguis post consecrationem credendum est. Euthymius ad c. 6. Ioann. Caro mea vere est cibus, confirmans quod non ænigmatice, neque parabolice loqueretur. Guitmundus lib. 3. de sacramentis, oppugnat eos qui ex verbis sancti Hilarij Christum per figuram substantialiter in nobis manere defendebant. Verba eius sic habent. Quomodo igitur, si verbum carnem factum cibo Dominico non substantiue, sed vmbratice sumimus, per hoc consequens est, vt in nobis substantialiter maneat Christus? Item, Illi iudicio Hilarij, verba saluatoris peruerse accipiunt, qui simplici intellectu contempto ad figuras, addendo quod sibi placet, ea traiiciunt. B. August. ser. 2. de verb. Domini, sacramentum fidelium pro vero corpore Christi accipit his verbis. Audiuimus veracem magistrum, diuinum redemptorem commendantē nobis pretiū nostrum sanguinē suū. Locutus est enim nobis de corpore & sanguine suo. Corpus dixit escam, sanguinem potū. Sacramentū fideliū agnoscunt fideles. Origenes in Matt. καὶ γὰρ ὁ τοῦ ἄρτου μετέχων, τοῦ σώματος κυρίου μεταλαμβάνει. οὐ γὰρ προσέχομεν τῇ φύσει τῶν αἰσθητῶν προκειμένων, ἀλλ' ἀνάγομεν τὴν ψυχὴν διὰ πίστεως ἐπὶ τὸ τοῦ λόγου σῶμα. οὐ γὰρ εἶπε τοῦτό ἐστι σύμβολον, ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα δεικτικῶς, ἵνα μὴ νομίσῃ τις τύπον εἶναι. Etenim qui panē comedit, corpori Domini participat. Non enim attēdimus ad naturā sensiliū quę proposita sunt, sed erigimus animā & eleuamus per fidē ad corpus Domini. Non enim dixit, hoc est signum, sed hoc est corpus demonstratiue, ne quis putet typum esse. Tibi excidit locus Gelasij non illius Romani Pontificis, sed alterius episcopi, de cuius ætate incertum est, qua vixerit lib. de duabus naturis. Certe sacramenta quæ sumimus corporis & sanguinis Christi, diuina res est. Propter quod & per eadem diuinæ efficimur consortes naturæ, & tamen esse non desinit substantia panis & vini, & certe imago & similitudo corporis, & sanguinis Christi in actione mysteriorum celebratur. Omnino panis & vini substantiam pro accidentibus vsurpat, alioqui rem diuinam esse non diceret, nec per sacramenta corporis & sanguinis Christi nos diuinæ naturæ consortes fieri assereret. Certe

Gelaſium Papam bene de Euchariſtia ſenſiſſe, verba eius docent ep. ad Maiorinum. Comperimus autem quod quidam ſumpta tantummodo corporis ſacri portione a calice ſacri cruoris abſtineant. Sed vt Gelaſius ille naturam pro ſpecie elementorum viſibili poſuit: ſic & Theodoretus Dialogo 2. qui dicitur. ἀσύγχυτος. ὥσπερ τοίνυν τὰ σύμβολα τοῦ δεσποτικοῦ σώματός τε καὶ αἵματος, ἄλλα μέν εἰσι πρὸ τῆς ἱερατικῆς ἐπικλήσεως, μετὰ δέ γε τὴν ἐπίκλησιν μεταβάλλεται, καὶ ἕτερα γίνεται. Reſpondet Orthodoxus, ἑάλως αἷς ὕφηνας ἄρκυσι. οὐδὲ γὰρ μετὰ τὸν ἁγιασμὸν τὰ μυστικὰ σύμβολα τῆς οἰκείας ἐξίσταται φύσεως, μένει γὰρ ἐπὶ τῆς προτέρας οὐσίας, καὶ τοῦ σχήματος, καὶ τοῦ εἴδους, καὶ ὁρατά ἐστι, καὶ ἁπτά, οἷα καὶ πρότερον ἦν. νοεῖται δὲ ἅπερ ἐγένετο, καὶ πιστεύεται. καὶ προσκυνεῖται, ὡς ἐκεῖνα ὄντα ἅπερ πιστεύεται. μήτε σὺ τοίνυν θέλε καὶ τῇ φύσει ἴσον τῆς θεότητος εἶναι τὸ σῶμα. κἂν γὰρ πιστεύσῃς ὡς ἀληθὲς εἴη τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ προσκομίσῃς τῷ θυσιαστηρίῳ πρὸς μεταποίησιν, μὴ διαστίξῃς δὲ τὴν τοῦ σώματος, καὶ τὴν τῆς θεότητος φύσιν, ἐροῦμεν καὶ σοί, ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς, ἥμαρτες, ἡσύχασον. Eraniſtes, vt igitur ſigna corporis Dominici & ſanguinis alia ſunt ante inuocationem ſacerdotalem, poſt inuocationem mutantur & alia fiunt. Orthodoxus reſpondet, captus es retibus quæ texuiſti. Neque enim poſt ſanctificationem myſtica ſymbola abſcedunt à ſua natura, manent enim in propria eſſentia figuræ & ſpeciei, & videri ac tangi poſſunt vt prius, intelligentia autem comprehenduntur, ea quæ facta ſunt, & creduntur, & adorantur, vt quæ illa ſint quæ creduntur. Noli ergo exiſtimare corpus eſſe æquale diuinitati ſecundum naturam. Quamuis enim credideris quod vere eſt corpus Chriſti, & admoueris ad altare vt transformentur, & non diſtinxeris naturam diuinitatis à corporis natura, dicemus & tibi, ſi recte obtuleris, & non recte diuiſeris: Peccaſti, quieſce. Omnino per οὐσίαν ibidem intelligit eſſentiam accidentium & ſpeciem extrinſecam. Prius enim dixerat Eraniſtes, μετὰ δέ γε τὸν ἁγιασμὸν πῶς ταῦτα προσαγορεύεις. Ὀρθ. σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ. Ἐραν. καὶ πιστεύεις καὶ σώματος Χριστοῦ μεταλαμβάνειν καὶ αἵματος. Ὀρθ. οὕτω πιστεύω. Poſt conſecrationem quomodo ea vocas. Reſpondet Orthodoxus corpus & ſanguinem Chriſti. Eran. Credis te participare corpori & ſanguini Chriſti. Orth. Sic credo. Hilarius Papa d. 2. parte 3. de conſecrat. Can. Corpus Chriſti quod ſumitur de altari figura eſt dum panis & vinum extra videntur, veritas autem, dũ corpus & ſanguis Chriſti in veritate interius creditur. Exiſtimo ad ea quę de ſimilitudinis & figura dixeras tibi abũde ſatisfactũ eſſe. Ad illud quod affers è libro Cypriani de cœna Domini, qui vſque hodie hoc veraciſſimum, & ſanctiſſimum corpus ſuum creat, & ſanctificat, & benedicit, & pie ſumentibus diuidit, animaduertis verba ſole eſſe clariora, quæ alia luce non egent, cum ea illuſtrare poſſint quæ denſiſſima caligine obducta ſunt. Ita Auguſtinus apud Gratianum diſt. 2. Can. vtrum ſub figura. Veritas ait, caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Alioqui, quomodo magnum erit, Panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita, niſi vera ſit caro. Sed quia Chriſtum vorari dentibus fas non eſt, voluit Dominus hunc panem & vinum in myſterio vere carnem ſuam, & ſanguinem ſuum conſecratione ſpiritus ſancti potentialiter creari, & quotidie pro mundi vita myſtice immolari. Vnde agnoſcis creari corpus Chriſti, non quia ex nihilo fiat, ſed quia vi verbi Dei panis in corpus Chriſti trãſeat, & è vino ſanguis Chriſti efficiatur. Deinde verba venerabilis Bedę quãdo creatura panis & vini tranſit in ſacramentum corporis Chriſti, ſic interpretaris, quaſi Beda dixerit, quando Chriſtus, virtute ſua panem & vinum immotat, vt fiant ſacramenta corporis. Quare te hoc mihi reſponde, ſi poſt conſecrationem panis & vinum nuda ſigna corporis Chriſti perſeuerant ſine re ſignificata, quæ fit in illis mutatio. Si enim panis & vinum corporis & ſanguinis Chriſti ſigna ſunt, quia ſicuti ex multis granis & acinis conſtituuntur, ita & corpus myſticum Chriſti ex multis fidelibus, quid amplius ſignificant poſt conſecrationem quam ante? ſupra iam luce clarius oſtendi ſacramentum corporis Chriſti à Patribus appellari, quod verum Chriſti corpus vi verborum quæ à ſacerdote Chriſti perſonam ſuſtinente proferuntur, ſub ſigno panis contineatur. Hilarius lib. 8. de Trinit. Ipſe enim ait, caro mea vere eſt eſca, & ſanguis meus vere eſt potus, qui edit carnem meam, & bibit ſanguinem meum in me manet, & ego in eo. De veritate carnis & ſanguinis non eſt relictus ambigendi locus, &c. Eſt ergo in nobis per carnem, & ſumus in eo dum ſecundum hoc quod nos ſumus, in eo ſumus. Omnino ita legendum eſt, cum vulgo legatur dum ſecundum hoc quod nos ſumus in Deo eſt. Quod autem in eo per ſacramentum communicatæ carnis & ſanguinis ſimus, ipſe teſtatur dicens &c. quoniam & ego in patre meo, & vos in me, & ego in vobis ſupra locum integrum recitaui. Euſeb. Emiſſen. homil. 5. de paſchate, quia corpus aſſumptum ablaturus erat ex oculis noſtris & ſideribus illaturus, neceſſarium erat, vt nobis in hac die ſacramentum corporis & ſanguinis ſui conſecraret, vt coleretur iugiter per myſterium, quod ſemel offerebatur in pretium. Idem in ſer. de Epiphania. Ecce ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Panem & vinum virtute ineffabili in ſui corporis & ſanguinis ſubſtantiam connertit. Sicut enim tunc & viuebat & loquebatur, & tamen a diſcipulis comedebatur, bibebatur, ita & mundo integer,

& in-

& incorruptus manet & a fidelibus suis in panis & vini Sacramento quotidie bibitur & manducatur. Addis ex Hesychio cap. 22. in Leuit. sanctificatio mystici sacrificij, & mutatio est à sensibilibus ad intelligibilia translatio. Optime, Hesychius, quia mutatio illa qua substantia panis transit in substantiam corporis Christi, non cadit sub aciem oculorum, sed intellectu tantum percipitur, creditúrque à fidelibus facta esse, quia re ipsa facta est. Hanc esse mentem Hesychij verba eius indicant lib. 2. in Leuitic. cap. 8. est locus sanctus altare, ibi enim lanctu sanctorum requiescit. Item, ergo & hoc agitur sensibiliter, significatio cuiusdam intelligibilis rei eis qui intendunt præuenit, vt quando ad comestionem sacrificij deficimus, & comedere illud non possumus, mente forsan lassescente, seu deficiente, verum ea quæ videntur corpus oporteat intelligi Domini, in quod oculis nec angeli possunt prospicere, non relinqui, sed etiam ea igni tradi spiritus, vt ea comedat, quæ nobis sunt ex infirmitate inuisibilia lib. 6. cap. 22. Per ignorantiam percipit qui virtutem eius, & dignitatem ignorat, qui nescit quia corpus hoc, & sanguis est secundum veritatem. Item, sanctificationem mystici sacrificij, & à sensibilibus ad intelligibilia translationem, siue commutationem ei qui verus est Sacerdos, videlicet Christo oportet dari, id est, ipsi de eis miraculum cedere, & imputare, quia per eius veritatem, & prolatum ab ea verbum quæ videntur tam sanctificata sunt, quàm cunctum carnis excedunt sensum. Item, sancta sanctorum sunt propriè Christi mysteria, quia ipsius est corpus de quo Gabriel ad virginem dicebat lib. 7. cap. 16. Propter quod sanctuarium eius paueamus, vt nec corpus nostrum polluamus, neque ad corpus Christi in quo est omnis sanctificatio: in ipso enim omnis plenitudo inhabitat diuinitatis, siue subtili diiudicatione nostri temere accedamus, sed prius nosmetipsos probemus, &c. Item lib. 2. in Leuit. cap. 8. Nisi enim Christus rogatus ore Sacerdotum ipse venerit & cœnam sanctificauerit, & initiauerit ea quæ aguntur, nulla tenus sacrificium Dominicum fiunt. Ex his verbis apparet fides Hesychij Christi verum corpus, verbum sacrificium in Eucharistia agnoscentis. Addis & Augustini verba lib. 19. in Faustum, Distinguenda signacula rerum diuinarum visibilia, & inuisibilium gratiam, siue donum spiritnale. Hoc vult Augustinus, sacramentum esse signum visibile, rei sacræ sanctificantis, quæ in oculos non incurrat. Quod fatemur, & speciem panis signum esse dicimus corporis sacri sanctificantis Christi, quod cum præsens sit, oculorum tamen aciem fugit. Optime Ecbertus contra Catharos omnia verba recitas. Quod dicitur Sacerdotes corpus Domini facere siue conficere quod idem sonat in laico sermone, non ita intelligimus, quod ipsi corpus Domini quasi denuo creent, & ei essentiam dent, sed eorum facere, nihil aliud ibi est, nisi quod super illud visibile sacrificium quod in altari est, faciunt officium suum, & dicunt orationes, & benedictiones, & statuta signa faciunt, & tunc diuina virtute præstatur, vt fit ibi verum corpus Domini, & verus sanguis eius, vbi prius nihil aliud erat, nisi panis & vinum. Illud ergo opus Sacerdotum quod tunc agunt tali modo loquendi designari solet, vt ipsi dicantur facere corpus Domini, & est fortasse sumptus hic modus loquendi ex eo quod Dominus tunc dicebat, hoc facite in meam commemorationem. Fatemur igitur cum Ecberto Sacerdotes corpus Domini de nouo non creare, & ei essentiam dare, sed hoc asserimus, Sacerdotes panem conuertere vi verborum in hoc idem corpus quod in cœlo ad dexteram patris sedet, quod ex vtero B. Virginis fusum est, vsque adeo, vt si sanctissimum illud corpus nondum existeret, vi verborum verè existere & à Sacerdote confici de nouo posset. Eodem pertinent ea Basilij verba quæ ascribis, εὐλόγησον, ὦ δέσποτα, τὸν ἅγιον ἄρτον, ποίησον τὸν ἄρτον τοῦτον τίμιον σῶμα τοῦ χριστοῦ σου. Benedic Domine sanctum panem. Fac panem hunc pretiosum corpus Christi tui. A nobis faciunt verba ista patrum. Mi Casaubone, vereor vt in causa tua præuaricator deprehendaris. Addis eleuationem hostiæ Græcè dici κουφισμὸν, ὕψωσιν, ἀνύψωσιν. Verè dicis, & agnoscis ritum solemnem in Ecclesia, qui hodiéque apud nos seruatur. Maximum audi Scholiasten Dionysij, ad hæc verba cap. 3. Eccles. Hierarch. καὶ ὑπὸ ὄψιν ἄγει. τοῦτο σημαίνει, ὡς τότε ἀποκαλυπτομένων τῶν ἁγίων δώρων, μετὰ τὰς εὐχὰς, μενόντων δὲ κεκαλυμμένων ἕως καιροῦ μεταλήψεως· ἢ τάχα τὸν κουφισμὸν καὶ τὴν ὕψωσιν τῆς μιᾶς εὐλογίας τοῦ θείου ἄρτου φησὶν, ὃν ὑψοῖ ὁ ἱερεὺς λέγων, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. Et sub aspectum adducit. Hoc significat, quasi tunc sancta dona retegerentur post preces, quæ manent tecta vsque ad communionem. Aut forte dicit eleuationem vnius eulogiæ diuini panis, quem eleuat Sacerdos dicens sancta sanctis. Recitas verba S. Basilij, mitte Spiritum sanctum tuum in dona ista proposita, & benedic ea, & sanctifica, & effice corpus sanctum tuum. Supra ascripsi verba Græca. Doces ἀναδεῖξαι, nihil aliud esse quàm efficere corpus Christi apud Basilium cap. 27. libri de spiritu ad Amphilochium, quem librum vt proprium ac genuinum Basilij agnoscis. Optime. Addis Iohannem Damascenum duobus locis eum Basilij librum vocare τριάκοντα

κέφαλον, quod 30. capitibus constet. Bellissime his adiungis ex Chrysostomo, Christum videri in altari oculis fidei, lib. 3. de Sacerdot. πάντες δὲ τότε πάντες διὰ τῶν ὀφθαλμῶν τῆς πίστεως. Bene, quia corpus illud licet præsens sub specie panis, oculis corporis est inuisibile. Huc refers Hippolyti martyris verba. libr. de consummatione mundi & aduentu Antichristi, τὸ τίμιον σῶμα, καὶ αἷμα τοῦ χριστοῦ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις οὐκ ἀναφανήσεται. Preciosum corpus & sanguis Christi in diebus illis non efficietur vt interpretaris, vel vt ego, non apparebit, quia non conficietur à Sacerdotibus. Ait enim, sub aduentum Antichristi, καὶ λειτουργία σβεσθήσεται, καὶ τὸ τίμ. &c. & Missa extinguetur, & pretiosum corpus & sanguis Christi non apparebit. Quia vt est apud Danielem capite 7. Id temporis iuge sacrificium non fiet. Addis & ex Oecumenio ad 1. Corinth. cap. 10. ὃ εὐλογοῦντες κατασκευάζομεν, εἰδὼς ὃ λέγω. Calix benedictionis quod benedicentes præparamus, conficimus. Nosti quod dico. Integrum locum recitabo. ποτήριον εὐλογίας φησὶ, τὸ ποτήριον τοῦ αἵματος τοῦ χριστοῦ ὃ εὐλογοῦμεν, ὃ μετὰ χεῖρας ἔχοντες εὐλογοῦμεν τὸν χαρισάμενον ἡμῖν τὸ αἷμα αὐτοῦ, τουτέστιν εὐχαριστοῦμεν, ἢ εὐλογοῦντες κατασκευάζομεν, εἰδὼς ὃ λέγω. οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ χριστοῦ ἐστι· συνάπτει γὰρ ἡμᾶς τῷ χριστῷ τὸ αἷμα αὐτοῦ ὡς μέλη τῇ κεφαλῇ διὰ τῆς μεταλήψεως. Calix benedictionis, ait, calix sanguinis Christi, cui benedicimus, quod habentes in manibus benedicimus eum qui nobis gratificatus est sanguinem suum, id est, gratias agimus, aut quem benedicentes præparamus, conficimus, nosti quod dico. Nunquid non est communio corporis Christi. Nos enim sanguis Christi cum Christo coniungit, vt membra cum capite per communionem. Maximus qui ante mille annos vixit sermone de corpore Christi, ἡ δὲ ὕψωσις τοῦ τιμίου σώματος αἰνίττεται τὴν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ὕψωσιν. μετὰ δὲ τὴν ὕψωσιν εὐθὺς ὁ μερισμὸς τοῦ θείου γίνεται σώματος: Eleuatio pretiosi corporis figurat exaltationem in Cruce. Post eleuationem statim diuisio fit diuini corporis. Quod idem Germanus Constantinopolitanus Patriarcha ostendit in sua Liturgia. Adiuuas Patres dixisse, ἱερουργεῖν, ἱερατεύειν τὸ σῶμα κυρίου, sacrificare, immolare corpus Domini. Optime, quia in Eucharistia, verum est Christi corporis sacrificium. Cosmas Indicopleuta in principio Psalt. ad hæc verba, Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, subiungit, οὐ γὰρ ἡ θεότης ἱερατεύει, ἀλλὰ μᾶλλον λατρεύεται, καὶ τὰ ἱερεῖα προσδέχεται. Tu es Sacerdos in æternum. Deum Sacerdotem esse ait, non quâ Deus est, sed quâ homo. Deus enim non sacrificat, sed Deo sacrificatur, Deus adoratur, & sacrificia excipit. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, ἀλλ' ὁ μὲν παράκλητος ἀόρατος πάρεστι, ὅτι σῶμα αὐτὸς οὐκ ἐφόρεσεν· ὁ δὲ κύριος καὶ ὁρᾶται, καὶ αὐτὸς ἅπτεται διὰ τῶν φρικτῶν μυστηρίων. οὗτος ὁ ἱερεύς. οὐ γὰρ ἅπαξ ἑαυτὸν προσαγαγὼν καὶ θύσας ἐπαύσατο τῆς ἱερωσύνης, ἀλλὰ διηνεκῆ ταύτην λειτουργεῖ τὴν λειτουργίαν. Sed Spiritus quidem Paracletus in mysteriis inuisibilis adest, quia corporis est expers. Dominus autem & videtur, & tangitur. Per terribilia mysteria. Ipse est Sacerdos. Non enim semel seipsum cum produxerit & immolarit, sacerdotio abiit, sed perpetuum nobis hoc sacrificium significat. Latini Patres pro ἱερουργεῖν, sacrificium offerre dicunt. Ambrosius in precatione præparat. ad Missam. Accedo ad altare tuum, vt offeram tibi sacrificium, quod tu instituisti, & offerri præcepisti. Ad caput quintum epistolæ ad Hebræos. Huius ordinem sacrificij corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi per mysticam similitudinem Melchisedech instituit. Basilius in Liturgia dixit, σφαγιασθῆναι, immolari, σιγησάτω πᾶσα σάρξ, καὶ στήτω μετὰ φόβου, καὶ τρόμου· ὁ γὰρ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων καὶ κύριος τῶν κυριευόντων προέρχεται σφαγιασθῆναι τοῖς πιστοῖς. Taceat omnis caro, & stet cum metu & tremore. Rex enim regum, & Dominus Dominantium procedit vt immoletur fidelibus. Item καὶ ἀρχιερεὺς ἡμῶν ἐχρημάτισας, καὶ τῆς λειτουργικῆς ταύτης, καὶ ἀναιμάκτου θυσίας τὴν ἱερουργίαν παρέδωκας. Fuisti noster Pontifex, & ritum sacrificandi hoc incruentum sacrificium tradidisti. ἱκάνωσόν με ἐνδεδυμένον τὴν τῆς ἱερατείας χάριν παραστῆναι τῇ ἁγίᾳ σου τραπέζῃ, καὶ ἱερουργῆσαι τὸ ἅγιον, καὶ ἄχραντόν σου σῶμα. Idoneum me, qui Sacerdotij gratia indutus sum, efficito adstare mensæ tuæ sacræ, & sacrificate sacrum & immaculatum corpus tuum. Epiphanius libro 2. vtitur voce τοῦ ἱερουργεῖν. τὴν δὲ ἱερωσύνην τῷ πατρὶ προσφέρει ἐξ ἀνθρωπότητος τὸ σάρκωμα λαβὼν ἵνα ὑπὲρ ἡμῶν ἱερεὺς κατασταθῇ κατὰ τὴν τάξιν μελχισεδὲκ τὴν μὴ ἔχουσαν διαδοχήν. μὴ, γὰρ τὰ ὑπὲρ ἡμῶν δῶρα προσφέρων εἰς τὸ διηνεκές, πρῶτος μὲν ἑαυτὸν προσενήνοχας, ἵνα λύσῃ θυσίας παλαιᾶς διαθήκης, τὴν ἐντελεστέραν, ζῶσαν ὑπὲρ παντὸς κόσμου ἱερουργήσας αὐτὸς ἱερεῖον, αὐτὸς θῦμα, αὐτὸς ἱερεὺς, αὐτὸς θυσιαστήριον. Sacerdotium patri offert cum ex humana natura massam acceperit, vt pro nobis sit Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, qui successionem non habet

Manet

Maner enim dona pro nobis in perpetuum offerens, primū quidē cū seipsum obtulerit, vt soluat sac. fi. n m vete s testamenti, cum viuens sacrificium perfectus pro vniuerso mundo sacrificarit, ipse victima, ipse sacrificium, ipse sacerdos ipse altare. Epiphanium autem eo loco de la... M. ssæ agere, verba quæ sequuntur indicant, ὁ μελχισεδὲκ προτυπῶν τῶ μυστηρίων τὰ αἰνίγματα Melchisedech præfi urans mysteriorum ænigmata in pane & vino. Chrys. hom. aduersus Iudæ s vtitur voce ἄρτον, loquens de Melchisedech. οὐ θυσίας νομικὰς ἱερεύει, ἀλλὰ ... χὰς κ̀ ἄρτον, κ̀ οἶνον. Qui non sacrificia legalia sacrificauit, sed preces, & panem & vinum. Chrys. in 1. Corinth. c. 10. ἐνταῦθα δὲ ὅπι τῶ πολλῷ φρικωδεστέραν κ̀ μεγαλοπρεπεστέραν ἱερουργίαν κατασκευάσει, αὐτὸ τὰ ... σφαγὰς ἑαυτῶ προσφέρειν κελεύσας. Hic in cœna longe terribilius, & magnificentius sacrificium instituit, cum iussisset, & pro brutorum immolatione seipsum offerrent. Ibidem vocat θυσίας φοβερὰν, καὶ φρικώδη, sacrificium tremendum & terribile. lib. 3. de sacerdotio, ὅταν ... τὸ κ... τεθυμένον, κ̀ κείμενον, κ̀ τὸ ἀρχιερέα ἐφεστῶτα τῷ θύματι, κ̀ πάντας ἐκείνῳ τῷ τιμίῳ φοινισσομένους αἵματι. Cum videris Dominum immolatum, & propositum. & Pontificem adstantem sacrificio & omnes diuino i lo sanguine rubentes. Samonas in Dialogo cum Achmete, ἱερουργούμενος ἄρτος εἰς τὸ ἀληθὲς τοῦ χριστοῦ σῶμα μεταβαλλόμενος δυνάμει θείᾳ. Panis sacrificatus in verum Christi corpus mutatus diuina virtute. Germanus in Liturgia ἱερὰς τ ἀναιμάκτου θυσίας ... γίνεται. Chrysostomus homil. 3. in ep ad Ephes. ἡ θυσία πρόκειται ἣν κ̀ ἄγγελοι φρίττουσι. Tu autem accedens ad sacrificium quod angeli timent. De proditione Iudæ, θυσία πρόκειται φρικτὴ κ̀ ἁγία, ὡς σφαγιαζόμενος προκεῖται ὁ χριστὸς. Accedis ad sacrificium terribile & sanctum. Christus propositus est, vt immoletur Idem in Liturgia ἱερουργῆσαι τὸ ἅγιον κ̀ ἄχραντόν σου σῶμα, κ̀ τὸ τίμιον αἷμα. sacrificare sacrum, & impollutum tuum corpus & pretiosum sanguinem. Dionysius Areop. c. 3. Ecclesi. Hierarch. ὑπὲρ τὴν ὑπὲρ αὐτὸν ἱερουργίας ἀπολογεῖται ὁ ἱερεὺς προτείνων ἱερὰς φησὶ αὐτὸν ἀναβοῶν, σὺ εἶπας, τοῦτο ποιεῖτε εἰς ἐμὴν ἀνάμνησιν. Prius se excusat sacerdos, quod hoc sacrificio defungi audeat, sancte ad eum clamans, tu dixisti, hoc facite in meam commemorationem. Ibidem vocat. τὰ θεουργὰ μυστήρια τῆ τυπικῆς τραπέζης. Mysteria Deum efficientię mensę susceptionis typicæ. Idem ho. in mysticam cœnam. θυσία πρόκειται φρικτὴ κ̀ ἁγία· ἐσφαγμένος πρόκειται ὁ χριστὸς, Chrysost. Accedis ad sacrificium tremendum & sacrum. Chrysost. Propositus est immolatus. Maximus ad cap. 3. Dionysij scribit, ὅτι σύμβολα καὶ συμβολικὴν λέγει τὴν θείαν ἱερουργίαν, καὶ τὰ ἅγια δῶρα σύμβολα τυγχάνει, κ̀ τὰ ἀληθινώτερα, quod vbique Dionysius sacram hierurgiam vocat symbolicam, & sacra dona symbola, & signa cælestium quæ veriora sunt. Deinde verba August. ... ascribis apud Gratianum de consecrat. distinct. 2. can. 72. Sed quia Christum vorari dentibus fas non est, voluit Dominus hunc panem & vinum in mysterio vere carnem suam & sanguinem suum consecratione spiritus sancti potentialiter creari, & quotidie pro mundi vita mystice immolari, vt sicuti de Virgine per spiritum sanctum vera caro sine coitu creatur, ita per eundem ex substantia panis & vini mystice idem corpus c... se... etur. Supra ostendimus ... eari non significare de nihilo fieri, sed è pane corpus, & vino sanguinem vere effi. i In mysterio vero creari dicitur, quia sub signis panis & vini, verum corpus Christi, verus sanguis præsens est, quanquam in oculos non incurrit. In mysterio igitur, id est, in sacramento. Ibidem Augustinus Can. Hoc est quod dicimus quod omnibus modis approbare contendimus sacrificium Ecclesiæ duobus modis confici, duobus consistere, visibili elementorum specie, & inuisibili Domini Nostri Iesu Christi carne & sanguine, sacramento & re sacramenti, id est, corpore Christi. Prosper in sententiis, in Eucharistia est visibilis elementorum species, & inuisibilis Christi caro. Augustinus epistol. ad Bonifacium. Nonne semel immolatus est Christus in se ipso? Et tamen in sacramento non solum per omnes Paschæ solemnitates, sed omni die populus immolatur Sicut ergo secundum quendam modum sacramentum corporis Christi corpus Christi est, sacramentum sanguinis Christi sanguis Christi est, ita sacramentum fidei fides. Quia scilicet per synecdochen continens interdum ponitur pro contento, signum pro re significata, sacramentum pro re sacramenti Idem lib. 5. de Baptismo c. 8. sic indigne quisque sumens sacramentum non efficit, vt quia ipse malus est malum sit, aut quia non ad salutem accipit, nihil acceperit. Corpus enim Domini & sanguis Domini nihilominus erat etiam illis quibus dicebat Apostolus, qui manducat indigne, iudicium sibi manducat: cur autem Christi caro in mysterio manducanda detur iudicat Samonas Dialogo cum Achmete, ἀφαιρεῖται ἡμᾶς τ φρίκην κ̀ τ φόβον, ὃν φυλάττειν καλῶς εἴχομεν ἂν εἰ τὴ αὐτὴ σάρκα ἐν τῷ ... ἤδη ἐκέλευσεν ἡμᾶς λαμβάνειν. Adimit nobis horrorem & metum quo detinemur ... si carnem eius in specie carnis sumere nos iussisset. Cyrillus ad Calocyrium. Ne horremus carnem & sanguinem apposita sacris altaribus, condescendens Deus nostris fragilitatibus influit oblatis vim vitæ, conuertens ea in substantiam propriæ carnis,

nis. Hugo de Sancto Victore lib. 2. de sacramen. cap. 6. Quod [illegible] altaris & figura est quantum ad panis & vini speciem,& res est quantum ad [illegible] Chr[illegible] veritatem. Cyrillus Hierosolymitan. Catech. 4. ἐν τύπῳ ἄρτου δίδοταί σοι τὸ σῶμα [illegible] ἵνα γένῃ σύσσωμος καὶ σύναιμος αὐτοῦ. In figura panis & vini datur tibi corpus, & [illegible] sti, vt sis cum eo vnum corpus, vnus sanguis Augustin. ad Psalm. [illegible]. Idem in mysterio cibus & potus illorum, & noster. Sed significatione idem, non specie, quia idem ipse Christus illis in Petra figuratus,nobis in carne manifestatus.

AD VOCEM EVLOGIÆ CONSECRAT SANCTIFIC. BENEDICT.

CVm ad hanc de Eulogia dissertatiunculam aggredi cogitarem, rumor vulgo de excessu Doctissimi Casauboni Parisiis percrebruit. Eo nuntio quanquam [illegible] & graui ab instituto abduci me passus non sum, quod auctore mortuo scripta [illegible] ra esse non dubitem. Cum eo igitur quasi adhuc viueret ita agam, vt eum sæpe ap[illegible] lem, moneam, vt in viam reuocare conet. Ait Casaubonus, [illegible] plicitet pro Eucharistia sumi. Cyrillus epist. ad Calosyrium, ἀκούω ὅτι [illegible] ἁγιασμὸν τῆς μυστικῆς εὐλογίας. Audio eos mysticam Eucharistiam dicere ad [illegible] conciliandam inutilem esse. Non habeo iam ad manum epistolam Cyrilli: [illegible] pinor tamen eum loqui de Massalianis, quos Euchetas vocant, de quibus Theodoretus. lib. 4. H[illegible] eccl. [illegible] Massaliani dicunt nihil prodesse aut nocere diuinum [illegible] de quo Dominus dixit, qui comedit carnem meam viuet in æternum. Aliquando eulogiæ dicuntur singulæ hostiæ, vel particulæ quæ communicantibus porriguntur. In Concil. Ephesino pag. 8. Cyrillus epist. ad Nestorium [illegible] μυστικαῖς εὐλογίαις καὶ ἁγιαζόμεθα. Accedimus sic ad mysticas eulogias, & sanctificamur. Addo quæ Casaub[illegible] omisit μέτοχοι γιγνόμενοι τῆς τε ἁγίας σαρκὸς καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, Participes facti & sacræ carnis & pretiosi sanguinis seruatoris omnium nostrum Christi. Clemens lib. 8. Constitut. [illegible] ἐν ταῖς μυστικαῖς εὐλογίαις οἱ διάκονοι διανεμέτωσαν τῷ κλήρῳ. Eulogias quæ supersunt in mysticis Diaconi distribuant clero. Maximus ad Dionys. Areopag. cap. 3. [illegible] Aut forte eleuationem, & exaltationem vnius eulogiæ sacri panis intelligit. [illegible] ostendebat eulogiam dicens, sancta sanctis. Appellarunt etiam eulogias partes consecrati panis quas mittebant ad alias Parœcias, aut ad peregrinos [illegible] agebant.Irenæus apud Eusebium lib. 5. Histor. Ecclesi. cap. 26. [illegible] Presbyteri qui ante te fuerunt licet non eandem ieiunij formam seruarent, mittebant tamen ad eos Eu[illegible] aliam seruabant. Putat Casaubonus eulogiam idem semper esse cum Eucharistia, vt panem consecratum significet, qui sit panis nudus, & in corpus Chr[illegible] non [illegible]. Fateor equidem eulogiam interdum accipi pro Eucharistia, quæ in mysteriis a sacerdote verbis Christi consecratur, vt ex Cyrilli, & Maximi verbis supra [illegible] aio, eulogiam interdum dici panem benedictum à sacerdote, qui d[illegible] nis, quique panis catechumenorum ab Augustino dicitur, idem omnino cum eo pan[illegible] hodie in Ecclesia Catholica populo non communicanti distribuitur. Quod [illegible] verba concilij Laodiceni, περὶ τοῦ μὴ τὰ ἅγια εἰς λόγον εὐλογιῶν κατὰ τὴν ἑορτὴν [illegible] ἑτέρας παροικίας [illegible]. De non mittendo sancta ad alias parœci[illegible] tempus Paschatis, nomine eulogiarum. Alia igitur sancta, aliæ sunt eulogiæ, quia eul[illegible] poterant ad alias parœcias, non item sancta. Vbi [illegible] mississe sancta mysteria, quod postea prohibitum est. Eulogiæ mitti semper potu[illegible] Vox eulogiæ in sacris litteris pro munere sæpe ac[illegible] Regum cap. [illegible] Abigail Dauidi ait, λαβὲ τὴν εὐλογίαν ταύτην, Accipe hoc munusculum quod attulit [illegible] ancilla tua. Ibidem cap. 3. Dauid ait, ἡ εὐλογία ὑμῖν ἀπὸ τῶν σκύλων, benedictio hæc [illegible] bis est è spoliis. Sanctus Paulin. epistola ad Seuer. pro pane benedicto posuit. M[illegible] nius

mus ad te panem campanum cubiculi nostri pro eulogia. epistol. 24. panis quem mittimus vberior benedictio fiet dilectione accipientis. Augustin. lib. secundo de peccat. merit. capite 26. quod accipiunt catechumeni quamuis non sit corpus Christi sanctum, tamen est & sanctius quam cibi quibus alimur. Idem tractatu duodecimo & 90. in Ioannem, vocat panem catechumenorum. Hieronymus in vita Hilarionis, vt benedictum ab eo panem vel oleum acciperet. Gregorius Nazianzenus in epitaphio patris formam explicat, quæ in benedicendo pane seruata est. ἔδοξεν ἐμὲ τὸν αὐτῇ φίλτατον ἄρτους ... μετὰ χανοῦ καὶ ἄρτων τῶν λαμπάδων, ἐπιδεξάμενον τε αὐτοὺς, καὶ σφραγίσαντα, ὥσπερ φίλον ἡμῖν, θρέψαι τε καὶ ῥῶσαι. Matri meæ visum est, vt ego ipsi carissimus, qui frequens astabam patri decumbenti per noctem cum canistro, & pane mundissimo preces super illis cum signo crucis facerem, vt solemus, & eam alerem, & roboratem. Synodo Trullana, ἔλεγον ὡς ἀποδεχθῆναι τὴν σταφυλὴν, καὶ ταύτης μεταδίδοσθαι τῷ λαῷ, permissum est vuas quasi primitias benedicere, & petentibus dare. Ita primitiæ benedicebantur a Sacerdote, sed aliis verbis, quam quibus Christi corpus conficeretur. Synodo Trullan. μὴ σταφυλὴν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ προσφερομένην τῇ ἀναιμάκτῳ τῆς προσφορᾶς θυσίᾳ συνάπτειν. Ne vuam quæ ad altare offertur Sacerdos cum incruento oblationis sacrificio coniungat. Canone 3. Apostol. vetatur, ne aliud quidquam præter oleum ad lucernas, & thus imponatur altaribus, quo tempore sacrificium sanctum offertur Synodo Carthagin. sub Augustino, Non licet in sanctis offerre aliud, quàm panem & vinum aqua mixtum, vt præter corpus & sanguinem Christi in altari nihil aliud offeratur. At Eucharistia semper de Sanctis accipitur. Clemens Alexand. libro 1. Stromat. καὶ τὴν εὐχαριστίαν τινὲς διανέμοντες ὡς ἔθος. Quidam vt moris est Eucharistiam distribuentes. Iustinus in Triphon. ἄρτου τῆς εὐχαριστίας, καὶ ποτηρίου τῆς εὐχαριστίας, vocat panem & calicem Eucharistiæ. Clemens Alexand. libro 4. Stromat. ὁ μελχισεδὲκ οἶνον εἰς τύπον εὐχαριστίας. Sed de hac voce abunde supra apud Chrysostomum homil. ad eos qui deserunt Synaxes Eucharistia videtur poni pro benedictione, quæ datur in fine Missæ. οὐ συγχωροῦμεν πρὸ ἐσχάτης εὐχαριστίας ἀποπηδᾶν. Non permittimus ante vltimam gratiarum actionem exsilire à Missa. In Synodo Ephes. p. 127. 128. τὴν ἀναίμακτον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τελοῦμεν θυσίαν, πρόσιμεν τε οὕτω ταῖς μυστικαῖς εὐλογίαις καὶ ἁγιαζόμεθα μέτοχοι γινόμενοι τῆς ἁγίας σαρκὸς, καὶ τοῦ τιμίου σώματος τοῦ πάντων σωτῆρος. In Ecclesiis incruentum celebramus sacrificium, & sic accedimus ad mysticas eulogias, & sanctificamur participes effecti sacræ carnis, & pretiosi corporis seruatoris nostrum omnium: quo loco eulogia ponitur pro corpore Christi. In decreto Pij eulogiæ, seu frusta panis benedicti dantur catechumenis, & iis qui nollent communicare. Panis ille dicitur ἀντίδωρον, quia loco est δώρου, id est, corporis Christi. Basilius in Liturgia sub finem, μετὰ τὴν εὐχὴν ἐξέρχεται ὁ ἱερεὺς, καὶ δίδωσι ἀντίδωρον. Post precationem egreditur Sacerdos, & dat antidorum, quod est loco Eucharistiæ. Eundem vocant κλάσιν & κατακλάσιν. In Demetrij respons. apud Leunclauium, pagina 320. quæritur an Græcus Sacerdos Latino qui sacris interfuisset debeat μεταδοῦναι κατακλάστα. Ex quibus apparet quantum intersit inter sacramentum corporis Christi, & eulogiam, seu antidorum. Docet Casaubonus, εὐλογεῖν, εὐχαριστεῖν, ἁγιάζειν, pro eodem poni. 1. Timoth. 4. οὐδὲν ἀπόβλητον μετ' εὐχαριστίας λαμβανόμενον. ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγου, καὶ ἐντεύξεως. Nihil reiiciendum est, quod cum gratiarum actione suscipitur, sanctificatur enim per verbum, & orationem. Luc. cap. 9. λαβὼν τοὺς πέντε ἄρτους εὐλόγησας ἔκλασεν. Marci 14. λαβὼν τὸ ποτήριον εὐχαριστήσας ἔδωκε. λαβὼν ἄρτον εὐλογήσας ἔκλασε. Acceptum calicem gratiis actis dedit, acceptum panem cum benedixisset fregit. Cyprianus epist. 3. lib. 2. A Domino calix benedictus est. Hieronymus libro de septem gradibus Eucharistiam per Presbyteros benedictam. Gregorius Nyssenus tractatum scripsit εἰς ὁ ἁγιαζόμενος ἄρτος εἰς τὸ σῶμα τοῦ θεοῦ μεταποιεῖται, vt ostenderet panem consecratum in corpus Christi transformari. Origenes lib. 8. in Celsum, τοὺς μετ' εὐχαριστίας, καὶ εὐχῆς τῆς ἐπὶ τοῖς δοθεῖσι προσαγομένους ἄρτους ἐσθίομεν σῶμα γενομένους διὰ τὴν εὐχὴν ἅγιόν τι, καὶ ἁγιάζον. Panes qui offeruntur cum gratiarum actione, & precatione, quæ fit super iis quæ data sunt, comedimus, factos per orationem corpus aliquid sanctum, quod sanctificat eos qui sano consilio iis vtuntur. Cyrillus Catech. 1. vocat ἁγίαν ἐπίκλησιν τῆς προσκυνητῆς τριάδος. Inuocationem sanctam adorandæ Trinitatis, de qua supra egimus. Chrysostomus homilia 83. in Matthæum. ὁ τότε αὐτὰ ποιήσας ἐν ἐκείνῳ τῷ δείπνῳ, οὗτος καὶ νῦν αὐτὰ ἐργάζεται ... ὑπηρετῶν τάξιν ἐπέχομεν ἡμεῖς. ὁ δὲ ἁγιάζων αὐτὰ καὶ με[illegible] ..., ἐστί. Qui illa fecit in ista cœna, is & nunc eadem efficit. M[illegible] ...s. Qui autem sanctificat ea, & transmutat, idem Christus est. Gregorius

Catechesi magna, ταῦτα δὲ δίδωσι τῇ τῆς εὐλογίας δυνάμει πρὸς ἐκεῖνο μεταστοιχειώσας τῶν φαινομένων τὴν φύσιν. Dat nobis vt vniamur carni suæ cùm per benedictionis virtutem eorum quæ apparent naturam transelementarit. Germanus Patriarch. Constantinop. in Liturgia, καὶ τῇ χειρὶ τοῦ ἱερέως ἀποσφραγίζει, καὶ μεταβάλλει, καὶ τελειοῖ τὰ προκείμενα ἅγια δῶρα εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν I. X. τοῦ εἰπόντος, ὅτι ὑπὲρ αὐτῶν ἁγιάζω ἐμαυτόν. Spiritus sanctus manu Sacerdotis signat, mutat, & perficit proposita sancta dona in corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, qui dixit, quia pro ipsis me ipsum consecro, & sanctifico. Chrysostomus ad 1. Timoth. 2. ὅτι καὶ ταύτην οὐκ ἄνθρωποι ἁγιάζουσι, ἀλλ' αὐτὸς ὁ καὶ ἐκείνην ἁγιάσας. Eadem est hostia à quocunque offeratur quam Christus discipulis dedit: quoniam & hanc non homines consecrant, sed ipse Christus, qui illam sanctificauit: vt enim eadem verba sunt, ita & eadem oblatio. Samonas in Dialogo cum Achmete, ὅταν τοίνυν ὁ ἁγιασθεὶς ἄρτος εἰς μέρη τέμνηται ὅς τὸ πανάγιον τοῦ χριστοῦ ἐστι σῶμα, μὴ νομίζῃς ὅτι μερίζεται, ἢ ἀποσπᾶται, ἢ διαιρεῖται τὸ ἄχραντον ἐκεῖνο σῶμα. ἀθάνατον γάρ ἐστι. Quādo igitur consecratus panis, qui est corpus Christi in partes scinditur ne putes illud corpus impollutum diuidi, diuelli, distrahi, cùm sit immortale. Latini benedictionis vocabulo vsi sunt apud Gratianum dist. 2. de consecrat. Can. non oportet aliud aliquid in Sacramento offerri præter panem, vinum, & aquam, quæ in typo Christi benedicentur Synodo 3. Carthag. ἀπαρχὴ δὲ εἴτε μέλι, εἴτε γάλα, ὡς ἔθος, προσφέρεσθαι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐθίμως εἰς τὸ τῆς ἀπαρχῆς μυστήριον εἰ καὶ τὰ μάλιστα γάλα ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ προσφέρεται, ὅμως ἰδίαν ἔχουσα κυρίως εὐλογίαν, ὡς ἐκ τοῦ ἁγιάσματος τοῦ κυριακοῦ σώματος, καὶ αἵματος διακριθῇ. Primitiæ siue mel, siue lac, vt moris est, offeratur die vna consueta, licet autem lac in altari offeratur tamen propriam habeat peculiariter benedictionem, vt distinguatur in consecratione corporis & sanguinis Christi. Cyrillus Alexand. lib. 10. in Ioann. cap. 13. An fortè putat ignotam nobis mysticæ benedictionis virtutem esse, quæ cùm in nobis fiat, nonne corporaliter facit communicatione carnis Christi Christum in nobis habitare. Ambrosius lib. de iis qui initiantur myst. cap. 9. Maiorem esse vim benedictionis quàm naturæ, quia benedictione ipsa etiam natura mutatur. Ab eodem consecratio vocatur: item in consecratione diuina verba ipsa Domini Saluatoris operantur lib. 4. de Sacram. cap. 4. vbi accesserit consecratio de pane fit caro Christi. Ergo didicisti, quia ex pane fiat corpus Christi, & quod vinum, & aqua in calicem mittuntur, sed fit sanguis consecratione verbi cœlestis. Ante verba Christi calix est vini & aquæ plenus, vbi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur qui plebem redemit. August. apud Bedam ad 1. Corinth. Non omnis panis, sed accipiens benedictionem fit corpus Christi, lib. 20. in Faustum epist. 12. Noster panis & calix certa consecratione mysticus fit nobis, non nascitur. Idem apud Gratianum tit. de consecrat. dist. 2. can. vtrum fideliter fatemur ante consecrationem panem esse & vinum quod natura formauit, post consecrationem verò carnem Christi & sanguinem esse, quod benedictio consecrauit. Euseb. Emiss. homil. de paschate, quando verbis cælestibus benedicendæ creaturæ sacris altaribus imponuntur, antequam consecrentur, substantia illic est panis & vini, post verba autem Christi, corpus & sanguis eius est. Cyprianus serm. de cœna Domini, sanctificationis verbo vsus est vbi sacrum cibum mens perfida tetigit, & in sceleratum os panis sanctificatus intrauit. Ambros. lib. 4. de Sacram. Ipse clamat Dominus Iesus, Hoc est corpus meum. Ante benedictionem verborum cælestium alia species nominatur. post consecrationem corpus Christi significatur. cap. 5. antequam consecretur, panis est, vbi verba Christi accesserint corpus est Christi. καθαγιάσας, dixit Metaphrastes in vita S. Andreæ, κύριος ὢν ἁπάντων, καὶ ποιητὴς θεὸς πάσχα ἐκείνοις ὑφ' ὧν θνήσκειν ἔμελλες, αὐτὸς ὤν, ἑαυτὸν προὔθηκας, φάγετε βοῶν, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ πίστει θεμελιώσασθε. τὸ δὲ συνήθως παρ' αὐτοῖς ἐκτελέσας ὑπηρεσίας, ἐπευλογήσας τὸν θεόσωμον ἄρτον, καὶ τὸ καινὸν καθαγιάσας ποτήριον τοῦ δεσποτικοῦ αἵματος, μετέδωκεν αὐτοῖς ἀχράντων, καὶ ἀθανάτων τοῦ χριστοῦ μυστηρίων. Dominus existens omnium & opifex Deus, pascha illis, qui te morti dedituri erant, te ipsum proposuisti, clamans, comedite, hoc est corpus meum, & fide fundamini, ait Andreas. Consueto vero ab ipsis ministerio præstito, cum benedixisset panem in Dei corpus mutatum, & nouum sanctificans calicem Dominici sanguinis, participes eos effecit impollutorum & immortaliū Christi mysteriorum. Hic mihi nota, quod nusquam alibi legas, θεόσωμον ἄρτον, quo nihil felicius, nihil efficacius dici potuit. Tertullianus lib. 4. in Marcion. Ita & nunc sanguinem suum in vino consecrauit, qui tunc vinum in sanguine figurauit. Origenes homil. 23. in euangel. consecratum munus vocat. Nostis qui diuinis mysteriis interesse consuestis quomodo cum suscipitis corpus Domini, cum omni cautela & veneratione seruatis ne ex eo parum quid decidat, ne consecrati muneris aliquid dilabatur. Reos enim vos creditis & rectè creditis, si quid inde per negligentiam decidat. Ambr. li. de Patriarchis c. Hic dat quoque dat nobis eum panem, quem ipse quotidie Sacerdotibus consecrat verbis suis. Iræneus libro 4. capi. 34.

sancti

sanctificari creaturam dixit: quemadmodum enim qui est de terra panis percipiens inuocationem Dei iam non communis panis est, sed Eucharistia ex duabus rebus constans, terrena & cœlesti. sic & corpora nostra percipientia Eucharistiam, iam non sunt corruptibilia, spem resurrectionis habentia: offerimus autem ei, non quasi indigenti, sed gratias agentes donationi eius & sanctificantes creaturam. Dicet aliquis, multus es in verbis istis, ἁγιάζειν, εὐχαριστεῖν, εὐλογεῖν, consecrare, benedicere, sanctificare. Multus sum, at nimius esse non possum, cum ex his vocabulis fides veteris Ecclesiæ patrum elucescat. Cyprianus lib de cœna Domini, calicem benedictione solemni sacratum vocat: sed ex quo a Domino dictum est, hoc facite in meam commemorationem, hæc est caro mea. & hic est sanguis meus, quotiescunque his verbis, & hac fide actum est, panis iste supersubstantialis, & calix benedictione solemni sacratus, ad totius hominis vitam, salutemque proficit. Clemens Alexandr. lib 4. Stromat. ἁγιασμένην τροφήν. Melchisedech Rex Salem, ὁ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ ὑψίστου ὁ τὸν οἶνον καὶ τὸν ἄρτον τὴν ἡγιασμένην διδοὺς τροφὴν εἰς τύπον εὐχαριστίας. Sacerdos Dei altissimi, qui panem & vinum sanctificatam alimoniam dedit in typum Eucharistiæ. Irenæus lib. 4. cap. 34. Quomodo constabit eis eum panem in quo gratiæ actæ sint corpus esse Domini sui, Basilius in Liturgia ἁγιάσματα vocat, ἵνα ὑποδεχόμενοι τὴν μερίδα τῶν ἁγιασμάτων σου ἑνωθῶμεν τῷ ἁγίῳ σώματι, καὶ αἵματι τοῦ χριστοῦ σου. Vt accepta parte sanctificatorum tuorum vniamur sacro corpori, & sanguini Christi tui Chrys hom. 3. in Matth. Tu potius à nobis pete (ait Christus) non vtique aquæ poculum, sed sanctificationis hausturus: sanctis enim Christus sancta distribuit. Non aquam de fonte hoc largitur, sed sanguinem viuum. Germanus Constantinopolit. Patriar. τὸ κιβώριον ἐστιν ἀντὶ τοῦ σταυρώσεως, ὅπου ὁ τόπος ὅπου ἐσταυρώθη ὁ χριστός. ἔστι δὲ καὶ κατὰ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης κυρίου, ἐν ᾗ λέγεται ἅγια ἁγίων, καὶ ἁγιάσματα αὐτοῦ. Ciborium est vbi crucifixio, pro loco vbi crucifixus est Christus. Est autem & secundum arcam testamenti Domini, in qua dicuntur, sancta sanctorum, & sanctificationes eius, Hieron. epist. 1. ad Heliodum cap. 1. qui Christi corpus sacro ore conficiunt. Epist. 128. ad Fabiolam, Episcopus paratus sit offerre victimas pro populo, sequester Dei & hominum, & carnes agni sacro ore conficiens, quia sanctum Dei oleum super eum est. Idem ad cap. 3. Sophoniæ, sacerdotes qui ad Eucharistiam Domini imprecantur aduentum. Augustinus lib. 3. de Trinitate c. 4. prece mystica consecrari corpus Christi & sanguinem dicimus, illud tantum, quod ex fructibus terræ acceptum. & prece mystica consecratum, rite sumimus ad salutem spiritualem in memoriam pro nobis Dominicæ passionis. Quod cum per manus hominum ad illam visibilem speciem perducitur, non sanctificatur, vt sit tam magnum sacramentum, nisi operante inuisibiliter spiritu Dei. Andreas Cretensis εἰς τὰ βαΐα. ἐκεῖ γυνὴ μυρίζουσα, ὧδε χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν ἁγιάζων. Illic mulier vnguento deliniens, hic Christus se ipsum pro nobis sanctificans. Marcus Ephesi episcopus aduersus Latinos dixit, ἁγιάζεσθαι καὶ τελειοῦσθαι τὸ τῆς εὐχαριστίας δῶρον, sanctificari & perfici Eucharistiæ donum, καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ δεσποτικὸν σῶμα, καὶ αἷμα μεταποιεῖσθαι. & in ipsum Domini corpus, & sanguinem mutari. Theodoret. Dialogo 1. τὸ μυστικὸν τῆς ἀμπέλου καρπὸν μετὰ τὸν ἁγιασμόν, αἷμα δεσποτικὸν ὀνομάζομεν: εὐλογίαν cum Eucharistia coniunxit Origenes, siue quis alius auctor, certe vetus in Bibliotheca Federici Morelli viri Doctissimi. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ εὐλογήσει, καὶ ἐπιδιδοὺς αὐτοῖς μεταλαβεῖν ἃ προσῆκον ἦν, ἵνα ἐκεῖνοι διὰ μὲν τῆς εὐλογίας καὶ εὐχαριστίας μάθωσι, ὅτι μεγάλα ἀληθῶς, καὶ πάσης εὐχαριστίας ἄξια. Ideo enim & benedixit, & dixit cum daret eis communionem eorum quæ oportuit, vt illi per benedictionem & gratiarum actionem discerent, res esse vere magnas, & omni gratiarum actione dignas. Item, διδάσκων τε μὴ πρὸς τὴν φύσιν ἀφορᾶν τῶν προκειμένων, ἀλλὰ διὰ τῆς γενομένης ἐπ' αὐτῶν εὐχαριστίας ταῦτα ἐκεῖνα εἶναι πιστεύειν. Docet ne ad naturam eorum quæ proposita sunt aspiciamus, sed per gratiarum actionem quæ in eis facta est, credamus ea ipsa esse quæ dicta sunt. Theophylactus ad Marc. 14. Putat εὐχαριστεῖν maius aliquid significare, quam εὐλογεῖν. εὐλογήσας ἤγουν ἀντὶ τοῦ εὐχαριστήσας ἔκλασε τὸν ἄρτον. Benedicens, pro eo quod est, gratias agens, fregit panem.

AD CAPVT XXXIIII.

Doctiss. Casaubonus ait verba formulæ qua vsus est Christus versa esse in nomenclaturam ipsius rei. Hoc vult, opinor, quia Christus dixit, hoc est corpus meum, ideo sacramentum, mysterium, celebrationem corporis Christi vocari. August. lib. 3. de Doctr. Christ. vocat celebrationem corporis, & sanguinis Domini. Origenes ho. 13. in Exodum dixit, suscipere corpus Christi: Concil. Niceno, διδόναι τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ, Dare corpus Christi.

Christi. Fideles quoties rite Eucharistiam sumunt, & carnem & sanguinem Christi percipiunt. Damascenus dixit, αὐτῆς τῆς θεότητος μετέχων. Hæc omnia ferri possunt, non item quæ sequuntur. Ait enim Casaubonus patres cum appellant hoc mysterium corpus Christi, res pro signis posuisse, vt Theodoretus, & Augustinus in Psal. 3. his verbis, Christus Iudam adhibuit ad conuiuium, in quo corporis & sanguinis figuram commendauit & tradidit. De figura pluribus à me supra dictum est, nec quæ semel abunde dicta sunt ad nauseam inculcari debent. De Iuda disertissime ex August. probaui eum primam Eucharistiam a Christo confectam, de manu Domini accepisse. Hieronymus libr. 2. contra Iouinian. Nunquid quia & Iudas bibit de eodem calice de quo & cæteri Apostoli, vnius cum reliquis erit meriti. Idem Psal. 54. ad hæc verba, qui simul mecum dulces capiebat cibos. Cibus dulcis, id est, corpus & sanguis Christi, quod ipse accepit indignus. Anastasius de Synaxi, οὐχ ὁρᾷς πῶς ὁ ἰούδας ἀναξίως καὶ δολίως τοῦ σώματος μεταλαβὼν διαβολικῶς εὐθέως κατεκρίθη, καὶ χώραν πλείονα δέδωκε τῷ πονηρῷ; φησὶ γὰρ καὶ λαβὼν τὸ ψωμίον. Non vides quomodo Iudas indigne & dolose cum accepisset corpus Christi statim condemnatus est, & locum maiorem dedit diabolo. Ait enim cum accepisset buccellam, intrauit in eum Diabolus. Theodoretus ad hæc verba, ego omnia accepi à Domino. καὶ οὐ μόνοις τοῖς ἕνδεκα ἀποστόλοις, ἀλλὰ καὶ τῷ προδότῃ τοῦ τιμίου μετέδωκε σώματός τε καὶ αἵματος. Non solum vndecim Apostolis, sed etiam proditori dedit corpus & sanguinem suum. Augustinus lib. 5. de Bapt. cap. 8. Sicuti Iudas cui buccellam tradidit Dominus, non malum accipiendo, sed male accipiendo locum in se diabolo præbuit, sic indigne quisque sumens Dominicum sacramentum non efficit vt quia ipse malus est, malum sit, aut quia non ad salutem accipit, nihil acceperit. Corpus enim Domini & sanguis Domini nihilominus erat etiam illis quibus dicebat Apostolus, qui manducat indigne, iudicium sibi manducat. Admonui semel atque iterum patres Eucharistiam appellare figuram propter signa panis & species quæ perseuerant, & nihilominus asserere, verum Christi corpus sub figura & specie esse. Ambrosius lib. 4. de sacrament. cap. 5. sacerdos dicit, fac nobis hanc oblationem, ascriptam, rationabilem, acceptabilem, quod est figura corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christus. Antequam consecretur, panis est, vbi autem verba Christi accesserint, corpus est Christi. Denique audi dicentem, accipite & edite ex eo omnes, Hoc est corpus meum: & ante verba Christi calix est vini & aquæ plenus, vbi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur, qui plebem redemit: sed aduersus Casaubonum patres in Eucharistia verissimum Christi corpus agnoscere facile vinco. Ignatius epist. ad Polycarpum, ἄρτον τοῦ θεοῦ θέλω, ἄρτον οὐράνιον, ἄρτον ζωῆς, ὅ ἐστι σὰρξ τοῦ χριστοῦ ὃς ἦν ὁ γενόμενος ἐν ὑστέρῳ ἐκ σπέρματος δαυὶδ, καὶ ἀβραάμ, καὶ πόμα θέλω τὸ αἷμα αὐτοῦ ὅ ἐστιν ἀγάπη ἄφθαρτος, καὶ ἀέναος ζωή. Panem Dei volo panem cœlestem, panem vitæ, quæ est caro Christi, qui fuit in vtero ex semine Dauid & Abrahami, & potum volo sanguinem eius, qui est caritas immortalis, & æterna vita, Tertullianus libr. 5. in Marcion.

Acceptum panem pariter, vitisque liquorem
Corpus, ait, sanguisque meus qui funditur hic est,
Pro nobis fieri semper quod postea iussit.
Quáne creatura panem vinumque putatis
Esse suum corpus cum sanguine, quæque fatenda?

Idem lib. 4. in Marcion. Acceptum panem, & distributum discipulis corpus suum illum fecit, Hoc est corpus meum dicendo: Quem locum supra integrum recitauimus, & offucias quibus partiarij eum obducunt abunde discussimus. Idem lib. de resurr. carnis, caro abluitur, vt anima emaculetur; caro inungitur, vt anima consecretur; caro corpore & sanguine Christi vescitur, vt anima Deo saginetur. lib. de orat. lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ amictum suum, stolam & amictum carnem demonstrans, & vinum sanguinem, ita & nunc sanguinem suum in vino consecrauit, qui tunc vinum in sanguine figurauit &c. sic & in calicis mentione testamentum constituens sanguine suo obsignatum substantiam corporis confirmauit &c. Panis & calicis sacramentum iam in Euangelio probauimus corporis Dominici veritatem aduersus phantasma Marcionis, ait lib. 5. in Marcio. lib. de pudicit. vbi agit de filio prodigo: Annulum quoque accepit pristinum suam fidei pactionem interrogatus obsignat, atque ita ex inde opimitate corporis Dominici vescitur, Eucharistia scilicet. Augustinus sermon. ad infant. Quod ergo vidistis panis est, & calix quod oculi vestri renuntiant, quod autem fides vestra postulat instruenda, panis est corpus Christi, calix est sanguis. libro de Cataclysmo capit. 4. Christum agnum quotidie immolamus, comedimus, eiusque sanguinem bibimus lib. 65. quæst. q. 49. sanguis Abel sanguinem Christi (designat) quo vniuersa Ecclesia accepto dicit, Amen. Nam qualem

clamo

clamorem faciat ecclesia dum potatur sanguine Christi, & dicit Amen: Tu ipse considera. Basilius in Ascet. pag. 598. ὅσον μᾶλλον χείρων ταύρων, τοσούτῳ δεινότερον ἐν μολυσμῷ ψυχῆς ἅψασθαι τοῦ σώματος Χριστοῦ ἢ ταύρων. Quanto Christus maior est tauris, tanto grauius est anima polluta tangere, corpus Christi quàm taurorum. Chrysostomus ad ep. 26. Matth. τῆς ψυχῆς ἀποσφάξαι πρότερον, ἢ τοῦ αἵματος μεταδοῦναι τοῦ δεσποτικοῦ τῷδ' ἀξίαν. Vita excedam prius, quam dem indigno corpus Domini. Paschasius vixit ante annos 800. Is in epist. ad Frudegard. Christus non ita dixit, hæc est, vel in hoc mysterio est quædam virtus, vel figura corporis mei, sed ait non fictè, hoc est corpus meum, & ideo hoc est quod ipse dixit, non quod quisque finxit. Augustinus libr. 2. contra aduersar. legis, cap. 9. Et sicut media orem Dei & hominum hominem Christum Iesum carnem suam nobis manducandam, bibendúmque sanguinem fideli corde, atque ore suscipimus, quamuis horribilius videatur humanam carnem manducare, quàm perimere, & humanum sangu nem potare, quàm fundere. Theophyl. ad hæc verba, Amodo non bibam de genimine scribit Dominum duo pocula dedisse Apostolis, alterum antequam frangeret panem, ὃ τῆς παλαιᾶς διαθήκης τύπον ἦσαν αὐτοῖς ἦν, ετερον δὲ μετὰ τὴν κλάσιν ἄρτον, καὶ διανεῖμαι αὐτοῖς, διὸ μὲν τοῖς μαθηταῖς, ὃ καὶ τῆς καινῆς διαθήκης ὀνομάζει, καὶ ἐν τῷ ἑαυτοῦ αἵματι φησὶ ἐγκαινίζεσθαι· ἵνα μὲν γὰρ τῆς παλαιᾶς διαθήκης αἱμάσσειν ἀλόγων ἦν, ὅτι ὁ νόμος ἐδόθη, νῦν δὲ τοῦ θεοῦ λόγου ἐνανθρωπήσαντος τὸ αἷμα τὴν καινὴν διαθήκην ἡμῖν ἐπισφραγίζει. Quod poculum veteris testamenti figuram esse dixerat, alterum Discipulis dedit postquam fregit panem & distribuit ipsis, quod noui testam nti vocauit, & dixit in suo sanguine innouari. Quia enim veteris testamenti sang is brutorum animantium fuit, quando lex data est, verbi Dei facti hominis sanguis nouum testame itum signat. Oecumenius ad verba, panis quem frangimus. ὅπερ ἐπὶ σταυρῷ οὐ πέπονθεν ὁ κύριος, τοῦτο δὲ ἡμεῖς ὑπομένει κατὰ ὡς ἄρτος, ἵνα συνάψῃ ἡμᾶς ἑαυτῷ. Quod in cruce Dominus passus non est, hoc propter nos sustinet fractus, vt nos sibi ipsi coniungat. Quæ frons vltra obduret contra hos testes. Qui tamen si non satis faciunt refractariis, adducentur alij ex subsidiis qui plenam probationem faciant. Tertul. libr. de orat. Ego sum panis vitæ, &c. Quod & corpus eius in pane censetur. Hoc est corpus meum. Origen homil. 23. & tract. 35. ad cap. 26. Matth. Nosti qui mysteriis interesse consueuistis, quomodo cùm suscipitis corpus Domini cum omni cautela & veneratione seruetis, ne ex eo parum quid decidat, ne consecrati muneris aliquid delabatur. Reos enim vos creditis, & rectè creditis, si quid inde per negligentiam deciderit. Quod si circa corpus eius conseruandum tanta vtimini cautela, & merito, quomodo putatis minoris esse piaculi, verbum Dei neglexisse quàm corpus eius. Idem in Matth καὶ γὰρ ὁ τοῦ ἄρτου μετέχων, τοῦ σώματος τοῦ κυρίου μεταλαμβάνει· οὐ γὰρ ἐπὶ στοιχείῳ τῇ φύσει τῆς αἰσθητῶν προσκειμένων, ἀλλ' ἀναγαγεῖν τὴν ψυχὴν διὰ πίστεως ἐπὶ τὸ τοῦ λόγου σῶμα· οὐ γὰρ ἐστι τοῦτο ἐστι σύμβολον, ἀλλὰ τοῦτ' ἐστι τὸ σῶμα δεικνύς, ἵνα μὴ νομίσῃ τις τύπον εἶναι τὰ φαινόμενα. Qui enim participat pani, particip it corpori Christi. Non enim attenti sumus ad naturam eorum quæ proposita sunt, & sub sensum cadunt, sed per fidem attolimus animam ad corpus verbi. Non enim dixit, hoc est signum, sed hoc est corpus demonstratiue. Vt non putet quis ea quæ apparent esse figuram. Idem homil. 38. in Ioann. Si non comedimus panem vitæ, si non carnibus Christi vescimur. & cruore potamur. Euseb. libr. 6. histor. eccles. cap. 2. δεῦτε οἱ ἱεράρχοι οἱ λειτουργήσαντες μοι ἀμέμπτως ἡμέρας, καὶ νύκτας, καὶ τὸ τίμιον σῶμα καὶ αἷμα μου καθ' ἑκάστην θύοντες, ait Sanctus Hippolytus. Adeste Pontifices qui mihi inculpate die & nocte ministratis, & quotidie pretiosum corpus meum & sanguinem immolatis. Cyprianus lib. de lapsis, A diaboli aris reuertentes ad sanctum Domini sordidis & infectis nidore manibus ascendunt, mortiferos idolorum cibos adhuc penè eructantes, exhalantibus etiamnum scelus suum faucibus Domini corpus inuadunt. Idem libro de cœna, sed ex quo à Domino dictum est, hoc facite in meam cōmemorationem, hæc est caro mea, & hic est sanguis meus, quotiescunque his verbis, & hac fide actum est, panis iste supersubstantialis, & calix benedictione solemni sacratus ad totius hominis vitam, salutémque proficit. &c. Vt bibetent sanguinem Christiani, cuius esum legis antiquæ auctoritas districtissime interdicit. Lex quippe esum sanguinis prohibet, euangelium præcipit, vt bibatur. Bibamus autem de sanguine Christi ipso iubente. Quid attinet obstruere Casaubone, pluribus veterum patrum testimoniis, cùm illa omnia eludat vnica exceptione, qua rem significatam pro signo poni ad liquidum affirmat. Sed liquidum illud à nobis est, ab illo, tenebræ & inuolucra.

Verba Casauboni sunt. Augustinus in tertio de Doctrina Christiana cœnam dominicam appellauit celebrationem corporis & sanguinis Domini. Respondeo verè & piè id quod erat, appellasse. Si cui de mente Augustini nondum liquet, audiat eundem libr. 9. confess. cap. 13. Tantummodo memoriam sui ad altare tuum fieri desiderauit, vnde sciret dispensam

victimam sanctam, qua deletum est chirographum quod erat contrarium nobis, ad cuius pretij nostri sacramentum ligauit ancilla tua animam suam vinculo fidei. Quæ est illa victima, mi Casaubone, quæ dispensatur ex altari Domini, pretium nostrum quo deletum est chirographum contrarium nobis, nisi corpus Christi quod immolatur à Sacerdotibus ad altare Domini. Epist. 120. ad Honorat. cap. 27. Et ipsi adducti sunt ad mensam Christi, & accipiunt de corpore & sanguine eius, libro 3. de Trinitate, cap. 4. Nec signa litterarum conscripta pelliculis corpus Christi & sanguinem dicimus, sed illud tantum quod ex fructibus terræ acceptum, & prece mystica consecratum rite sumimus ad salutem spiritualem in memoriam pro nobis Dominicæ passionis lib. 3. ad Leuitic. quæst. 57. Quid sibi vult quod à sanguine sacrificiorũ quæ pro peccatis offerebantur tantopere populus prohibetur, si illis sacrificiis vnũ hoc sacrificiũ significatur in quo vera est remissio peccatorũ, à cuius tamen sanguine in alimentum sumendo non solum nemo prohibetur, sed ad bibendum potius omnes exhortantur qui volunt bibere vitam. Item, infantes etsi nunquam illam speciem videant nisi inter celebrationem sacramentorum cùm offertur & datur, dicitur que illis auctoritate grauissima cuius corpus & sanguis sit, nihil aliud credent nisi omnino in illa specie Dominum apparuisse oculis mortalium, & de latere tali percusso liquorem illum omnino fluxisse. Verba Casauboni, in canone 18. Concilij Nicæni dicitur Sacerdos οἱ διδόναι τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ, Origenes homil. 13. in Exodum, suscipere corpus Domini, Basilius pag. 597. ἱερατεύειν τὸ σῶμα χριστοῦ, locutiones sunt sacramentales. Agnosco in mysterijs hæc verba vere vsurpari. Verba Nicænæ Synodi sunt can. 18. ὅτι ὁ κανὼν, οὔτε ἡ συνήθεια παρέδωκε τοὺς ἐξουσίαν μὴ ἔχοντας προσφέρειν τοῖς προσφέρουσι διδόναι τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ. Neque canon, neque consuetudo tradidit, vt diaconi qui potestatem offerẽdi, & sacrificandi non habent, Sacerdotibus qui offerre possunt dent corpus Christi. Origenes manu scriptus apud Federicum Morellum virum doctissimum, in Lucam, aut si quis alius eius libri auctor est, certè vetus & eruditus, ἐσθίοντες τὴν σάρκα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν χριστοῦ, καὶ πίνοντες αὐτοῦ τὸ αἷμα, ζωὴν ἔχομεν ἐν ἑαυτοῖς· τοῦτο γὰρ πάλιν φησὶ πάλιν, ὁ τρώγων, &c. ἔδει τοίνυν ἄνθρωπον κεκρατημένον θανάτῳ οὐκ ἄλλως πρὸς ἀφθαρσίαν ἀναδραμεῖν, ἐπεὶ οὐ δυνατὸν ἦν εἰ μὴ τὸ μονογενὲς τοῦ θεοῦ λόγον ἰδιοποιήσασθαι, τὸ σῶμα ἡμῶν ἀναζωπυρηθῆναι κατὰ σάρκα. &c. ἐπεὶ τοίνυν ἔδει καὶ διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν ἡμῖν αὐτὸν γενέσθαι θεοπρεπῶς συνανακιρναμένου τε ὥσπερ τοῖς ἡμετέροις σώμασι διὰ τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκὸς, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος, ἵνα μὴ σάρκα καὶ αἷμα προκείμενα βλέποντες ἐν ἁγίαις τραπέζαις ἀποδειλιάσωμεν, συγκαταβαίνων ὁ θεὸς ταῖς ἡμετέραις ἀσθενείαις, ἃ δὴ εὐλογήκαμεν εἰς εὐλογίαν ζωοποιεῖ, ὡς ἐν ἄρτῳ τε καὶ οἴνῳ πέμπει τοῖς προκειμένοις δύναμιν τῆς ζωῆς, καὶ μεθίστησι αὐτὰ πρὸς ἐνέργειαν τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς, ἵνα εἰς μετάληψιν ζωοποιὸν ἔχωμεν αὐτὰ, καὶ σπέρμα ζωοποιὸν ἐν ἡμῖν εὑρεθῇ τὸ σῶμα τῆς ζωῆς. Igitur comedentes carnem sanctam Saluatoris nostri Christi, & bibentes (lego, αὐτοῦ) eius sanguinem, vitam habemus in nobis. Hoc enim rursum dicit, qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, &c. Oportebat igitur hominem morte occupatum non aliter ad incorruptionem venire, quod fieri non potest, nisi vnigenitum Dei verbum nobis proprium fecerimus, vt nobis in corpus secundum carnem regeneretur. Quoniam igitur oportebat eum esse in nobis per Spiritum sanctum eo modo qui Deum decet, & admisceri per sanctam eius carnem nostris corporibus, & per pretiosum eius sanguinem, vt ne carnem & sanguinem proposita videntes in sanctis mensis nausea & fastidio afficiamur, & obtorpescamus, condescendens vt Deus nostræ fragilitati ea quæ habuimus in benedictionem viuificam vt in pane & vino, mittit propositis potentiam vitæ, & transfert ea ad efficacitatem & energiam suæ carnis, vt in participationem viuificam ea habeamus, & semen viuificum in nobis inueniatur, corpus vitæ. Basilius sermone de Baptismo & definit. 21. Ethicor. εἰ δὲ καὶ ὁ ἀδελφὸν διὰ βρῶμα λυπῶν τῆς ἀγάπης ἐκπέπτωκε, τί ἄν τις εἴποι περὶ τοῦ ἀργῶς καὶ ἀνωφελῶς τολμῶντος φαγεῖν τὸ σῶμα καὶ πιεῖν τὸ αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν I. X. δεῖ οὖν τὸν προσιόντα τῷ σώματι, καὶ τῷ αἵματι τοῦ χριστοῦ καθαρεύειν. Definitionis titulus hic est, ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖται ὁ ἄνευ τῆς κατανοήσεως τοῦ λόγου καθ' ὃν δίδοται ἡ μετάληψις τοῦ σώματος, καὶ τοῦ αἵματος τοῦ χριστοῦ προσερχόμενος τῇ κοινωνίᾳ. Titulus 22. definit. ποίῳ λόγῳ δεῖ ἐσθίειν τὸ σῶμα καὶ πίνειν τὸ αἷμα τοῦ κυρίου, &c. Quod si is qui per cibum fratrem offendit, excidit caritate, quid dicat aliquis de eo qui negligenter & inutiliter audet comedere corpus & bibere sanguinem Domini. Oportet igitur eum qui accedit ad corpus & sanguinem Christi purum & integrum esse. Ostendit eum non iuuari communione Eucharistiæ, qui accedit ad communionem non considerata ratione propter quam datur communio corporis & sanguinis Christi. Quærit quomodo corpus Domini manducare oporteat, & sanguinem eius bibere.

Casauboni verba. In verbis Domini corpus significare carnem certum est, alioqui superflua esset quæ statim subijcitur mentio sanguinis. At quoties hoc mysterium simpliciter appellatur

latut corpus Christi,totum illud significat quod in communione percipiunt fideles, hoc est, totum Christum, atque adeo eius omnia munera. Minus hic male loqueris, Casaubone, quam pro more tuo. Quanquam enim corpus Christi non fuit fine sanguine cum discipulis à Christo datum est, & vt Theologi nostri loquuntur,in sanguine corporis est comitatus,Christus tamen vt efficacius coniunctionem suam cum hominibus significaret,Ioa 6.de corpore & sanguine separatim dixit,qui manducat carnem meam,& bibit meum sanguinem, in me manet,& ego in eo. Et in institutione mysterij huius separatim de carne,& de sanguine suo locutus est. Quod autem ais Patres mysterium hoc simpliciter vocare corpus Christi, fugit te ratio: vocant illi quidem sacramentum & mysterium corporis Christi, dicunt sacerdotes sacro ore corpus conficere,dare communicantibus corpus Christi,sed vt totum hoc mysterium, & sacram teleten corpus Christi vocarint, factum non arbitror. Vel enim de Sanctissima cœna Domini agunt vt est sacrificium, vel vt sacrificio facto asseruatur corpus Christi ad fidelium communionem, quod vocamus sacramentum. Si de sacrificio agitur, voce corporis ἀπλῶς sacrificium illud, nisi aliud addas, significari non potest; si de sacramento, nisi aliud aliquid addatur, nec illud satis voce corporis significatur. Fateor autem fideles quoties rite Eucharistiam sumunt, carnem & sanguinem Christi percipere, hoc est totum Christum, & cum Christo omnia eius munera, licet sub vna tantum specie sumant, quia in corpore sanguis, in sanguine corpus, & in vtroque totus Deus per comitatum illum inseparabilem continetur. At tu qui spiritaliter tantum sumi corpus Christi in Eucharistia credis, doceto me quid esse putes Christi corpus spiritaliter sumere. Dices, opinor, esse nihil aliud, quàm fide sumere, id est, non realiter ipsum Christi corpus quod sedet ad dexteram patris sumere, sed eius gratiam per fidem accipere, & cum eius corpore mystico, quod est Ecclesia, coniungi. Vnde sequitur, cum ais eos qui rite Eucharistiam sumunt carnem & sanguinem Christi percipere, verbis tuis cum fide & sensu tuo non conuenire, quia credis per Eucharistiam fideles solam gratiam Christi accipere, & coniungi tantum cum corpore Christi mystico, & tamen asseris pie communicantes Christi corpus & sanguinem sumere. Vnde apparet te aliud loqui,aliud sentire,& fucum facere legentibus.

Verba Casauboni. In Doctrina de sacramentis, ea est affinitas inter signa & res significatas, vt eorum nomina promiscue vsurpentur. Falsum obtrudis, mi Casaubone, cum enim duo tantum sacramenta esse dicas, Baptismum & Eucharistiam, in Baptismo axioma tuum falsi inscribendum est. Aqua enim, quod signum est sub sensum cadens, non ponitur pro expiatione à peccato originali, quæ est res significata, neque expiatio illa & regeneratio ponitur pro aqua. In Eucharistia certe panis sæpe ponitur pro corpore Christi, vt cum diuus Paulus ait, panis quem frangimus. Qui manducat hunc panem, aut bibit hunc calicem indigne. At certe corpus Christi nunquam ponitur pro pane. Falsum igitur est quod ais, signa & res significatas promiscue vsurpari.

Verba Casauboni. Neque tamen confundi patitur vera Theologia signa visibilia cum rebus inuisibilibus quæ in illis adorantur. Quæro de te, Casaubone, quæ sint res illæ inuisibiles quas in pane & vino adoras, cum in pane & vino nullam rem inuisibilem esse credas, sed solius panis & vini substantiam, quam in corpus & sanguinem Christi mutatam esse negas. Nos quidem sub panis & vini specie Christi corpus & sanguinem adoramus, in quæ panis & vini substantia mutata est. Attineris idololatriæ, qui in pane & vino, id quod in illis non est, adores.

Verba Casauboni. Docent patres, eum appellatur hoc mysterium corpus Christi nomine rei significatæ signum affici. Iterum obtrudis falsum, Patres id non docent: imo docent, & arcte defendunt vocari corpus Christi, quia vere panis in corpus Christi mutatum est, vocari sanguinem, quia ex vino sanguis effectus est. Ambrosius lib. de iis qui initiantur myster. cap. 9. Ipse clamat Dominus Iesos, hoc est corpus meum. Ante benedictionem verborum cœlestium alia species nominatur, post consecrationem Christi corpus significatur. Cyrill. Alexandrin. Catech. 4. ὕδωρ ποτὲ ἐν κανᾷ γαλιλαίας, &c. Aquam aliquando in Cana Galilææ mutauit in vinum, & ei fides non habebitur, vinum in aquam mutanti. Gregorius Nyssenus tractationem habuit de corpore Christi in quod panis per consecrationem mutatur, vt supra ostendi.

Casauboni verba. Notus est Theodoreti locus, Dominus, inquit, Symbolo corporis, corpori nomen dedit Symboli. Locus notus, sed cui falsam tui addunt sententiam. Te ipsum arbitrum deposco. Verba sic habent, in 2. Dial. ὥσπερ γὰρ ἡμεῖς τὸν μυστικὸν τῆς ἀμπέλου

Z 2 καρπὸν

καρπὸν μετὰ τὸν ἁγιασμὸν αἷμα δεσποτικὸν ὀνομάζομεν, οὕτω τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου τὸ αἷμα, σταφυλῆς ὠνόμασεν αἷμα. ἠβουλήθη γὰρ τοὺς τῶν θείων μυστηρίων μεταλαγχάνοντας μὴ τῇ φύσει τῶν βλεπομένων προσέχειν, ἀλλὰ διὰ τῆς τῶν ὀνομάτων ἐναλλαγῆς πιστεύειν τῇ ἐκ τῆς χάριτος γεγενημένῃ μεταβολῇ· ὁ γὰρ δὴ τὸ φύσει σῶμα, σῖτον καὶ ἄρτον προσαγορεύσας, καὶ αὖ πάλιν ἑαυτὸν ἄμπελον ὀνομάσας, οὗτος τὰ ὁρώμενα σύμβολα τῇ τοῦ σώματος καὶ αἵματος προσηγορίᾳ τετίμηκεν, οὐ τὴν φύσιν μεταβαλὼν (τῶν συμβόλων) ἀλλὰ τὴν χάριν τῇ φύσει προστεθεικώς. τίνος ἡγῇ σύμβολόν τε καὶ τύπον τὴν παναγίαν τροφήν· δῆλον ὡς ἐκείνων ὧν προσηγορίας ἐδέξατο· τοῦ σώματος, καὶ τοῦ αἵματος λέγεις· οὕτω λέγω. Sicut enim nos mysticum vitis fructum post consecrationem Domini sanguinem nominamus, ita vitis veræ sanguinem, nominamus vuæ sanguinem. Voluit enim eos qui diuinis mysteriis participant non attendere ad naturam eorum quæ videntur, sed per mutationem nominum fidem habere ei mutationi quæ facta est per gratiam. Audis, Casaubone, mutationem factam esse per gratiam cui sit fides habenda, nec attendendum ad naturam eorum quæ proposita sunt. Quænam illa est mutatio quam mutatis nominibus factam credere debemus, licet signa maneant in natura signorum ad quæ non debemus attendere, nisi mutatio substantiæ panis in substantiam carnis Christi, quæ facta est per gratiam. Deinde subiicit Theodoretus. Qui enim quod natura corpus hominis est triticum & panem vocauit, & rursum seipsum vitem nominauit, ille signa visibilia corporis & sanguinis appellatione honorauit, non naturam mutans (accidentium & signorum) sed naturæ gratiam addens. Cuius rei putas esse signum & typum, sanctissimum illum cibum? Clarum est quod illorum signum est, quorum appellationes accepit. Dicis corporis & sanguinis. Ita dico. In 2. Dialogo, de panis & vini signis loquens ante quam sanctificentur, μετὰ δέ γε τὸν ἁγιασμὸν πῶς ταῦτα προσαγορεύεις, σῶμα χριστοῦ, καὶ αἷμα χριστοῦ. καὶ πιστεύεις καὶ σώματος χριστοῦ μεταλαμβάνειν καὶ αἵματος. οὕτω πιστεύω. ὥσπερ τοίνυν τὰ σύμβολα τοῦ δεσποτικοῦ σώματός τε καὶ αἵματος, ἄλλα μέν εἰσι πρὸ τῆς ἱερατικῆς ἐπικλήσεως, μετὰ δέ γε τὴν ἐπίκλησιν μεταβάλλεται, καὶ ἕτερα γίνεται. ἑάλως αἷς ὕφηνας ἄρκυσι. οὐδὲ γὰρ μετὰ τὸν ἁγιασμὸν τὰ μυστικὰ σύμβολα τῆς οἰκείας ἐξίσταται φύσεως, μένει γὰρ ἐπὶ τῆς προτέρας οὐσίας, καὶ τοῦ σχήματος καὶ τοῦ εἴδους, καὶ ὁρατά ἐστι καὶ ἁπτά, οἷα καὶ πρότερον ἦν, νοεῖται δὲ ἅπερ ἐγένετο, καὶ πιστεύεται, καὶ προσκυνεῖται, ὡς ἐκεῖνα ὄντα ἅπερ πιστεύεται. Post consecrationem autem quomodo ea vocas? Corpus & sanguinem Christi. Et credis te participare corpori & sanguinis Christi? Ita credo. Vt igitur signa corporis & sanguinis Domini alia sunt ante inuocationem sacerdotalem, post inuocationem autem mutantur, & alia sunt. Captus es retibus quæ texuisti. Non enim post consecrationem mystica signa discedunt à propria natura, manent enim in priori essentia & figuræ & speciei, & visibilia sunt, & tangi possunt vt prius, intelliguntur autem ea quæ facta sunt, & creduntur, & adorantur vt quæ sint illa quæ creduntur. Qui clarius illis verbis, mi Casaubone, quibus post consecrationem, licet signa non mutata sint, credi tamen, & adorari ea quæ facta sunt Theodoretus ostendit. Subiungit deinde, μήτε σύ τοίνυν θέλε κατὰ φύσιν ἴσον τῇ θεότητι εἶναι τὸ σῶμα. κἂν γὰρ πιστεύῃς, ὡς ἀληθὲς εἴη τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ, καὶ προσκομίσῃς τῷ θυσιαστηρίῳ πρὸς μεταποίησιν, μὴ διαστείξῃς δὲ τὰ τοῦ σώματος, &c. Noli putare corpus esse æquale secundum naturam diuinitati. Licet enim credas corpus verum esse Christi, & adferas ad altare vt transmutetur, si non distinxeris, corporis & diuinitatis naturam, dicemus tibi, si recte obtuleris, & recte non diuiseris, peccasti, quiesce. Legeras illa verba, & vt eruditus es, satis intellexeras. Non fuerat tui candoris, falsam sententiam & adulterinam Theodoreto affingere.

CASAVBONVS.

NOtissima sunt hodie & pueris Augustini verba ad Adimantum, Dominus non dubitauit dicere, Hoc est corpus meum, cum signum daret corporis sui.

BVLENGERVS.

NOtiora sunt eiusdem verba, In Eucharistia est visibilis elementorum species, & inuisibilis Christi caro. Can. Hoc est quod dicimus de Consecr. dist. 2. Augu. in hæc verba loquitur, Hoc est quod dicimus quod modis omnibus approbare contendimus, sacrificium Ecclesiæ

duobus modis confici, duobus consistere, visibili elementorum specie & inuisibili Domini nostri Iesu Christi carne, & sanguine, & sacramento, & re sacramenti, id est corpore Christi. Corpus Christi veritas & figura est. Veritas est quando virtute Spiritus sancti substantiâ panis & vini fit caro & sanguis Christi. Figura, quod exterius sentitur. can. 47. & 71. dist. 2. de consecrat. Tibi, Casaubone, ignota esse non potest sententia Augustini, cuius verba sunt serm. 2. de verbis Apostol. Audiuimus veracem magistrum commẽdantem nobis pretium nostrum, sanguinem suum. Locutus est enim nobis de corpore & sanguine suo. Corpus dixit escam, sanguinem potum. Ex superioribus intelligendus est Augustinus in enarratione Psal. 3. cùm ait, Christus Iudam adhibuit ad conuiuiũ in quo corporis & sanguinis figuram commendauit, & tradidit, quia sub vini & panis figura sanguinem & corpus suum commendauit. Idem libro 20. contra Faustum cap. 18. Christiani iam peracti sacrificij memoriam celebrant sacrosancta oblatione & participatione corporis Christi. Quod nos causaris verba patrum miris & indignis modis torquere, vt clarissimam eorum mentem eludamus, id tibi, tuisque proprium est, qui verbis patrum sepiæ atramentum offunditis, vt ea in alienam mentem trahatis. Quæro de te, an vis a nobis fiat verbis Augustini lib. 17. de ciuit. Dei, cap. 20. Non est bonum homini quod manducabit & bibet (ait Ecclesiastes) quid credibilius dicere intelligitur, quàm quod ad participationem mensæ huius pertinet, quàm Sacerdos ipse mediator testamenti noui exhibet secundum ordinem Melchisedech de corpore & sanguine. Id enim sacrificium successit omnibus illis sacrificiis veteris testamenti quæ immolabantur in vmbra futuri, &c. Quia pro illis omnibus sacrificiis & oblationibus corpus eius offertur & participantibus ministratur. lib. 2. contra aduersarios Legis, cap. 9. Mediatorem Dei & hominum hominem Christum Iesum carnem suam nobis manducandam, bibendúmque sanguinem dantem fideli corde atque ore suscipimus, quamuis horribilius videatur humanam carnem manducare, quàm perimere, & humanum sanguinem potare, quàm fundere. Admoue omnes fidiculas, intendito equuleos quotquot habes, nunquam Augustini verba hæcà recto statu suo detorquebis.

AD CAPVT XXXV.

EXERCIT. XVI.

Recitas verba Lucæ 22. sed curta & imminuta rescindis quod aduersus errones nostri sæculi palmarium est. τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐν αἵματί μου τὸ ἐκχυνόμενον ὑπὲρ ἡμῶν. Hoc poculum effusum pro vobis est nouum testamentum in sanguine meo. Christus dedit discipulis in postrema illa cœna poculum effusum pro nobis, sed poculum effusum pro nobis nullum aliud est, quam sanguis eius. Dedit igitur sanguinem suum Discipulis. Matthæus, hic est sanguis meus noui testamenti, id est, vt interpretaris, quo sancitur nouum Dei fœdus cum humano genere. At nihil aliud est quo sanciatur fœdus nouum Dei cum hominibus quàm sanguis eius. Dedit igitur verum sanguinem suum Discipulis bibendum in postrema cœna. Deinde longuos logos cædis de significatione vocis testamenti, qua verbum Dei & sacramenta significari ais. Ita Paulus dixit 2. Corinth. 3. qui nos reddidit idoneos, vt essemus ministri noui testamenti. Addis in Liturgia Basilij, in oratione προσκομιδῆς oblationis, hæc haberi, δίδαξον δὴ κύριε τὸ ἀξιῶσαι ἡμᾶς διακόνους τῆς καινῆς σου διαθήκης. Acceptum habeto, Domine, & probato nos esse ministros noui tui testamenti. Vbi de solo sacramento Eucharistiæ agi scribis. Molli brachio testamenti vocem attigisti, conferam manum, & aliquid fortè adiuuabo. Chrysostomus ad caput 26. Matthæi. αἷμα καινῆς διαθήκης καλεῖ, ὡς τὴν παλαιὰν διαθήκην συνέχον· ὥσπερ γὰρ ἡ παλαιὰ πρόβατα, καὶ μόσχους εἶχεν, οὕτω καὶ αὐτὴ τὸ αἷμα δεσποτικόν. Vocat sanguinem noui testamenti, quod hic sanguis vetus testamentum contineret. Sicut enim vetus testamentum oues & vitulos habuit, ita & nouum sanguinem Domini. Animaduerte eum loqui de sanguine noui testamenti qui datus est discipulis. Theophylactus ad verba Lucæ, capite 22. Videtur, inquit, Lucas meminisse duorum poculorum quorum alterum antequam frangeret panem fuit typus veteris testamenti, alterum postquam fregit panem dat Discipulis suis, & vocauit poculum noui testamenti, καὶ ἐν τῷ ἑαυτοῦ αἵματι φησὶν ἐγκαινίζεσθαι, & in suo ipsius sanguine ait innouari. Quia enim sanguis veteris testamenti erat bruto-

rum animalium quando lex data est, nunc postquam filius Dei homo factus est, sanguis eius nouum testamentum nobis signat. Omnino sanguis testamenti cuius meminit Paulus cap. 10. ad Hebr. (his verbis, quanto grauiora putatis mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit) est sanguis datus discipulis in postrema cœna, de quo Paulus idem 1. Corinth. 2. Hic calix noui testamenti. Vbi testamentum, inquit, est, ibi mors testatoris intercedat necesse est. Testamentum enim non valet quandiu testator viuit, sed eius morte firmatur. Itaque testamentum illud nouum in cœna postrema factum est, & deinde morte Christi in cruce confirmatum, vt cap. 9. ad Hebræos. Nemo enim testatur, qui reus capitis apud iudices sistitur, aut eorum sententia iam capitis damnatus est. Ideo Christus antequam reus apud iudices sisteretur, supremam suam voluntatem prolixè significauit, apud Ioannem cap. 17. & 18. Deinde sanguine suo in postrema cœna testamentum signauit. Theophylactus ad Marcum. αἷμα δὲ καινῆς διαθήκης εἶπε πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς παλαιᾶς. καὶ γὰρ ἡ παλαιὰ καὶ ἐκείνη αἷμα εἶχε, δι᾽ οὗ ἐῤῥαντίσθη ὁ λαὸς, καὶ τὸ τοῦ νόμου. Sanguinem noui testamenti dixit ad differentiam veteris quod habuit & sanguinem, quo populus aspersus, & ea quæ veteris legis erant. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus. Christus Deus proprium dedit corpus, & proprium sanguinem fudit, & poculum noui testamenti miscuit dicens, hoc est corpus meum, hic est sanguis meus. τὸ ἴδιον σῶμα ἔδωκε, καὶ τὸ ἴδιον αἷμα ἐξέχεε, καὶ ἐκέρασε τῆς καινῆς διαθήκης πόμα λέγων, τοῦτ᾽ ἐστι τὸ σῶμά μου, τοῦτ᾽ ἐστι τὸ αἷμά μου. Theophylactus ad id, Bibite ex hoc omnes, ὥσπερ ἡ παλαιὰ διαθήκη σφαγὴν εἶχε καὶ αἷμα, οὕτω καὶ ἡ καινὴ διαθήκη αἷμα καὶ σφαγήν. Vt vetus testamentum habuit iugulationem & sanguinem, ita & nouum testamentum habet sanguinem & necem Christi. Tertullianus de resurrectione carnis cap. 37. Itaque illuminator antiquitatum quid tunc voluerit significasse panem satis declarauit; corpus suum vocans panem. Sic enim calicis mentione testamentum constituens sanguine suo obsignatum, substantiam corporis confirmauit. Existimat piè Tertullianus & verè Christum in calicis mentione testamentum constituisse, & sanguine suo obsignasse. Theodoretus in Aporis sacræ scripturæ, ἡμᾶς γὰρ τὸν ἄμωμον ἀμνὸν θύοντας ἔδει γνῶναι προδιαγεγραμμένον τὸν τύπον· χρίομεν γὰρ ἡμεῖς τῷ αἵματι τοῦ ἡμετέρου ἀμνοῦ οὐ μόνον τὴν φλιὰν, ἀλλὰ καὶ τοὺς δύο σταθμοὺς κατὰ μὲν τὸ ἑρμηνεῦον τὴν γλῶτταν, καὶ τὰ χείλη καθαίροντές τε καὶ ἁγιάζοντες. Nos enim agnum hunc immaculatum sacrificantes oportet cognoscere figuram in veteri testamento longe ante expressam. Vngimus enim sanguine nostri agni non tantum limen, sed & duos postes, palam quidem linguam & duo labia nostra purgantes & sanctificantes. Refert vnctionem sanguinis paschalis in veteri lege, non ad crucem Domini, sed ad sanguinem noui testamenti qui in cœna datus est. Nicolaus Episcopus Metones. Quomodo, inquit, Christus vocat Pascha desiderandum, quod immolaturus est? ἐπεὶ ἔδειξε ἄλλο παρὰ τὸ νομικὸν ἐκεῖνο καὶ τυπικὸν, τοῦτο παραδιδοὺς τὸ ἀληθινὸν τὸ οἰκεῖον τὸ τῆς καινῆς διαθήκης. Quia ostendit suum pascha aliud esse à legali & typico, tradens hoc suum pascha verum proprium noui testamenti. ποτήριον σωτήριον διαδιδόμενον, καὶ πινόμενον, καὶ διαθήκης εἶναι καινῆς αἷμα θεοπρεπῶς πιστευόμενον. Poculum salutaris traditum & potum, qui noui testamenti sanguis Deo dignus esse creditur.

AD CAPVT XXXVI.

EXERCITAT. XVI.

Mensam Domini esse ais Eucharistiam apud Paulum 1. Corinth. 10 Non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. Optatus libro quinto. Ministri qui mensæ Dominicæ famulantur. Augustinus contra Pelagium libro 1. cap. 24. Præter baptismum & participationem Dominicæ mensæ ad vitam æternam non posse quenquam peruenire. Falleris, Casaubone, Dominica mensa propriè altare Domini est, in quo Domini corpus Sacerdotes sacro ore conficiunt, vt mensa Dæmoniorum propriè dicitur ara in qua prophanæ victimæ mactatæ: συνεκδοχικῶς tamen si contentum sumitur pro continente mensa Domini potest accipi pro corpore Christi, & Eucharistia. Ita Leo I. sermone 6. de ieiunio sep. mens. Sic sacræ mensæ communicare debetis vt nihil prorsus de veritate corporis Christi & sanguinis ambigatis. Tu ambigis, Casaubone, & infiteris. Chrysostomus ad hæc verba, transeat à me calix. οὕτω μετὰ φόβου καὶ φρίκης κατὰ τὸ ὑπὲρ ἐκεῖνο μάλιστα τῇ φοβερᾷ

φοβερᾷ τραπέζῃ προσιόντες. Ita cum metu & tremore id temporis maxime ad tremendam mensam accedentes. δίωκε μηδὲ καὶ μὴ καθαρῷ συνειδότι τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ προσιέναι, καὶ τ' ἀχράντων θεαμάτων μετέχειν. Poteramus cum pura conscientia ad sacram mensam accedere, & cum acceperimus Dominum vniuersorum inhabitantem. Aduerte præter altare, fuisse mensam vbi laicis erogabatur communio corporis Christi. Idem in Liturgia pro altari mensam diserte sumit. ἱκάνωσόν με τῇ δυνάμει τ' ἁγίου πνεύματος ἐνδεδυμένον τ' τ' ἱερατείας χάριν παραστῆναι τῇ ἁγίᾳ σου ταύτῃ τραπέζῃ, καὶ ἱερουργῆσαι τ' ἄγιον καὶ ἄχραντόν σου σῶμα. Idoneum me efficito virtute spiritus sancti vt ego qui indutus sum gratia sacerdotij ad istam tuæ huic mensæ sanctæ, & sacrificem sanctum & immaculatum corpus tuum. In id Isaiæ vidi Dominum, ὅταν οὖν τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ προσιέναι μέλλῃς νόμιζε ἐκεῖ καὶ τ' βασιλέα παρεῖναι. ἢ γὰρ πάρεστι, τ' ἑκάστου καὶ μανθάνων γνώμην. Quando igitur ad sacram mensam accessurus es existimato illic & regem adesse. Etenim adest vniuscuiusque explorans mentem. Homil. in mysticum δεῖπνον. ἢ γὰρ παρῆν ἢ ἰούδας πρὸ τ' προδοσίας, ἢ τ' ἱερᾶς τραπέζης μετέσχε. Etenim aderat Iudas ante proditionem, & mensæ sacræ participauit. Item, λῦσον τ' ἔχθραν ἵνα λάβῃς τ' θεραπείας ἀφθόνως ἀπὸ τ' τραπέζης. θυσία προσέρχῃ φρικτῇ καὶ ἁγίᾳ ἐσφαγμένος πρόκειται ὁ χριστός. Dissolue inimicitias, vt accipias medelam veniæ ab hac mensa. Accedis ad sacrificium terribile & sanctum. Christus immolatus propositus est. Mox vocat, τ' εἰρήνης τράπεζαν mensam pacis Homil. 36. in 1. Corinth. ἰδὲ πρὸς ταύτην τ' τράπεζαν, ἀναμνήσθητι τίνος ἕνεκεν ἕστηκε. Respice ad hanc mensam, recordare cuius rei causa stet. Omnino loquitur de mensa ad quam vocabantur communicaturi cum vela reducta essent, τῶν ἱερῶν παραπετασμάτων ἀνασπωμένων. Potest & de altari accipi. Homil. 14. ad Ephes. ἐννόησον ὅτι ἐφθέγξατο ῥήματα τ' στόμα τ' σόν, ποίας ἀξία τραπέζης, τίνων ἀπολαύει, τίνων γεύεται, ποίας ἀπολαύει τροφῆς. Cogita quæ verba dixit os tuum, qua mensa digna, quæ sint ea quæ tangis, & gustas, quali cibo fruatis. Homil. 11. ad popul. Antiochenum. Ne putemus satis nobis esse ad salutem si aureum calicem, & gemmis ornatum huic mensæ offeramus. Certe non ex argento mensa illa erat, nec ex auro calix quo Christus discipulis sanguinem suum præbuit. Homil. de spectacul. Dauid. oculis quibus sacram mensam intueris vbi tremenda peraguntur mysteria, eodem corde & lethalia sumis venena, & hanc hostiam sanctam & tremendam. Mensam altare vocat, vt & Germanus Patriarch. Constantinopolitanus, ἡ ἁγία τράπεζά ἐστι ἀντὶ τύπου τῆς ταφῆς ἐν ᾧ ἐτέθη ὁ χριστός, ἐν ᾗ πρόκειται ὁ ἀληθινὸς καὶ οὐράνιος ἄρτος, ἡ μυστικὴ καὶ ἀναιμάκτη θυσία ἐν ζωοθυτούμενος, τ' σάρκα αὐτοῦ, καὶ τ' αἷμα εἰς βρῶσιν καὶ πόσιν ζωῆς αἰωνίου προέθηκε τοῖς πιστοῖς. Sacra mensa est pro loco sepulturæ in quo positus est Christus, in qua mensa propositus est verus & cœlestis panis, mysticum & incruentum sacrificium per quod viuus immolatus, carnem suam & sanguinem in cibum & potum vitæ æternæ proposuit fidelibus. Chrysostomus homil. 83. in capit. 26. Matth. τράπεζαν φρικωδεστάτην vocat, mensam maxime terribilem. Augustinus libro de percipien. Baptis. gratia. Vide ne deseras hanc mensam. Mensa sponsi tui panem habet integrum & calicem sanctum, quem panem etsi fractum, comminutumque vidimus in passione, integer tamen mansit in illa sua cum patre indiuidua vnitate. Idem tractatu 84. in Ioannem. Nam quæ est mensa potentis, nisi vnde sumitur corpus & sanguis eius, qui & animam suam posuit pro nobis. Chrysostomus homil. de mystica cœna. Dominus idem est, qui res propositas sanctificat, & transmutat, nos ministri tantum sumus. Facio, inquit, pascha meum cum discipulis αὐτὴ ἐκείνη ἐστὶν ἡ τράπεζα, καὶ οὐδὲν ἔλαττον ἔχει. οὐ γὰρ ἐκείνην μὲν ὁ χριστός, ταύτην δὲ ὁ ἄνθρωπος δημιουργεῖ, ἀλλὰ καὶ ταύτην αὐτός. Eadem ipsa est mensa & nihil minus habet. Non enim illam Christus, & hanc homo facit, verum & hanc idem Christus. Idem homil. de Dedicat. βαβαί, τῆς τραπέζης τῆς μυστικῆς ἐξηρτυσμένης, τοῦ ἀμνοῦ τοῦ θεοῦ ὑπέρ σου κραζομένου, τ' ἱερέως ὑπέρ σου ἀγωνιζομένου, πυρὸς πνευματικοῦ ἐκ τῆς ἱερᾶς ἀναβλύζοντος τραπέζης, τ' σεραφὶμ παρεστώτων. Deus bone, mensa mystica instructa, agno Dei pro te clamante, sacerdote laborante, igne spirituali è mensa ebulliente, Seraphim præsentibus. Ex his agnosce, Casaubone, mensam istam altare verum esse in quo Christi corpus à sacerdotibus immoletur, non friuolariam illam mensam, qua plani tui plebeculam inescant, & à vero Christi corpore dissociant.

CASAV

κίφαλον, quod 30. capitibus constet. Bellissime his adiungis ex Chrysostomo, Christum videri in altari oculis fidei, lib. 3. de Sacerdot. πιστοὶ δὲ τοῦτο πάντες διὰ τῶν ὀφθαλμῶν τῆς πίστεως. Bene, quia corpus illud licet præsens sub specie panis, oculis corporis est inuisibile. Huc refers Hippolyti martyris verba. libr. de consummatione mundi, & aduentu Antichristi, τὸ τίμιον σῶμα, καὶ αἷμα τοῦ χριστοῦ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις οὐκ ἀναφανήσεται. Pretiosum corpus & sanguis Christi in diebus illis non efficietur vt interpretaris, vel vt ego, non apparebit, quia non conficietur à Sacerdotibus. Ait enim, sub aduentum Antichristi, καὶ λειτουργία σβεσθήσεται, καὶ τὸ λοιπόν. &c. & Missa extinguetur, & pretiosum corpus & sanguis Christi non apparebit. Quia vt est apud Danielem capite 7. Id temporis iuge sacrificium non fiet. Addis & ex Oecumenio ad 1. Corinth. cap. 10. ὃ εὐλογοῦντες κατασκευάζομεν, οἶδας ὃ λέγω. Calix benedictionis quod benedicentes præparamus, conficimus. Nosti quod dico. Integrum locum recitabo. ποτήριον εὐλογίας φησὶ, τὸ ποτήριον τοῦ αἵματος τοῦ χριστοῦ ὃ εὐλογοῦμεν, ὃ μετὰ χεῖρας ἔχοντες εὐλογοῦμεν τὸν χαρισάμενον ἡμῖν τὸ αἷμα αὐτοῦ, τουτέστιν εὐχαριστοῦμεν, ἢ εὐλογοῦντες κατασκευάζομεν. οἶδας ὃ λέγω. οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ χριστοῦ ἐστι· συνάπτει γὰρ ἡμᾶς τῷ χριστῷ τὸ αἷμα αὐτοῦ ὡς μέλη τῇ κεφαλῇ διὰ τῆς μεταλήψεως. Calix benedictionis, ait, calix sanguinis Christi, cui benedicimus, quod habentes in manibus benedicimus eum qui nobis gratificatus est sanguinem suum, id est, gratias agimus, aut quem benedicentes præparamus, conficimus, nosti quod dico. Nunquid non est communio corporis Christi. Nos enim sanguis Christi cum Christo coniungit, vt membra cum capite per communionem. Maximus qui ante mille annos vixit sermone de corpore Christi, ἡ δὲ ὕψωσις τοῦ τιμίου σώματος εἰκονίζει τὴν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ὕψωσιν. μετὰ δὲ τὴν ὕψωσιν εὐθὺς ὁ μερισμὸς τοῦ θείου γίνεται σώματος: Eleuatio pretiosi corporis figurat exaltationem in Cruce. Post eleuationem statim diuisio fit diuini corporis. Quod idem Germanus Constantinopolitanus Patriarcha ostendit in sua Liturgia. Adiuuas Patres dixisse, ἱερουργεῖν, ἱερατεύειν τὸ σῶμα κυρίου, sacrificare, immolare corpus Domini. Optime, quia in Eucharistia, verum est Christi corporis sacrificium Cosmas Indicopleuta in principio Psalt. ad hæc verba, Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, subiungit, οὐ γὰρ ἡ θεότης ἱερατεύει, ἀλλὰ μᾶλλον λατρεύεται, καὶ τὰ ἱερεῖα προσδέχεται. Tu es Sacerdos in æternum. Deum Sacerdotem esse ait, non quà Deus est, sed quà homo. Deus enim non sacrificat, sed Deo sacrificatur, Deus adoratur, & sacrificia excipit. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, ἀλλ' ὁ μὲν παράκλητος ἀόρατος πάρεστι, ὅτι σῶμα αὐτὸς οὐκ ἐφόρεσεν· ὁ δὲ κύριος καὶ ὁρᾶται, καὶ ἅπτεται διὰ τῶν φρικτῶν μυστηρίων. οὗτος ὁ ἱερεύς. οὐ γὰρ ἅπαξ ἑαυτὸν προσαγαγὼν, καὶ θύσας ἐπαύσατο τῆς ἱερωσύνης, ἀλλὰ διηνεκῆ ταύτην λειτουργεῖ τὴν λειτουργίαν. Sed Spiritus quidem Paraclerus in mysteriis inuisibilis adest, quia corporis est expers. Dominus autem & videtur, & tangitur. Per terribilia mysteria. Ipse est Sacerdos. Non enim semel seipsum cùm produxerit & immolarit, sacerdotio abiit, sed perpetuum nobis hoc sacrificium significat. Latini Patres pro ἱερουργεῖν, sacrificium offerre dicunt. Ambrosius in precatione præparat. ad Missam. Accedo ad altare tuum, vt offeram tibi sacrificium, quod tu instituisti, & offerri præcepisti. Ad caput quintum epistolæ ad Hebræos. Huius ordinem sacrificij corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi per mysticam similitudinem Melchisedech instituit. Basilius in Liturgia dixit, σφαγιασθῆναι, immolari, σιγησάτω πᾶσα σάρξ, καὶ στήτω μετὰ φόβου, καὶ τρόμου· ὁ γὰρ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων καὶ κύριος τῶν κυριευόντων προέρχεται σφαγιασθῆναι τοῖς πιστοῖς. Taceat omnis caro, & stet cum metu & tremore. Rex enim regum, & Dominus Dominantium procedit vt immoletur fidelibus. Item, καὶ ἀρχιερεὺς ἡμῶν ἐχρημάτισας, καὶ τῆς λειτουργικῆς ταύτης, καὶ ἀναιμάκτου θυσίας τὴν ἱερουργίαν παρέδωκας. Fuisti noster Pontifex, & ritum sacrificandi hoc incruentum sacrificium tradidisti. ἱκάνωσον με ἐνδεδυμένον τὴν τῆς ἱερατείας χάριν παραστῆναι τῇ ἁγίᾳ σου τραπέζῃ, καὶ ἱερουργῆσαι τὸ ἅγιον καὶ ἄχραντόν σου σῶμα. Idoneum me, qui Sacerdotij gratia indutus sum, efficito adstare mensæ tuæ sacræ, & sacrificare sacrum & immaculatum corpus tuum. Epiphanius libro 2. vtitur voce τοῦ ἱερουργεῖν. τὴν δὲ ἱερωσύνην τῷ πατρὶ προσφέρει ἐξ ἀνθρωπότητος τὸ φύραμα λαβὼν ἵνα ὑπὲρ ἡμῶν, ἱερεὺς κατασταθῇ κατὰ τὴν τάξιν μελχισεδὲκ τὴν μὴ ἔχουσαν διαδοχήν. μένει γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν δῶρα προσφέρων εἰς τὸ διηνεκὲς, πρῶτος μὲν ἑαυτὸν προσενήνοχας, ἵνα λύσῃ θυσίας παλαιᾶς διαθήκης, τὴν ἐντελεστέραν, ζῶσαν ὑπὲρ παντὸς κόσμου ἱερουργήσας, αὐτὸς ἱερεῖον, αὐτὸς θῦμα, αὐτὸς ἱερεὺς, αὐτὸς θυσιαστήριον. Sacerdotium patri offert cum ex humana natura massam acceperit, vt pro nobis sit Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, qui successionem non habet.

Manet

Manet enim dona pro nobis in perpetuum offerens, primū quidē cū seipsum obtulerit, vt solueret sacrificium vere is testamenti, cum viuens sacrificium perfectus pro vniuerso mundo sacrificatur, ipse victima, ipse sacrificium, ipse sacerdos, ipse altare. Epiphanium autem eo loco de sacrificio Missæ agere, verba quæ sequuntur indicant, ὁ Μελχισεδὲκ προτυπῶν τ͂ μυστηρίου τὰ αἰνίγματα Melchisedech præfigurans mysteriorum ænigmata in pane & vino. Chrys. hom. aduersus Iudæos vtitur voce τῷ ἱερεύειν, loquens de Melchisedech. ὡς οὐ θυσίας νομικὰς ἱερεύων, ἀλλὰ εὐχὰς καὶ ἄρτον, καὶ οἶνον. Qui non sacrificia legalia sacrificauit, sed preces, & panem & vinum. Chrys. in 1. Corinth. c. 10. ἐνταῦθα δὲ ἡ ἐπὶ τῷ πολλῷ φρικωδεστέραν καὶ μεγαλοπρεπεστέραν ἱερουργίαν κατεσκεύασε, ἀντὶ τῆς ἀλόγων σφαγῆς ἑαυτὸν προσφέρειν κελεύσας. Hic in cœna longe terribilius, & magnificentius sacrificium instituit, cum iussisset, & pro brutorum immolatione seipsum offerentur. Ibidem vocat θυσίαν φοβερὰν, καὶ φρικώδη, sacrificium tremendum & terribile. lib. 3. de sacerdotio, ὅταν γὰρ ἴδῃς τὸν κύριον τεθυμένον, καὶ κείμενον, καὶ τὸν ἀρχιερέα ἐφεστῶτα τῷ θύματι, καὶ πάντας ἐκείνῳ τῷ θείῳ φοινισσομένους αἵματι. Cum videris Dominum immolatum, & propositum, & Pontificem adstantem sacrificio & omnes diuino illo sanguine rubentes. Samonas in Dialogo cum Achmete, ἱερουργούμενος ἄρτος εἰς τὸ ἀληθὲς ὁ Χριστοῦ σῶμα μεταβαλλόμενος δυνάμει θείᾳ. Panis sacrificatus in verum Christi corpus mutatus diuina virtute. Germanus in Liturgia ἱερεῖς τ͂ ἀναίμακτον θυσίαν ἱερουργοῦντες. Chrysostomus homil. 3. in ep. ad Ephes. σὺ θυσίᾳ προσιὼν ἣν καὶ ἄγγελοι φρίττουσιν. Tu autem accedens ad sacrificium quod angeli timent. De proditione Iudæ, θυσία πρόκειται φρικτὴ καὶ ἁγία, ὡς σφαγιασμένος πρόκειται ὁ Χριστός. Accedis ad sacrificium terribile & sanctum. Christus propositus est, vt immoletur. Idem in Liturgia ἱερουργῆσαι τὸ ἅγιον καὶ ἄχραντόν σου σῶμα, καὶ τὸ τίμιον αἷμα. sacrificare sacrum, & impollutum tuum corpus & pretiosum sanguinem. Dionysius Areop. c. 3. Eccles. Hierarch. ὑπὲρ τ͂ ὑπὲρ ἀξίαν ἱερουργίας ἀπολογεῖται ὁ ἱερεὺς πρότερον ἱερῶς πρὸς αὐτὸν ἀναβοῶν, σὺ εἶπας, τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Prius se excusat sacerdos, quod hoc sacrificio defungi audeat, sancte ad eum clamans, tu dixisti, hoc facite in meam commemorationem. Ibidem vocat. τὰ θεουργὰ μυστήρια τ͂ τυπικῆς τραπεζώσεως. Mysteria Deum efficientię mensę susceptionis typicæ. Idem ho. in mysticam cœnam. θυσία πρόκειται φρικτὴ καὶ ἁγία· ἐσφαγμένος πρόκειται Χριστός. Chrysost. Accedis ad sacrificium tremendum & sacrum. Chrysost. Propositus est immolatus. Maximus ad cap. 3. Dionysij scribit, ὅτι συμβολικὴν λέγει τ͂ θείαν ἱερουργίαν, καὶ τὰ ἅγια δῶρα σύμβολα τῶν ἄνω, καὶ τ͂ ἀληθινωτέρων, quod vbique Dionysius sacram hierurgiam vocat symbolicam, & sacra dona symbola, & signa cælestium quæ veriora sint. Deinde verba August. in sententiis apud Gratianum de consecrat. distinct. 2. can. 72. Sed quia Christum vorari dentibus fas non est, voluit Dominus hunc panem & vinum in mysterio vere carnem suam & sanguinem suum consecratione spiritus sancti potentialiter creari, & quotidie pro mundi vita mystice immolari, vt sicut de Virgine per spiritum sanctum vera caro sine coitu creatur, ita per eundem ex substantia panis & vini mystice idem corpus consecretur. Supra ostendimus creari non significare de nihilo fieri, sed e pane corpus, & vino sanguinem vere effici. In mysterio vero creari dicitur, quia sub signis panis & vini, verum corpus Christi, verus sanguis præsens est, quanquam in oculos non incurrit. In mysterio igitur, id est, in sacramento. Ibidem Augustinus Can. Hoc est quod dicimus, quod omnibus modis approbare contendimus sacrificium Ecclesiæ duobus modis confici, duobus consistere, visibili elementorum specie, & inuisibili Domini Nostri Iesu Christi carne & sanguine, sacramento & re sacramenti, id est, corpore Christi. Prosper in sententiis, in Eucharistia est visibilis elementorum species, & inuisibilis Christi caro. Augustinus epistol. ad Bonifacium. Nonne semel immolatus est Christus in se ipso? Et tamen in sacramento non solum per omnes Paschæ solemnitates, sed omni die populis immolatur. Sicut ergo secundum quendam modum sacramentum corporis Christi corpus Christi est, sacramentum sanguinis Christi sanguis Christi est, ita sacramentum fidei fides. Quia scilicet per synecdochen continens interdum ponitur pro contento, signum pro re significata, sacramentum pro re sacramenti. Idem lib. 5. de Baptismo c. 8. sic indigne quisque sumens sacramentum non efficit, vt quia ipse malus est malum sit, aut quia non ad salutem accipit, nihil acceperit. Corpus enim Domini & sanguis Domini nihilominus erat etiam illis quibus dicebat Apostolus, qui manducat indigne, iudicium sibi manducat: cur autem Christi caro in mysterio manducanda detur iudicat Samonas Dialogo cum Achmete, ἀφαιρεῖται ἡμᾶς τ͂ φρίκην, καὶ τ͂ φόβον, ὃν φρίττοντες κατειχόμεθα ἂν εἰ τ͂ αὐτοῦ σάρκα ἐν τῷ αὐτῷ ἰδίῳ εἴδει ἐκέλευσεν ἡμᾶς λαμβάνειν. Adimit nobis horrorem & metum quo detineremur, si carnem eius in specie carnis sumere nos iussisset. Cyrillus ad Calocyrium. Ne horremus carnem & sanguinem apposita sacris altaribus, condescendens Deus nostris fragilitatibus influit oblatis vim vitæ, conuertens ea in substantiam propriæ car-

 nis,

nis. Hugo de Sancto Victore lib. 2. de sacramen. cap. 6. Quod sacramentum altaris & figura est quantum ad panis & vini speciem,& res est quantum ad corporis Christi veritatem. Cyrillus Hierosolymitan. Catech. 4. ἐν τύπῳ ἄρτου δίδοταί σοι τὸ σῶμα, ἵνα γένῃ σύσσωμος, καὶ σύναιμος αὐτοῦ. In figura panis & vini datur tibi corpus, & sanguis Christi, vt sis cum eo vnum corpus, vnus sanguis. Augustin. ad Psalm. 77. Idem in mysterio cibus & potus illorum, & noster. Sed significatione idem, non specie, quia idem ipse Christus illis in Petra figuratus, nobis in carne manifestatus.

AD VOCEM EVLOGIÆ CONSECRAT.

SANCTIFIC. BENEDICT.

CVm ad hanc de Eulogia dissertatiunculam aggredi cogitarem, rumor vulgo de excessu Doctissimi Casauboni Parisiis percrebruit. Eo nuntio quanquam inopinato & graui ab instituto abduci me passus non sum, quod auctore mortuo scripta eius viua esse non dubitem. Cum eo igitur quasi adhuc viueret ita agam, vt eum sæpe appellem, moneam, vt in viam reuocare coner. Ait Casaubonus, Eulogiam interdum simpliciter pro Eucharistia sumi. Cyrillus epist. ad Calosyrium, ἀκούω ὅτι ἀπρακτεῖν φασὶ εἰς ἁγιασμὸν τὴν μυστικὴν εὐλογίαν. Audio eos mysticam Eucharistiam dicere ad sanctitatem conciliandam inutilem esse. Non habeo iam ad manum epistolam Cyrilli: opinor tamen eum loqui de Massalianis, quos Euchetas vocant, de quibus Theodoretus. lib. 4. Histor. Eccles. οὐδὲν οὔτ' ὀνινᾶσαν, οὔτε λωβᾶσαν φάσκοντες τὴν θείαν τροφὴν περὶ ἧς ὁ δεσπότης ἔφη χριστός. ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα. Massaliani dicunt nihil prodesse, aut nocere diuinum alimentum de quo Dominus dixit, qui comedit carnem meam viuet in æternum. Aliquando eulogiæ dicuntur singulæ hostiæ, vel particulæ quæ communicantibus porriguntur. In Concil. Ephesino pag. 8. Cyrillus epist. ad Nestorium προσίεμεν οὕτω ταῖς μυστικαῖς εὐλογίαις, καὶ ἁγιαζόμεθα. Accedimus sic ad mysticas eulogias, & sanctificamur. Addo quæ Casaubonus omisit μέτοχοι γιγνόμενοι τῆς τε ἁγίας σαρκὸς, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος χριστοῦ, Participes facti & sacræ carnis & pretiosi sanguinis seruatoris omnium nostrum Christi. Clemens lib. 8. Constitut. τὰς περισσευούσας ἐν τοῖς μυστικοῖς εὐλογίας οἱ διάκονοι διανεμέτωσαν τοῖς κλήροις. Eulogias quæ supersunt in mysticis Diaconi distribuant clero. Maximus ad Dionys. Areopag. cap. 3. ἢ τάχα τὸν κουφισμὸν καὶ τὴν ὕψωσιν τῆς μιᾶς εὐλογίας τοῦ θείου ἄρτου φησί. Aut forte eleuationem, & exaltationem vnius eulogiæ sacri panis intelligit. κουφίζων ὁ ἱεράρχης τὸν ἅγιον ἄρτον ἐδείκνυ τὴν εὐλογίαν λέγων, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. Eleuans sacerdos sacrum panem ostendebat eulogiam dicens, sancta sanctis. Appellarunt etiam eulogias partes consecrati panis quas mittebant ad alias Paroecias, aut ad peregrinos ἀποδημοῦντας, qui apud se agebant. Irenæus apud Eusebium lib. 5. Histor. Eccles. cap. 26. ἀλλ' αὐτοὶ μὴ τηροῦντες πρεσβύτεροι τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν τηροῦσιν ἔπεμπον εὐχαριστίαν, Presbyteri qui ante te fuerunt licet non eandem ieiunij formam seruarent, mittebant tamen ad eos Eucharistiam, qui formam aliam seruabant. Putat Casaubonus eulogiam idem semper esse cum Eucharistia, vt panem consecratum significet, qui sit panis nudus, & in corpus Christi non transeat. Fateor equidem eulogiam interdum accipi pro Eucharistia, quæ in mysteriis a sacerdote verbis Christi consecratur, vt ex Cyrilli, & Maximi verbis supra apparuit. Sed hoc aio, eulogiam interdum dici panem benedictum à sacerdote, qui dabatur catechumenis, quique panis catechumenorum ab Augustino dicitur, idem omnino cum eo pane qui hodie in Ecclesia Catholica populo non communicanti distribuitur. Quod eum sunt verba concilij Laodiceni, περὶ τοῦ μὴ τὰ ἅγια εἰς λόγον εὐλογιῶν κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα εἰς ἑτέρας παροικίας διαπέμπεσθαι. De non mittendo sancta ad alias paroecias sub tempus Paschatis, nomine eulogiarum. Alia igitur sancta, aliæ sunt eulogiæ, quia eulogiæ mitti poterant ad alias parœcias, non item sancta. Vbi notat Scholiastes fuisse olim morem mittere sancta mysteria, quod postea prohibitum est. Eulogiæ mitti semper poterant. Vox eulogiæ in sacris litteris pro munere sæpe accipitur. lib. 1. Regum cap. 25. Abigail Dauidi ait, λαβὲ τὴν εὐλογίαν ταύτην. Accipe hoc munusculum quod attulit tibi ancilla tua. Ibidem cap. 3. Dauid ait ἡ εὐλογία ἡμῖν ἀπὸ τῶν σκύλων, benedictio hæc nobis est è spolijs. Sanctus Paulin. epistola ad Seuer. pro pane benedicto posuit. Maxi-

mus

mus ad te panem campanum cubiculi nostri pro eulogia. epistol. 34. panis quem mitimus vberior benedictio fiet dilectione accipientis. Augustin. lib. secundo de peccat. merit. capite 26. quod accipiunt catechumeni quamuis non sit corpus Christi sanctum, tamen est & sanctius quam cibi quibus alimur. Idem tractatu duodecimo & 96. in Ioannem, vocat panem catechumenorum. Hieronymus in vita Hilarionis, vt nec cibum ab eo panem vel oleum acciperet. Gregorius Nazianzenus in epitaphio patris formam exprimat, quæ in benedicendo pane seruata est. ἔδοξέν μοι τὸν αὐτῇ φιλτάτην ἄθροας νυκτὸς μετὰ κανοῦ καὶ ἄρτων τῶν λαμπρῶν, ἐπιδραμοῦσα τε αὐτοῖς, καὶ σφραγίσαντα, ὥσπερ φίλον ἡμῖν, θρέψαι τε καὶ ῥῶσαι. Matri meæ visum est, vt ego ipsi carissimus qui frequens astabam patri decumbenti per noctem cum canistro, & pane mundissimo preces super illis cum signo crucis facerem, vt solemus, & eam alerem, & roboratem. Synodo Trullana, λέγουσιν ὡς ἀπαρχὴν τὴν σταφυλὴν, καὶ ταύτης μεταδίδεσθαι τοῖς λαοῖς, permissum est vuas quasi primitias benedicere, & percentibus dare. Ita primitiæ benedicebantur à Sacerdote, sed aliis verbis, quam quibus Christi corpus conficeretur. Synodo Trullan. μὴ σταφυλὴν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ προσφερομένην τῇ ἀναιμάκτῳ τῆς προσφορᾶς θυσίᾳ συνάπτειν. Ne vuam quæ ad altare offertur Sacerdos cum incruento oblationis sacrificio coniungat. Canone 3. Apostol. vetatur, ne aliud quidquam præter oleum ad lucernas, & thus imponatur altaribus, quo tempore sacrificium sanctum offertur Synodo Carthagi. sub Augustino, Non licet in sanctis offerre aliud, quàm panem & vinum aqua mixtum, vt præter corpus & sanguinem Christi in altari nihil aliud offeratur. At Eucharistia semper de Sanctis accipitur. Clemens Alexand. libro 1. Stromat. καὶ τὴν εὐχαριστίαν τινὲς διανείμαντες ὡς ἔθος. Quidam vt moris est Eucharistiam distribuentes. Iustinus in Triphon. ἄρτον τῆς εὐχαριστίας, καὶ ποτήριον τῆς εὐχαριστίας, vocat panem & calicem Eucharistiæ. Clemens Alexand. libro 4. Stromat. ὁ μελχισεδὲκ οἶνον εἰς τύπον εὐχαριστίας. Sed de hac voce abundè supra apud Chrysostomum homil. ad eos qui deserunt Synaxes Eucharistia videtur poni pro benedictione, quæ datur in fine Missæ. μὴ συγχωρούμενον τῆς ἐσχάτης εὐχαριστίας ἀποπηδᾶν. Non permittimus ante vltimam gratiarum actionem exsilire à Missa. In Synodo Ephes. p. 127. 128. τὴν ἀναίμακτον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τελοῦμεν θυσίαν, πρόσιμέν τε οὕτω ταῖς μυστικαῖς εὐλογίαις καὶ ἁγιαζόμεθα μέτοχοι γινόμενοι τῆς ἁγίας σαρκὸς, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ πάντων σωτῆρος. In Ecclesiis incruentum celebramus sacrificium, & sic accedimus ad mysticas eulogias, & sanctificamur participes effecti sacræ carnis, & pretiosi corporis seruatoris nostrum omnium: quo loco eulogia ponitur pro corpore Christi. In decreto Pij eulogiæ, seu frusta panis benedicti dantur catechumenis, & iis qui nollent communicare. Panis ille dicitur ἀντίδωρον, qui loco est δώρου, id est, corporis Christi. Basilius in Liturgia sub finem, μετὰ τὴν εὐχὴν ἐξέρχεται ὁ ἱερεὺς, καὶ δίδωσι ἀντίδωρον. Post precationem egreditur Sacerdos, & dat antidorum, quod est loco Eucharistiæ. Eundem vocant κλάσιν & κατακλάσιν. In Demetrij respons. apud Leunclauium, pagina 320. quæritur an Græcus Sacerdos Latino qui sacris interfuisset debeat μεταδοῦναι κατακλάσεως. Ex quibus apparet quantum intersit inter sacramentum corporis Christi, & eulogiam, seu antidorum. Docet Casaubonus, εὐλογεῖν, εὐχαριστεῖν, ἁγιάζειν, pro eodem poni. 1. Timoth. 4. οὐδὲν ἀπόβλητον μετ' εὐχαριστίας λαμβανόμενον ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγου, καὶ ἐντεύξεως. Nihil reiiciendum est, quod cum gratiarum actione suscipitur, sanctificatur enim per verbum, & orationem. Luc. cap. 9. λαβὼν τοὺς πέντε ἄρτους εὐλογήσας ἔκλασεν; Marci 14. λαβὼν τὸ ποτήριον εὐχαριστήσας ἔδωκε. λαβὼν ἄρτον εὐλογήσας ἔκλασε. Acceptum calicem gratiis actis dedit, acceptum panem cum benedixisset fregit. Cyprianus epist. 3. lib. 2. A Domino calix benedictus est. Hieronymus libro de septem gradibus Eucharistiam per Presbyteros benedictam. Gregorius Nyssenus tractatum scripsit, ὁ ἁγιαζόμενος ἄρτος εἰς τὸ σῶμα τοῦ θεοῦ μεταποιεῖται, vt ostenderet panem consecratum in corpus Christi transformari. Origenes lib. 8. in Celsum, σὺν μετ' εὐχαριστίας, καὶ εὐχῆς τῆς ἐπὶ τοῖς δοθεῖσι προσαγομένους ἄρτους ἐσθίομεν σῶμα γινομένους διὰ τὴν εὐχὴν ἅγιον τι, καὶ ἁγιάζον. Panes qui offeruntur cum gratiarum actione, & precatione, quæ fit super iis quæ data sunt, comedimus, factos per orationem corpus aliquid sanctum, quod sanctificat eos qui sano consilio iis vtuntur. Cyrillus Catech. 1. vocat ἁγίας ἐπικλήσεως τῆς προσκυνητῆς τριάδος. Inuocationem sanctam adorandæ Trinitatis, de qua supra egimus. Chrysostomus homilia 83. in Matthæum. ὁ ποιήσας αὐτὰ ἐν ἐκείνῳ τῷ δείπνῳ, οὗτος καὶ νῦν αὐτὰ ἐργάζεται ἡμεῖς ὑπηρετῶν τάξιν κατέχομεν ἡμεῖς. ὁ δὲ ἁγιάζων αὐτὰ, καὶ μεταρρυθμίζων αὐτὸς ἐστι. Qui illa fecit in ista cœna, is & nunc eadem efficit. Ministri tantum sumus. Qui autem sanctificat ea, & transmutat, idem Christus est. Gregorius Nyssenus,

Catechesi magna, ταῦτα δὲ δίδωσι τῇ τῆς εὐλογίας δυνάμει πρὸς ἐκεῖνο μεταστοιχειώσας τῶν φαινομένων τὴν φύσιν. Dat nobis vt vniamur carni suæ cùm per benedictionis virtutem eorum quæ apparent naturam transelementarit. Germanus Patriarch. Constantinop. in Liturgia, καὶ τῇ χειρὶ τοῦ ἱερέως ἀποσφραγίζει, καὶ μεταβάλλει, καὶ τελειοῖ τὰ προκείμενα ἅγια δῶρα εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν I. X. τοῦ εἰπόντος, ὅτι ὑπὲρ αὐτῶν ἁγιάζω ἐμαυτόν. Spiritus sanctus manu Sacerdotis signat, mutat, & perficit proposita sancta dona in corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, qui dixit, quia pro ipsis me ipsum consecro, & sanctifico. Chrysostomus ad 1. Timoth. 2. ὅτι καὶ ταύτην οὐκ ἄνθρωποι ἁγιάζουσι, ἀλλ' αὐτὸς ὁ καὶ ἐκείνην ἁγιάσας. Eadem est hostia à quocunque offeratur quam Christus discipulis dedit: quoniam & hanc non homines consecrant, sed ipse Christus, qui illam sanctificauit: vt enim eadem verba sunt, ita & eadem oblatio. Samonas in Dialogo cum Achmete. ὅταν τοίνυν ὁ ἁγιασθεὶς ἄρτος εἰς μέρη τέμνηται ὅς τὸ πανάγιον τοῦ χριστοῦ ἐστι σῶμα, μὴ νομίζῃς ὅτι μερίζεται, ἡ ἄχραντος ..., ἢ διαιρεῖται τὸ ἄχραντον ἐκεῖνο σῶμα. ἀθάνατον γὰρ ἐστι. Quādo igitur consecratus panis, qui est corpus Christi in partes scinditur ne putes illud corpus impollutum diuidi, diuelli, distrahi, cùm sit immortale. Latini benedictionis vocabulo vsi sunt apud Gratianum dist. 2. de consecrat. Can. non oportet aliud aliquid in Sacramento offerri præter panem, vinum, & aquam, quæ in typo Christi benedicentur. Synodo 3. Carthag. ἀπαρχὴ δὲ εἴτε μέλι, εἴτε γάλα, ὡς εἴωθε, προσφέρεσθω ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐθίμῳ, εἰς τὸ τῆς ἀπαρχῆς μυστήριον, εἰ καὶ τὰ μάλιστα γάλα ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ προσφέρηται, ὁμως ἰδίαν ἔχέτω κυρίως εὐλογίαν, ὡς ἐκ τοῦ ἁγιάσματος τοῦ κυριακοῦ σώματος, καὶ αἵματος διακριθῇ. Primitiæ siue mel, siue lac, vt moris est, offeratur die vna consueta, licet autem lac in altari offeratur, tamen propriam habeat peculiariter benedictionem, vt distinguatur in consecratione corporis & sanguinis Christi. Cyrillus Alexand. lib. 10. in Ioann. cap. 13. An fortè putat ignotam nobis mysticæ benedictionis virtutem esse, quæ cùm in nobis fiat, nonne corporaliter facit communicatione carnis Christi Christum in nobis habitare. Ambrosius lib. de iis qui initiantur myst. cap. 9. Maiorem esse vim benedictionis quàm naturæ, quia benedictione ipsa etiam natura mutatur. Ab eodem consecratio vocatur: item in consecratione diuina verba ipsa Domini Saluatoris operantur lib. 4. de Sacram. cap. 4. vbi accesserit consecratio de pane fit caro Christi. Ergo didicisti, quia ex pane fiat corpus Christi, & quod vinum, & aqua in calicem mittuntur, sed fit sanguis consecratione verbi cœlestis. Ante verba Christi calix est vini & aquæ plenus, vbi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur qui plebem redemit. August. apud Bedam ad 1. Corinth. Non omnis panis, sed accipiens benedictionem fit corpus Christi, lib. 20. in Faustum epist. 13. Noster panis & calix certa consecratione mysticus fit nobis, non nascitur. Idem apud Gratianum tit. de consec. ar. dist. 2. can. vtrum fideliter fatemur ante consecrationem panem esse & vinum quod natura formauit, post consecrationem verò carnem Christi & sanguinem esse, quod benedictio consecrauit. Euseb. Emiss. homil. de paschate, quando verbis cælestibus benedicendæ creaturæ sacris altaribus imponuntur, antequàm consecrentur, substantia illic est panis & vini, post verba autem Christi, corpus & sanguis eius est. Cyprianus serm. de cœna Domini, sanctificationis verbo vsus est, vbi sacrum cibum mens perfida tetigit, & in scelleratum os panis sanctificatus intrauit. Ambros. lib. 4. de Sacram. Ipse clamat Dominus Iesus, Hoc est corpus meum. Ante benedictionem verborum cælestium alia species nominatur, post consecrationem corpus Christi significatur. cap. 5. antequam consecretur, panis est, vbi verba Christi accesserint corpus est Christi καθηγιάσας, dixit Metaphrastes in vita S. Andreæ, κύριος ὢν ἁπάντων, καὶ ποιητὴς ἦθος παρὰ ἐκείνης ὑφ' ὧν θνήσκειν ἔμελλες, αὐτὸς ὢν, ἑαυτὸν προέθηκας, Φάγετε βοῶν, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ πίστει θεμελιώσασθε. τὸ δὲ συνηθὲς παρ' αὐτοῖς ἐκπληρώσας ὑπηρεσίας, εὐλογήσας τὸν προκείμενον ἄρτον, καὶ τὸ κρατῆρα καθηγιάσας ποτήριον τοῦ δεσποτικοῦ αἵματος, μεταδοὺς αὐτοῖς ἀχράντων, καὶ ἀθανάτων τῶν χριστοῦ μυστηρίων. Dominus existens omnium & opifex Deus, pascha illis, qui te morti dedituri erant, te ipsum proposuisti, clamans, comedite, hoc est corpus meum, & fide fundamini, ait Andreas. Consueto vero ab ipsis ministerio præstito, cum benedixisset panem in Dei corpus mutatum, & nouum sanctificans calicem Dominici sanguinis, participes eius effecit impollutorum & immortaliū Christi mysteriorum. Hic mihi nota, quod nusquam alii leges εὐλογημένον ἄρτον, quo nihil felicius, nihil efficacius dici potuit. Tertullianus lib. 4. in Marcion. Ita & nunc sanguinem suum in vino consecrauit, qui tunc vinum in sanguine figurauit. Origenes hom. 13. in euangel. consecratum munus vocat. Nostis qui diuinis mysteriis interesse consuestis, quomodo cum suscipitis corpus Domini, cum omni cautela & veneratione seruetis, ne ex eo parum quid decidat, ne consecrati muneris aliquid delibetur. Reos enim vos creditis & recte creditis, si quid inde per negligentiam decidat. Ambr. li. de Patriarchis c. Hodieque dat nobis eum panem, quem ipse quotidie Sacerdos ... consecrat verbis suis. Irenæus libro 4. cap. 34

ſanctificati creaturam dixit: quemadmodum enim qui eſt de terra panis percipiens inuocationem Dei iam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia ex duabus rebus conſtans, terrena & cœleſti: ſic & corpora noſtra percipientia Euchariſtiam, iam non ſunt corruptibilia, ſpem reſurrectionis habentia: offerimus autem ei, non quaſi indigenti, ſed gratias agentes donationi eius & ſanctificantes creaturam. Dicet aliquis, multus es in verbis iſtis, ἁγιάζειν, εὐχαριστεῖν, εὐλογεῖν, conſecrare, benedicere, ſanctificare. Multus ſum, at nimius eſſe non poſſum, cum ex his vocabulis fides veteris Eccleſiæ patrum eluceſcat. Cyprianus lib. de cœna Domini, calicem benedictione ſolemni ſacratum vocat: ſed ex quo à Domino dictum eſt, hoc facite in meam commemorationem, hæc eſt caro mea. & hic eſt ſanguis meus, quotieſcunque his verbis, & hac fide actum eſt, panis iſte ſuperſubſtantialis, & calix benedictione ſolemni ſacratus, ad totius hominis vitam, ſalutemque proficit. Clemens Alexand. lib. 4. Stromat. ἁγιασμένην τροφήν. Melchiſedech Rex Salem, ὁ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ ὑψίστου ὁ τὸν οἶνον καὶ τὸν ἄρτον τὴν ἡγιασμένην διδοὺς τροφὴν εἰς τύπον εὐχαριστίας. Sacerdos Dei altiſſimi, qui panem & vinum ſanctificatam alimoniam dedit in typum Euchariſtiæ. Irenæus lib. 4. cap. 34. Quomodo conſtabit eis eum panem in quo gratiæ actæ ſint corpus eſſe Domini ſui. Baſilius in Liturgia ἁγιάσματα vocat, ἵνα ὑποδεχόμενοι τὴν μερίδα τῶν ἁγιασμάτων σου ἑνωθῶμεν τῷ ἁγίῳ σώματι, καὶ αἵματι τοῦ χριστοῦ σου. Vt accepta parte ſanctificatorum tuorum vniamur ſacro corpori, & ſanguini Chriſti tui. Chryſ. hom. 3. in Matth. Tu potius à nobis pete (ait Chriſtus) non vtique aquæ poculum, ſed ſanctificationis hauſturus: ſanctis enim Chriſtus ſancta diſtribuit. Non aquam de fonte hoc largitur, ſed ſanguinem viuum. Germanus Conſtantinopolit. Patriar. τὸ κιβώριον ἐστιν ἀντὶ τοῦ σταυρώσεως, ὅπου ὁ χριστὸς ἐσταυρώθη ὁ χριστός. ἔστι δὲ καὶ κατὰ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης κυρίου, ἐν ᾗ λέγεται ἅγια ἁγίων, καὶ ἁγιάσματα αὐτοῦ. Cibotium eſt vbi crucifixio, pro loco vbi crucifixus eſt Chriſtus. Eſt autem & ſecundum arcam teſtamenti Domini, in qua dicuntur, ſancta ſanctorum, & ſanctificationes eius, Hieron. epiſt. 1. ad Heliodum cap. 1. qui Chriſti corpus ſacro ore conficiunt. Epiſt. 128. ad Fabiolam, Epiſcopus paratus ſit offerre victimas pro populo, ſequeſter Dei & hominum, & carnes agni ſacro ore conficiens, quia ſanctum Dei oleum ſuper eum eſt. Idem ad cap. 3. Sophoniæ, ſacerdotes qui ad Euchariſtiam Domini imprecantur aduentum. Auguſtinus lib. 3. de Trinitate c. 4. prece myſtica conſecrari corpus Chriſti & ſanguinem dicimus, illud tantum, quod ex fructibus terræ acceptum. & prece myſtica conſecratum, rite ſumimus ad ſalutem ſpiritualem in memoriam pro nobis Dominicæ paſſionis. Quod cum per manus hominum ad illam viſibilem ſpeciem perducitur, non ſanctificatur, vt ſit tam magnum ſacramentum, niſi operante inuiſibiliter ſpiritu Dei. Andreas Cretenſis εἰς τὰ βαΐα. ἐκεῖ γυνὴ μυρίζουσα, ὧδε δὲ χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν ἁγιάζων. Illic mulier vnguento deliniens, hic Chriſtus ſe ipſum pro nobis ſanctificans. Marcus Epheſi epiſcopus aduerſus Latinos dixit, ἁγιάζεσθαι καὶ τελειοῦσθαι τὸ τῆς εὐχαριστίας δῶρον, ſanctificari & perfici Euchariſtiæ donum, καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ δεσποτικὸν σῶμα, καὶ αἷμα μεταποιεῖσθαι. & in ipſum Domini corpus, & ſanguinem mutari. Theodoret. Dialogo 1. τὸν μυστικὸν τῆς ἀμπέλου καρπὸν μετὰ τὸν ἁγιασμὸν, αἷμα δεσποτικὸν ὀνομάζομεν: εὐλογίαν cum Euchariſtia coniunxit Origenes, ſiue quis alius auctor, certe vetus in Bibliotheca Federici Morelli viri Doctiſſimi. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ εὐλόγησε, καὶ εἶπε διδοὺς αὐτοῖς μεταλαβεῖν ἃ προσῆκον ἦν, ἵνα ἐκεῖνοι διὰ μὲν τῆς εὐλογίας καὶ εὐχαριστίας μάθωσι, ὅτι μεγάλα ἀληθῶς, καὶ πάσης εὐχαριστίας ἄξια. Ideo enim & benedixit, & dixit cum daret eis communionem eorum quæ oportuit, vt illi per benedictionem & gratiarum actionem diſcerent, res eſſe vere magnas, & omni gratiarum actione dignas. Item, διδάσκετε μὴ πρὸς τὴν φύσιν ἀφορᾶν τῶν προκειμένων, ἀλλὰ διὰ τῆς γενομένης ἐπ' αὐτῶν εὐχαριστίας ταῦτα ἐκεῖνα εἶναι πιστεύειν. Docet ne ad naturam eorum quæ propoſita ſunt aſpiciamus, ſed per gratiarum actionem quæ in eis facta eſt, credamus ea ipſa eſſe quæ dicta ſunt. Theophylactus ad Marc. 24. Putat εὐχαριστεῖν maius aliquid ſignificare, quam εὐλογεῖν. εὐλογήσας δὲ ἀντὶ τοῦ εὐχαριστήσας ἔκλασε τὸν ἄρτον. Benedicens, pro eo quod eſt, gratias agens, fregit panem.

AD CAPVT XXXIIII.

Doctiſs. Caſaubonus ait verba formulæ qua vſus eſt Chriſtus verſa eſſe in nomenclaturam ipſius rei. Hoc vult, opinor, quia Chriſtus dixit, hoc eſt corpus meum, ideo ſacramentum, myſterium, celebrationem corporis Chriſti vocari. Auguſt. lib. 3. de Doctr. Chriſt. vocat celebrationem corporis, & ſanguinis Domini. Origenes ho. 13. in Exodum dixit, ſuſcipere corpus Chriſti. Concil. Niceno, διδόναι τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ, Dare corpus Chriſti.

Christi. Fideles quoties rite Eucharistiam sumunt, & carnem & sanguinem Christi percipiunt. Damascenus dixit, αὐτῆς τοῦ ποτηρίου μετέχω. Hæc omnia ferri possunt, non item quæ sequuntur. Ait enim Casaubonus patres cum appellant hoc mysterium corpus Christi, res pro signis posuisse, vt Theodoretus, & Augustinus in Psal. 3. his verbis, Christus Iudam adhibuit ad conuiuium, in quo corporis & sanguinis figuram commendauit & tradidit. De figura pluribus à me supra dictum est, nec quæ semel abunde dicta sunt ad nauseam inculcari debent. De Iuda disertissime ex August. probaui eum primam Eucharistiam a Christo confectam, de manu Domini accepisse, Hieronymus lib. 2. contra Iouinian. Nunquid quia & Iudas bibit de eodem calice de quo & cæteri Apostoli, vnius cum reliquis erit meriti. Idem Psal. 54. ad hæc verba, qui simul mecum dulces capiebat cibos. Cibus dulcis, id est, corpus & sanguis Christi, quod ipse accepit indignus. Anastasius de Synaxi, οὐχ ὁρᾷς πῶς ὁ ἰούδας ἀναξίως καὶ δολίως τοῦ σώματος μεταλαβὼν δεσποτικοῦ εὐθέως κατεκρίθη, καὶ χώραν πλείονα δέδωκε τοῦ πονηροῦ; φησὶ γὰρ καὶ λαβὼν τὸ ψωμίον. Non vides quomodo Iudas indigne & dolose cum accepisset corpus Christi statim condemnatus est, & locum maiorem dedit diabolo. Ait enim cum accepisset buccellam, intrauit in eum Diabolus. Theodoretus ad hæc verba, ego omnia accepi à Domino. καὶ οὐ μόνον τοῖς ἕνδεκα ἀποστόλοις, ἀλλὰ καὶ τοῦ προδότῃ τοῦ τιμίου μετέδωκε σώματος, καὶ αἵματος. Non solum vndecim Apostolis, sed etiam proditori dedit corpus & sanguinem suum. Augustinus lib. 5. de Bapt. cap. 8. Sicuti Iudas cui buccellam tradidit Dominus, non malum accipiendo, sed male accipiendo locum in se diabolo præbuit, sic indigne quisque sumens Dominicum sacramentum non efficit vt quia ipse malus est, malum sit, aut quia non ad salutem accipit, nihil acceperit. Corpus enim Domini & sanguis Domini nihilominus erat etiam illis quibus dicebat Apostolus, qui manducat indigne, iudicium sibi manducat. Admonui semel atque iterum patres Eucharistiam appellare figuram propter signa panis & species quæ perseuerant, & nihilominus asserere, verum Christi corpus sub figura & specie esse. Ambrosius lib. 4. de sacrament. cap. 5. sacerdos dicit, fac nobis hanc oblationem, ascriptam, rationabilem, acceptabilem, quod est figura corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christus. Antequam consecretur, panis est, vbi autem verba Christi accesserint, corpus est Christi. Denique audi dicentem, accipite & edite ex eo omnes, Hoc est corpus meum: & ante verba Christi calix est vini & aquæ plenus, vbi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur, qui plebem redemit: sed aduersus Casaubonum patres in Eucharistia verissimum Christi corpus agnoscere facile vinco. Ignatius epist. ad Polycarpum, ἄρτον τοῦ θεοῦ θέλω, ἄρτον οὐράνιον, ἄρτον ζωῆς, ὅ ἐστι σὰρξ τοῦ χριστοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ γενομένου ἐν ὑστέρῳ ἐκ σπέρματος δαυὶδ, καὶ ἀβραάμ, καὶ πόμα θέλω τὸ αἷμα αὐτοῦ ὅ ἐστιν ἀγάπη ἄφθαρτος, καὶ ἀέναος ζωή. Panem Dei volo panem cœlestum, panem vitæ, quæ est caro Christi, qui fuit in vtero ex semine Dauid & Abrahami, & potum volo sanguinem eius, qui est caritas immortalis, & æterna vita, Tertullianus libr. 5. in Marcion.

Acceptum panem pariter, vitisque liquorem
Corpus, ait, sanguisque meus qui funditur hic est,
Pro nobis fieri semper quod postea iussit.
Quáue creatura panem vinumque putatis
Esse suum corpus cum sanguine, quæque fatenda?

Idem lib. 4. in Marcion. Acceptum panem, & distributum discipulis corpus suum illum fecit, Hoc est corpus meum dicendo: Quem locum supra integrum recitauimus, & offucias quibus partiarij eum obducunt abunde discussimus. Idem lib. de resurr. carnis, caro abluitur, vt anima emaculetur; caro inungitur, vt anima consecretur; caro corpore & sanguine Christi vescitur, vt anima Deo saginetur. lib. de orat. lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ amictum suum, stolam & amictum carnem demonstrans, & vinum sanguinem, ita & nunc sanguinem suum in vino consecrauit, qui tunc vinum in sanguine figurauit &c sic & in calicis mentione testamentum constituens sanguine suo obsignatum substantiam corporis confirmauit &c. Panis & calicis sacramentum iam in Euangelio probauimus corporis Dominici veritatem aduersus phantasma Marcionis, ait lib. 5. in Marcio. lib. de pudicit. vbi agit de filio prodigo: Annulum quoque accepit pristinum suam fidei pactionem interrogatus obsignat, atque ita ex inde opimitate corporis Dominici vescitur, Eucharistia scilicet. Augustinus sermon. ad infant. Quod ergo vidistis panis est, & calix quod oculi vestri renuntiant, quod autem fides vestra postulat instruenda, panis est corpus Christi, calix est sanguis. libro de Catechismo capit. 4. Christum agnum quotidie immolamus, comedimus, eiusque sanguinem bibimus lib. 65. quæst. q. 49. sanguis Abel sanguinem Christi (designat) quo vniuersa Ecclesia accepto dicit, Amen. Nam qualem

clamo

horem faciat ecclesia dum potatur sanguine Christi, & dicit Amen: Tu ipse considera, Basilius in Ascet. pag. 598. ὅσον μείζων χριστὸς ταύρων, τοσούτῳ δεινότερον ἐν μολυσμῷ ψυχῆς ἅψασθαι τοῦ σώματος χριστοῦ ἢ ταύρων. Quanto Christus maior est tauris, tanto grauius est anima polluta tangere, corpus Christi quàm taurorum. Chrysostomus ad cp. 26. Matth. τῆς ψυχῆς ἀποστήσομαι πρότερον, ἢ τοῦ αἵματος μεταδῶ τοῦ δεσποτικοῦ παρ' ἀξίαν. Vita excedam prius, quàm dem indigno corpus Domini. Paschasius vixit ante annos 800. Is in epist. ad Frudegard. Christus non ita dixit, hæc est, vel in hoc mysterio est quædam virtus, vel figura corporis mei, sed ait non ficte, hoc est corpus meum, & ideo hoc est quod ipse dixit, non quod quisque finxit. Augustinus libr. 2. contra aduersar. legis, cap. 9. Et sicut mediatorem Dei & hominum hominem Christum Iesum carnem suam nobis manducandam, bibendúmque sanguinem fideli corde, atque ore suscipimus, quamuis horribilius videatur humanam carnem manducare, quàm perimere, & humanum sanguinem potare, quàm fundere. Theophyl. ad hæc verba, Amodo non bibam de genimine scribit Dominum duo pocula dedisse Apostolis, alterum antequam frangeret panem, ὃ τῆς παλαιᾶς διαθήκης τύπον εἶπεν μόλις εἶναι, ἕτερον δὲ μετὰ τὸ κλάσαι ἄρτον, καὶ διανέμει αὐτοῖς, διὰ μὲ τοῖς μαθηταῖς, ὃ καὶ τῆς καινῆς διαθήκης ὀνομάζει, καὶ ἐν τῷ ἑαυτοῦ αἵματι φησὶ ἐγκαινίζεσθαι· ἵνα μὲν γὰρ τῆς παλαιᾶς διαθήκης αἷμα ζώων ἀλόγων ἦν, ὅτε ὁ νόμος ἐδόθη, νῦν δὲ τοῦ θεοῦ λόγου ἀνθρώπου γενομένου τὸ αἷμα τὴν καινὴν διαθήκην ἡμῖν ἐπισφραγίζει. Quod poculum veteris testamenti figuram esse dixerat, alterum Discipulis dedit postquam fregit panem & distribuit ipsis, quod noui testamenti vocauit, & dixit in suo sanguine innouari. Quia enim veteris testamenti sanguis brutorum animantium fuit, quando lex data est, verbi Dei facti hominis sanguis nouum testamentum signat. Oecumenius ad verba, panis quem frangimus. ὅπερ ἐπὶ σταυροῦ οὐ πέπονθεν ὁ κύριος, τοῦτο δι' ἡμᾶς ὑπομένει κλώμενος, ἵνα συνάψῃ ἡμᾶς ἑαυτῷ. Quod in cruce Dominus passus non est, hoc propter nos sustinet fractus, vt nos sibi ipsi coniungat. Quæ frons vltra obduret contra hos testes. Qui tamen si non satisfaciunt refractariis, adducentur alij ex subsidiis qui plenam probationem faciant. Tertul. libr. de orat. Ego sum panis vitæ, &c. Quod & corpus eius in pane censetur. Hoc est corpus meum. Origen homil. 23. & tract. 35. ad cap. 26. Matth. Nosti qui mysteriis interesse consueuistis, quomodo cùm suscipitis corpus Domini cum omni cautela & veneratione seruetis, ne ex eo parum quid decidat, ne consecrati muneris aliquid delabatur. Reos enim vos creditis, & rectè creditis, si quid inde per negligentiam deciderit. Quod si circa corpus eius conseruandum tanta vtimini cautela, & merito, quomodo putatis minoris esse piaculi, verbum Dei neglexisse quàm corpus eius. Idem in Matth καὶ γὰρ ὁ τοῦ ἄρτου μετέχων, τοῦ σώματος τοῦ κυρίου μεταλαμβάνει· οὐ γὰρ προσέχομεν τῇ φύσει τῶν αἰσθητῶν προκειμένων, ἀλλ' ἀνάγομεν τὴν ψυχὴν διὰ πίστεως ἐπὶ τὸ τοῦ λόγου σῶμα· οὐ γὰρ εἶπε τοῦτό ἐστι σύμβολον, ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα δεικτικῶς, ἵνα μὴ νομίσῃ τις τύπον εἶναι τὰ φαινόμενα. Qui enim participat pani, participat corpori Christi. Non enim attenti sumus ad naturam eorum quæ proposita sunt, & sub sensum cadunt, sed per fidem attolimus animam ad corpus verbi. Non enim dixit, hoc est signum, sed hoc est corpus demonstratiue. Vt non putet quis ea quæ apparent esse figuram. Idem homil. 38. in Ioann. Si non comedimus panem vitæ, si non carnibus Christi vescimur, & cruore potamur. Euseb. libr. 6. histor. eccles. cap. 2. δεῦτε οἱ ἱεράρχαι οἱ λειτουργήσαντές μοι ἀμώμως ἡμέρας, καὶ νυκτὸς, καὶ τὸ τίμιον σῶμα καὶ αἷμά μου καθ' ἑκάστην θύοντες, ait Sanctus Hippolytus. Adeste Pontifices qui mihi inculpate die & nocte ministratis, & quotidie pretiosum corpus meum & sanguinem immolatis. Cyprianus lib. de lapsis, A diaboli aris reuertentes ad sanctum Domini sordidis & infectis nidore manibus ascendunt, mortiferos idolorum cibos adhuc penè eructantes, exhalantibus etiamnum scelus suum faucibus Domini corpus inuadunt. Idem libro de cœna, sed ex quo à Domino dictum est, hoc facite in meam cõmemorationem, hæc est caro mea, & hic est sanguis meus, quotiescunque his verbis, & hac fide actum est, panis iste supersubstantialis, & calix benedictione solemni sacratus ad totius hominis vitam, salutémque proficit. &c. Vt biberent sanguinem Christiani, cuius esum legis antiquæ auctoritas districtissime interdicit. Lex quippe esum sanguinis prohibet, euangelium præcipit, vt hibatur. Bibamus autem de sanguine Christi ipso iubente. Quid attinet obstruere Casaubone, pluribus veterum patrum testimoniis, cùm illa omnia eludat vnica exceptione, qua rem significatam pro signo poni ad liquidum affirmat. Sed liquidum illud à nobis est, ab illo, tenebræ & inuolucra.

Verba Casauboni sunt. Augustinus in tertio de Doctrina Christiana cœnam dominicam appellauit celebrationem corporis & sanguinis Domini. Respondeo verè & piè id quod erat, appellasse. Si cui de mente Augustini nondum liquet, audiat eundem libr. 9. confess. cap. 13. Tantummodo memoriam sui ad altare tuum fieri desiderauit, vnde sciret dispensam

victimam sanctam, qua deletum est chirographum quod erat contrarium nobis, ad cuius pretij nostri sacramentum ligauit ancilla tua animam suam vinculo fidei. Quæ est illa victima, mi Casaubone, quæ dispensatur ex altari Domini, pretium nostrum quo deletum est chirographum contrarium nobis, nisi corpus Christi quod immolatur à Sacerdotibus ad altare Domini. Epist. 120. ad Honorat. cap. 27. Et ipsi adducti sunt ad mensam Christi, & accipiunt de corpore & sanguine eius, libro 3. de Trinitate, cap. 4. Nec signa litterarum conscripta pelliculis corpus Christi & sanguinem dicimus, sed illud tantum quod ex fructibus terræ acceptum, & prece mystica consecratum rite sumimus ad salutem spiritualem in memoriam pro nobis Dominicæ passionis lib. 3. ad Leuitic. quæst. 57. Quid sibi vult quod a sanguine sacrificiorũ quæ pro peccatis offerebantur tantopere populus prohibetur, si illis sacrificiis vnũ hoc sacrificiũ significatur in quo vera est remissio peccatorũ, à cuius tamen sanguine in alimentum sumendo non solum nemo prohibetur, sed ad bibendum potius omnes exhortantur qui volunt habere vitam. Item, infantes etsi nunquam illam speciem videant nisi inter celebrationem sacramentorum cùm offertur & datur, dicitur que [illegible] auctoritate grauissima cuius corpus & sanguis sit, nihil aliud credent nisi omnino in illa specie Dominum apparuisse oculis mortalium, & de latere tali percussio liquorem illum omnino fluxisse. Verba Casauboni, in canone 18. Concilij Nicæni dicitur Sacerdos διδόναι τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ, Origenes homil. 13. in Exodum, suscipere corpus Domini, Basilius pag. 59. ἱερατεύειν τὸ σῶμα κυρίου, locutiones sunt sacramentales. Agnosco in mysterijs hæc verba vere vsurpari. Verba Nicænæ Synodi sunt can. 18. ὅτε ὁ κανὼν, ὅτε ἡ συνήθεια παρέδωκε τοὺς ἐξουσίαν μὴ ἔχοντας προσφέρειν τοῖς προσφέρουσι διδόναι τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ. neque canon, neque consuetudo tradidit, vt diaconi qui potestatem offerẽdi, & sacrificandi non habent, Sacerdotibus qui offerre possunt dent corpus Christi. Origenes manu scriptus apud Federicum Morellum virum doctissimum, in Lucam, aut si quis alius eius libri auctor est, certè vetus & eruditus, οὐκοῦν ἐσθίοντες τὴν σάρκα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν χριστοῦ, καὶ πίνοντες αὐτοῦ τὸ αἷμα, ζωὴν ἔχομεν ἐν ἑαυτοῖς: τοῦτο γὰρ πάλιν φησὶ πάλιν, ὁ τρώγων, &c. ἐδεῖ τοίνυν αὐθρώπων κατεφθαρμένον θανάτῳ οὐκ ἄλλως πρὸς ἀφθαρσίαν ἀναδραμεῖν, ἐπεὶ οὐ δυνατὸν ἦν εἰμὴ τῷ μονογενεῖ τοῦ θεοῦ λόγον ἰδιοποιήσασθαι τὸ σῶμα ἡμῶν ἀναγεννηθῆναι κατὰ σάρκα. &c. ἐπεὶ τοίνυν ἐδεῖ καὶ διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν ἡμῖν αὐτὸν γενέσθαι θεοπρεπῶς συνανακιρνᾶσθαί τε ὥσπερ τοῖς ἡμετέροις σώμασι διὰ τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκὸς, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος, ἵνα μὴ σάρκα καὶ αἷμα προκείμενα βλέποντες ἐν ἁγίαις τραπέζαις ἀποδειλιάσωμεν, συγκαθιέμενος ὡς θεὸς [illegible] ἡμετέραις ἀσθενείαις, ἃ ἐν εὐλογίαν ζωοποιὸν, ὡς ἐν ἄρτῳ τε καὶ οἴνῳ πέμπει τοῖς προκειμένοις δύναμιν τῆς ζωῆς, καὶ μεθίστησι αὐτὰ πρὸς ἐνέργειαν τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς, ἵνα εἰς μετάληψιν ζωοποιὸν ἔχωμεν αὐτὰ, καὶ σπέρμα ζωοποιὸν ἐν ἡμῖν εὑρεθῇ τὸ σῶμα τῆς ζωῆς. Igitur comedentes carnem seruatoris nostri Christi, & bibentes illego, αὐτοῦ eius sanguinem, vitam habemus in nobis. Hoc enim rursum dicit, qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, &c. Oportebat igitur hominem morte occupatum non aliter ad incorruptionem venire, quod quidem fieri non potest, nisi vnigenitum Dei verbum nobis proprium fecerimus, vt nobis[illegible] corpus secundum carnem regeneretur. Quoniam igitur oportebat eum esse in nobis per Spiritum sanctum eo modo qui Deum decet, & admisceri per sanctam eius carnem nostris corporibus, & per pretiosum eius sanguinem, vt ne carnem & sanguinem proposita videntes in sanctis mensis nausea & fastidio afficiamur, & obtorpescamus, condescendens vt Deus nostræ fragilitati ea quæ habuimus in benedictionem viuificam vt in pane & vino, mittit propositis potentiam vitæ, & transfert ea ad efficacitatem & energiam suæ carnis, vt in participationem viuificam ea habeamus, & semen viuificum in nobis inueniatur, corpus vitæ. Basilius sermone de baptismo & definit. 21. Ethicor. εἰ δὲ καὶ ὁ ἀδελφὸς διὰ βρῶμα λυπῶν τῆς ἀγάπης ἐκπίπτει, τί ἄλλο εἴποι περὶ τοῦ ἀργῶς καὶ ἀνωφελῶς τολμῶντος φαγεῖν τὸ σῶμα καὶ πιεῖν τὸ αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν I. X. δεῖ οὖν τὸν προσιόντα τῷ σώματι, καὶ τῷ αἵματι τοῦ χριστοῦ καθαρεύειν. Definitionis titulus hic est, ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖται ὁ ἄνευ τῆς κατανοήσεως τοῦ λόγου καθ' ὃν δίδοται ἡ μετάληψις τοῦ σώματος, καὶ τοῦ αἵματος τοῦ χριστοῦ προσερχόμενος τῇ κοινωνίᾳ. Titulus 22. definit. ποίῳ λόγῳ δεῖ ἐσθίειν τὸ σῶμα καὶ πίνειν τὸ αἷμα τοῦ κυρίου, &c. Quod si is qui per cibum fratrem offendit, excidit caritate, quid dicat aliquis de eo qui negligenter & inutiliter audet comedere corpus & bibere sanguinem Domini. Oportet igitur eum qui accedit ad corpus & sanguinem Christi purum & integrum esse. Ostendit eum non iuuari communione Eucharistiæ, qui accedit ad communionem non considerata ratione propter quam datur communio corporis & sanguinis Christi. Quærit quomodo corpus Domini manducare oporteat, & sanguinem eius bibere.

Casauboni verba. In verbis Domini corpus significare carnem certum est, alioqui superflua esset quæ statim subiicitur mentio sanguinis. At quoties hoc mysterium simpliciter appellatur

latur corpus Christi, totum illud significat quod in communione percipiunt fideles, hoc est, totum Christum, atque adeo eius omnia munera. Minus hic male loqueris, Casaubone, quam pro more tuo. Quanquam enim corpus Christi non fuit sine sanguine cum discipulis à Christo datum est, & vt Theologi nostri loquuntur, in sanguine corporis est comitatus, Christus tamen vt efficacius coniunctionem suam cum hominibus significaret, Ioa 6. de corpore & sanguine separatim dixit, qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Et in institutione mysterij huius separatim de carne, & de sanguine suo locutus est. Quod autem ais Patres mysterium hoc simpliciter vocare corpus Christi, fugit te ratio: vocant illi quidem sacramentum & mysterium corporis Christi, dicunt sacerdotes sacro ore corpus conficere, dare communicantibus corpus Christi, sed vt totum hoc mysterium, & sacram teleten corpus Christi vocarint, factum non arbitror. Vel enim de Sanctissima cœna Domini agunt vt est sacrificium, vel vt sacrificio facto asseruatur corpus Christi ad fidelium communionem, quod vocamus sacramentum. Si de sacrificio agitur, voce corporis ἁπλῶς sacrificium illud, nisi aliud addas, significari non potest; si de sacramento, nisi aliud aliquid addatur, nec illud satis voce corporis significatur. Fateor autem fideles quoties rite Eucharistiam sumunt, carnem & sanguinem Christi percipere, hoc est totum Christum, & cum Christo omnia eius munera, licet sub vna tantum specie sumant, quia in corpore sanguis, in sanguine corpus, & in vtroque totus Deus per comitatum illum inseparabilem continetur. At tu qui spiritaliter tantum sumi corpus Christi in Eucharistia credis, doceto me quid esse putes Christi corpus spiritaliter sumere. Dices, opinor, esse nihil aliud, quam fide sumere, id est, non realiter ipsum Christi corpus quod sedet ad dexteram patris sumere, sed eius gratiam per fidem accipere, & cum eius corpore mystico, quod est Ecclesia, coniungi. Vnde sequitur, cum ais eos qui rite Eucharistiam sumunt carnem & sanguinem Christi percipere, verbis tuis cum fide & sensu tuo non conuenire, quia credis per Eucharistiam fideles solam gratiam Christi accipere, & coniungi tantum cum corpore Christi mystico, & tamen asseris pie communicantes Christi corpus & sanguinem sumere. Vnde appatet te aliud loqui, aliud sentire, & fucum facere legentibus.

Verba Casauboni. In Doctrina de sacramentis, ea est affinitas inter signa & res significatas, vt eorum nomina promiscue vsurpentur. Falsum obtrudis, mi Casaubone, cum enim duo tantum sacramenta esse dicas, Baptismum & Eucharistiam, in Baptismo axioma tuum falsi inscribendum est. Aqua enim, quod signum est sub sensum cadens, non ponitur pro expiatione à peccato originali, quæ est res significata, neque expiatio illa & regeneratio ponitur pro aqua. In Eucharistia certo panis sæpe ponitur pro corpore Christi, vt cum diuus Paulus ait, panis quem frangimus. Qui manducat hunc panem, aut bibit hunc calicem indigne. At certe corpus Christi nunquam ponitur pro pane. Falsum igitur est quod ais, signa & res significatas promiscue vsurpari.

Verba Casauboni. Neque tamen confundi patitur vera Theologia signa visibilia cum rebus inuisibilibus quæ in illis adorantur. Quæro de te, Casaubone, quæ sint res illæ inuisibiles quas in pane & vino adoras, cum in pane & vino nullam rem inuisibilem esse credas, sed solius panis & vini substantiam, quam in corpus & sanguinem Christi mutatam esse negas. Nos quidem sub panis & vini specie Christi corpus & sanguinem adoramus, in quæ panis & vini substantia mutata est. Attineris idololatriæ, qui in pane & vino, id quod in illis non est, adores.

Verba Casauboni. Docent patres, cum appellatur hoc mysterium corpus Christi nomine rei significatæ signum affici. Iterum obtrudis falsum, Patres id non docent: imo docent, & arcte defendunt vocari corpus Christi, quia vere panis in corpus Christi mutatum est, vocari sanguinem, quia ex vino sanguis effectus est. Ambrosius lib. de iis qui initiantur myster. cap. 9. Ipse clamat Dominus Iesus, hoc est corpus meum. Ante benedictionem verborum cœlestium alia species nominatur, post consecrationem Christi corpus significatur. Cyrill. Alexandrin. Catech. 4. ὕδωρ ποτὲ ἐν Κανᾷ Γαλιλαίας, &c. Aquam aliquando in Cana Galilææ mutauit in vinum, & ei fides non habebitur, vinum in aquam mutanti. Gregorius Nyssenus tractationem habuit de corpore Christi in quod panis per consecrationem mutatur, vt supra ostendi.

Casauboni verba. Notus est Theodoreti locus, Dominus, inquit, Symbolo corporis, corpori nomen dedit Symboli. Locus notus, sed cui falsam tui addunt sententiam. Te ipsum arbitrum deposco. Verba sic habent, in 2. Dial. ὥσπερ γὰρ ἡμεῖς τὸν μυστικὸν τῆς ἀμπέλου

καρπὸν μετὰ τὸν ἁγιασμὸν αἷμα δεσποτικὸν ὀνομάζομεν, οὕτω τὸ ἀληθινῆς ἀμπέλου τὸ αἷμα, σταφυλῆς ὠνόμασεν αἷμα. ἠβουλήθη γὰρ τοὺς τῶν θείων μυστηρίων μεταλαγχάνοντας μὴ τῇ φύσει τῶν βλεπομένων προσέχειν, ἀλλὰ διὰ τῆς τῶν ὀνομάτων ἐναλλαγῆς πιστεύειν τῇ ἐκ τῆς χάριτος γεγενημένῃ μεταβολῇ· ὁ γὰρ δὴ τὸ φύσει σῶμα, σῖτον καὶ ἄρτον προσαγορεύσας, καὶ αὖ πάλιν ἑαυτὸν ἄμπελον ὀνομάσας, οὗτος τὰ ὁρώμενα σύμβολα τῇ τοῦ σώματος καὶ αἵματος προσηγορίᾳ τετίμηκεν, οὐ τὴν φύσιν μεταβαλὼν (τῶν συμβόλων) ἀλλὰ τὴν χάριν τῇ φύσει προστεθεικώς. τίνος ἡγῇ σύμβολόν τε καὶ τύπον τὴν πανάγιαν τροφήν· δῆλον ὡς ἐκείνων ὧν προσηγορίας ἐδέξατο· τοῦ σώματος, καὶ τοῦ αἵματος λέγεις· οὕτω λέγω. Sicut enim nos mysticum vitis fructum post consecrationem Domini sanguinem nominamus, ita vitis veræ sanguinem, nominamus vuæ sanguinem. Voluit enim eos qui diuinis mysteriis participant non attendere ad naturam eorum quæ videntur, sed per mutationem nominum fidem habere ei mutationi quæ facta est per gratiam. Audis, Casaubone, mutationem factam esse per gratiam cui sit fides habenda, nec attendendum ad naturam eorum quæ proposita sunt. Quænam illa est mutatio quam mutatis nominibus factam credere debemus, licet signa maneant in natura signorum ad quæ non debemus attendere, nisi mutatio substantiæ panis in substantiam carnis Christi, quæ facta est per gratiam. Deinde subiicit Theodoretus. Qui enim quod natura corpus hominis est triticum & panem vocauit, & rursum seipsum vitem nominauit, ille signa visibilia corporis & sanguinis appellatione honorauit, non naturam mutans (accidentium & signorum) sed naturæ gratiam addens. Cuius rei putas esse signum & typum, sanctissimum illum cibum? Clarum est quod illorum signum est, quorum appellationes accepit. Dicis corporis & sanguinis. Ita dico. In 2. Dialogo, de panis & vini signis loquens ante quam sanctificentur, μετὰ δέ γε τὸν ἁγιασμὸν πῶς ταῦτα προσαγορεύεις. σῶμα χριστοῦ, καὶ αἷμα χριστοῦ. καὶ πιστεύεις καὶ σώματος χριστοῦ μεταλαμβάνειν καὶ αἵματος. οὕτω πιστεύω. ὥσπερ τοίνυν τὰ σύμβολα τοῦ δεσποτικοῦ σώματός τε καὶ αἵματος, ἄλλα μέν εἰσι πρὸ τῆς ἱερατικῆς ἐπικλήσεως, μετὰ δέ γε τὴν ἐπίκλησιν μεταβάλλεται, καὶ ἕτερα γίνεται. ἑάλως αἷς ὕφηνας ἄρκυσι. οὐδὲ γὰρ μετὰ τὸν ἁγιασμὸν τὰ μυστικὰ σύμβολα τῆς οἰκείας ἐξίσταται φύσεως, μένει γὰρ ἐπὶ τῆς προτέρας οὐσίας, καὶ τοῦ σχήματος καὶ τοῦ εἴδους, καὶ ὁρατά ἐστι καὶ ἁπτά οἷα καὶ πρότερον ἦν, νοεῖται δὲ ἅπερ ἐγένετο, καὶ πιστεύεται, καὶ προσκυνεῖται, ὡς ἐκεῖνα ὄντα ἅπερ πιστεύεται. Post consecrationem autem quomodo ea vocas? Corpus & sanguinem Christi. Et credis te participare corpori & sanguinis Christi? Ita credo. Vt igitur signa corporis & sanguinis Domini alia sunt ante inuocationem sacerdotalem, post inuocationem autem mutantur, & alia sunt. Captus es retibus quæ texuisti. Non enim post consecrationem mystica signa discedunt à propria natura, manent enim in priori essentia & figuræ & speciei, & visibilia sunt, & tangi possunt vt prius, intelliguntur autem ea quæ facta sunt, & creduntur, & adorantur vt quæ sint illa quæ creduntur. Qui clarius illis verbis, mi Casaubone, quibus post consecrationem, licet signa non mutata sint, credi tamen, & adorari ea quæ facta sunt Theodoretus ostendit. Subiungit deinde, μήτε σὺ τοίνυν θέλε κατὰ φύσιν ἴσον τῆς θεότητος εἶναι τὸ σῶμα. κἂν γὰρ πιστεύσῃς, ὡς ἀληθὲς εἴη τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ, καὶ προσκομίσῃς τῷ θυσιαστηρίῳ πρὸς μεταποίησιν, μὴ διαστείξῃς δὲ τὴν τοῦ σώματος, &c. Noli putare corpus esse æquale secundum naturam diuinitati. Licet enim credas corpus verum esse Christi, & adferas ad altare vt transmutetur, si non distinxeris, corporis & diuinitatis naturam, dicemus tibi, si recte obtuleris, & recte non diuiseris, peccasti, quiesce. Legeras illa verba, & vt eruditus es, satis intellexeras. Non fuerat tui candoris, falsam sententiam & adulterinam Theodoreto affingere.

CASAVBONVS.

NOtissima sunt hodie & pueris Augustini verba ad Adimantum, Dominus non dubitauit dicere, Hoc est corpus meum, cum signum daret corporis sui.

BVLENGERVS.

NOtiora sunt eiusdem verba, In Eucharistia est visibilis elementorum species, & inuisibilis Christi caro. Can. Hoc est quod dicimus de Consecr. dist. 2. Augu. in hæc verba loquitur, Hoc est quod dicimus quod modis omnibus approbare contendimus, sacrificium Ecclesiæ duo

duobus modis confici, duobus confiftere, vifibili elementorum fpecie & inuifibili Domini noftri Iefu Chrifti carne, & fanguine, & facramento, & re facramenti, id eft corpore Chrifti. Corpus Chrifti veritas & figura eft. Veritas eft quando virtute Spiritus fancti fubftantiâ panis & vini fit caro & fanguis Chrifti. Figura, quod exterius fentitur. can. 47. & 71. dift. 2. de confecrat. Tibi, Cafaubone, ignota effe non poteft fententia Auguftini, cuius verba funt ferm. 2. de verbis Apoftol. Audiuimus veracem magiftrum commẽdantem nobis pretium noftrum, fanguinem fuum. Locutus eft enim nobis de corpore & fanguine fuo. Corpus dixit efcam, fanguinem potum. Ex fuperioribus intelligendus eft Auguftinus in enarratione Pfal. 3. cùm ait, Chriftus Iudam adhibuit ad conuiuium in quo corporis & fanguinis figuram commendauit, & tradidit, quia fub vini & panis figura fanguinem & corpus fuum commendauit. Idem libro 20. contra Fauftum cap. 18. Chriftiani iam peracti facrificij memoriam celebrant facrofancta oblatione & participatione corporis Chrifti. Quod nos caufaris verba patrum miris & indignis modis torquere, vt clariffimam eorum mentem eludamus, id tibi, tuifque proprium eft, qui verbis patrum fepiæ atramentum offunditis, vt ea in alienam mentem traharis. Quæro de te, an vis à nobis fiat verbis Auguftini lib. 17. de ciuit. Dei, cap. 20. Non eft bonum homini quod manducabit & bibet (ait Ecclefiaftes) quid credibilius dicere intelligitur, quam quod ad participationem menfæ huius pertinet, quàm Sacerdos ipfe mediator teftamenti noui exhibet fecundum ordinem Melchifedech de corpore & fanguine. Id enim facrificium fucceffit omnibus illis facrificiis veteris teftamenti quæ immolabantur in vmbra futuri, &c. Quia pro illis omnibus facrificiis & oblationibus corpus eius offertur & participantibus miniftratur. lib. 2. contra aduerfarios Legis, cap. 9. Mediatorem Dei & hominum hominem Chriftum Iefum carnem fuam nobis manducandam, bibendúmque fanguinem dantem fideli corde atque ore fufcipimus, quamuis horribilius videatur humanam carnem manducare, quàm perimere, & humanum fanguinem potare, quàm fundere. Admoue omnes fidiculas, intendito equuleos quotquot habes, nunquam Auguftini verba hæc à recto ftatu fuo detorquebis.

AD CAPVT XXXV.

EXERCIT. XVI.

RECitas verba Lucæ 22. fed curta & imminuta refcindis quod aduerfus errores noftri fæculi palmarium eft. τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐν αἵματί μου τὸ ἐκχυνόμενον ὑπὲρ ἡμῶν. Hoc poculum effufum pro vobis eft nouum teftamentum in fanguine meo. Chriftus dedit difcipulis in poftrema illa cœna poculum effufum pro nobis, fed poculum effufum pro nobis nullum aliud eft, quàm fanguis eius. Dedit igitur fanguinem fuum Difcipulis. Matthæus, hic eft fanguis meus noui teftamenti, id eft, vt interpretaris, quo fancitur nouum Dei fœdus cum humano genere. At nihil aliud eft quo fanciatur fœdus nouum Dei cum hominibus quàm fanguis eius. Dedit igitur verum fanguinem fuum Difcipulis bibendum in poftrema cœna. Deinde longuos logos cædis de fignificatione vocis teftamenti, qua verbum Dei & facramenta fignificari ais. Ita Paulus dixit 2. Corinth 3. qui nos reddidit idoneos, vt effemus miniftri noui teftamenti. Addis in Liturgia Bafilij, in oratione προσκομιδῆς oblationis, hæc haberi, δεδόκησον δὴ κύριε τοῦ γίνεσθαι ἡμᾶς διακόνους τῆς καινῆς σου διαθήκης. Acceptum habeto, Domine, & probato nos effe miniftros noui tui teftamenti. Vbi de folo facramento Euchariftiæ agi fcribis. Molli brachio teftamenti vocem attigifti, conferam manum, & aliquid fortè adiuuabo. Chryfoftomus ad caput 26. Matthæi. αἷμα καινῆς διαθήκης καλεῖ, ὡς τὴν παλαιὰν διαθήκην ἔχον· ὥσπερ γὰρ ἡ παλαιὰ πρόβατα, καὶ μόσχους εἶχεν, οὕτω καὶ αὕτη τὸ αἷμα δεσποτικόν. Vocat fanguinem noui teftamenti, quod hic fanguis vetus teftamentum contineret. Sicut enim vetus teftamentum oues & vitulos habuit, ita & nouum fanguinem Domini. Animaduerte eum loqui de fanguine noui teftamenti qui datus eft difcipulis. Theophylactus ad verba Lucæ, capite 22. Videtur, inquit, Lucas meminiffe duorum poculorum quorum alterum antequam frangeret panem fuit typus veteris teftamenti, alterum poftquam fregit panem dat Difcipulis fuis, & vocauit poculum noui teftamenti, καὶ ἐν τῷ ἑαυτοῦ αἵματί φησιν ἐγκαινίζεσθαι, & in fuo ipfius fanguine ait innouari. Quia enim fanguis veteris teftamenti erat bruto-

rum animalium quando lex data est, nunc postquam filius Dei homo factus est, sanguis eius nouum testamentum nobis signat. Omnino sanguis testamenti cuius meminit Paulus cap. 10. ad Hebr. (his verbis, quanto grauiora putatis mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit) est sanguis datus discipulis in postrema cœna, de quo Paulus idem 1. Corinth. 2. Hic calix noui testamenti. Vbi testamentum, inquit, est, ibi mors testatoris intercedat necesse est. Testamentum enim non valet quandiu testator viuit, sed eius morte firmatur. Itaque testamentum illud nouum in cœna postrema factum est, & deinde morte Christi in cruce confirmatum, vt cap. 9. ad Hebræos. Nemo enim testatur, qui reus capitis apud iudices sistitur, aut eorum sententia iam capitis damnatus est. Ideo Christus antequam reus apud iudices sisteretur, supremam suam voluntatem prolixè significauit, apud Ioannem cap. 17. & 18. Deinde sanguine suo in postrema cœna testamentum signauit. Theophylactus ad Mateum. αἷμα ἢ καινῆς διαθήκης εἶπε πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς παλαιᾶς. καὶ γὰρ ἡ παλαιὰ καὶ ἐκείνη αἷμα εἶχε, δι' οὗ ἐῤῥαντίσθη ὅτε λαὸς, καὶ τὰ τοῦ νόμου. Sanguinem noui testamenti dixit ad differentiam veteris quod habuit & sanguinem, quo populus aspersus, & ea quæ veteris legis erant. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus. Christus Deus proprium dedit corpus, & proprium sanguinem fudit, & poculum noui testamenti miscuit dicens, hoc est corpus meum, hic est sanguis meus. τὸ ἴδιον σῶμα ἔδωκε, καὶ τὸ ἴδιον αἷμα ἐξέχεε, καὶ ἐκέρασε τῆς καινῆς διαθήκης πόμα λέγων, τοῦτ' ἔστι τὸ σῶμά μου, τοῦτ' ἔστι τὸ αἷμά μου. Theophylactus ad id, Bibite ex hoc omnes ὥσπερ ἡ παλαιὰ διαθήκη σφαγὴν εἶχε καὶ αἷμα, οὕτω καὶ ἡ καινὴ διαθήκη αἷμα καὶ σφαγήν. Vt vetus testamentum habuit iugulationem & sanguinem, ita & nouum testamentum habet sanguinem & necem Christi. Tertullianus de resurrectione carnis cap. 37. Itaque illuminator antiquitatum quid tunc voluerit significasse panem satis declarauit; corpus suum vocans panem. Sic enim calicis mentione testamentum constituens sanguine suo obsignatum, substantiam corporis confirmauit. Existimat piè Tertullianus & verè Christum in calicis mentione testamentum constituisse, & sanguine suo obsignasse. Theodoretus in Apotis sacræ scripturæ, ἡμᾶς γὰρ τὸν ἄμωμον ἀμνὸν θύοντας ἔδει γνῶναι προδιαγεγραμμένα τὸν τύπον· χρίομεν γὰρ ἡμεῖς τῷ αἵματι τοῦ ἡμετέρου ἀμνοῦ οὐ μόνον τὴν φλιὰν, ἀλλὰ καὶ τοὺς δύο σταθμοὺς κατὰ μὲν τὸ ὁρώμενον τὴν γλῶτταν, καὶ τὰ χείλη καθαίροντές τε καὶ ἁγιάζοντες. Nos enim agnum hunc immaculatum sacrificantes oportet cognoscere figuram in veteri testamento longe ante expressam. Vngimus enim sanguine nostri agni non tantum limen, sed & duos postes, palam quidem linguam & duo labia nostra purgantes & sanctificantes. Refert vnctionem sanguinis paschalis in veteri lege, non ad crucem Domini, sed ad sanguinem noui testamenti qui in cœna datus est. Nicolaus Episcopus Metones. Quomodo, inquit, Christus vocat Pascha desiderandum, quod immolaturus est? ἐπεὶ ἔδειξε ἄλλο παρὰ τὸ νομικὸν ἐκεῖνο καὶ τυπικὸν, τὸ νῦν παραδιδοὺς τὸ ἀληθινὸν τὸ οἰκεῖον τὸ τῆς καινῆς διαθήκης. Quia ostendit suum pascha aliud esse à legali & typico, tradens hoc suum pascha verum proprium noui testamenti. ποτήριον σωτήριον διαδιδόμενον, καὶ πινόμενον, καὶ διαθήκης εἶναι καινῆς αἷμα θεοπρεπῶς πιστευόμενον. Poculum salutaris traditum & potum, qui noui testamenti sanguis Deo dignus esse creditur.

AD CAPVT XXXVI.

EXERCITAT. XVI.

Mensam Domini esse ais Eucharistiam apud Paulum 1. Corinth. 10 Non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. Optatus libro quinto. Ministri qui mensæ Dominicæ famulantur. Augustinus contra Pelagium libro 1. cap. 24. Præter baptismum & participationem Dominicæ mensæ ad vitam æternam non posse quenquam peruenire. Falleris, Casaubone, Dominica mensa propriè altare Domini est, in quo Domini corpus Sacerdotes sacro ore conficiunt, vt mensa Dæmoniorum propriè dicitur ara in qua prophanæ victimæ mactatæ: συνεκδοχικῶς tamen si contentum sumitur pro continente mensa Domini potest accipi pro corpore Christi, & Eucharistia. Ita Leo I. sermone 6. de ieiunio sep. mens. Sic sacræ mensæ communicare debetis vt nihil prorsus de veritate corporis Christi & sanguinis ambigatis. Tu ambigis, Casaubone, & infitteris. Chrysostomus ad hæc verba, transeat à me calix. οὕτω μετὰ φόβου καὶ φρίκης κατὰ τὴν ἱερὰν ἐκείνην μάλιστα τὴν

φοβερὰ

φοβερᾷ τραπέζῃ προσιέναι. Ita cum metu & tremore id temp[illegible] maxime ad tremendam mensam accedentes. ὥστε μετὰ φόβου καὶ τρόμου καθαρῷ συνειδότι τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ προσιέναι, καὶ τὸν κατοικοῦντα δεσπότην [illegible] δέξασθαι. Poretimus cum pura conscientia ad sacram mensam accedere, & cum acceperimus Dominum vniuersorum inhabitantem. Aduerte præter altare, fuisse mensam vbi laicis erogabatur communio corporis Christi. Idem in Liturgia pro altari mensam diserte sumit, ἱκάνωσον με τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου πνεύματός σου ἐνδεδυμένον τὴν τῆς ἱερατείας χάριν, παραστῆναι τῇ ἁγίᾳ σου ταύτῃ τραπέζῃ, καὶ ἱερουργῆσαι τὸ ἅγιον καὶ ἄχραντόν σου σῶμα. Idoneum me efficito virtute spiritus sancti vt ego qui indutus sum gratia sacerdotij ad istam tuæ huic mensæ sanctæ, & sacrificem sanctum & immaculatum corpus tuum. In id Isaiæ vidi Dominum, ὅταν οὖν τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ προσιέναι μέλλῃς νόμιζε ἐκεῖ καὶ τὸν βασιλέα παρεῖναι. καὶ γὰρ πάρεστι, τὴν ἑκάστου καταμανθάνων γνώμην. Quando igitur ad sacram mensam accessurus es existimato illic & regem adesse. Etenim adest vniuscuiusque explorans mentem. Homil. in mysticum δεῖπνον. καὶ γὰρ παρῆν καὶ Ἰούδας πρὸ τῆς προδοσίας, καὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης μετέσχε. Etenim aderat Iudas ante proditionem, & mensæ sacræ participauit. Item, λῦσον τὴν ἔχθραν, ἵνα λάβῃς τὴν θεραπείαν ἀφ' ὅλης ἀπὸ τῆς τραπέζης. θυσία πρόκειται φρικτὴ καὶ ἁγία ἐσφαγμένος πρόκειται ὁ χριστός. Dissolue inimicitias, vt accipias medelam veniæ ab hac mensa. Accedis ad sacrificium terribile & sanctum. Christus immolatus propositus est. Mox vocat, τὴν εἰρήνης τράπεζαν mensam pacis Homil. 36. in 1. Corinth. ἰδὲ πρὸς ταύτην τὴν τράπεζαν, ἀναμνήσθητι τίνος ἕνεκεν ἕστηκε. Respice ad hanc mensam, recordare cuius rei causa stet. Omnino loquitur de mensa ad quam vocabantur communicaturi cum vela reducta essent, [illegible] παραπετάσματα ἀνασυρόμενα. Potest & de altari accipi. Homil. 14. ad Ephes. ἐννόησον ἵνα φθέγξατο ῥήματα τὸ στόμα τὸ σόν, ποίας ἀξίας τραπέζης, τίνων ἅπτεται, τίνων γεύεται, ποίας ἀπολαύει τροφῆς. Cogita quæ verba dixit os tuum, qua mensa digna, quæ sint ea quæ tangis, & gustas, quali cibo fruaris. Homil. 11. ad popul. Antiochenum. Ne putemus satis nobis esse ad salutem si aureum calicem, & gemmis ornatum huic mensæ offeramus. Certe non ex argento mensa illa erat, nec ex auro calix quo Christus discipulis sanguinem suum præbuit. Homil. de spectacul. Dauid. oculis quibus sacram mensam intueris vbi tremenda peraguntur mysteria, eodem corde & lethalia sumis venena, & hanc hostiam sanctam & tremendam. Mensam altare vocat, vt & Germanus Patriarch. Constantinopolitanus, ἡ ἁγία τράπεζά ἐστι ἀντὶ τόπου τῆς ταφῆς ἐν ᾧ ἐτέθη ὁ χριστός, ἐν ᾗ πρόκειται ὁ ἀληθινὸς καὶ οὐράνιος ἄρτος, ἡ μυστικὴ καὶ ἀναιμάκτη θυσία ἣν ζωοθυτουμένος, τὴν σάρκα αὐτοῦ, καὶ τὸ αἷμα εἰς βρῶσιν καὶ πόσιν ζωῆς αἰωνίου προέθηκε τοῖς πιστοῖς. Sacra mensa est pro loco sepulturæ in quo positus est Christus, in qua mensa propositus est verus & cœlestis panis, mysticum & incruentum sacrificium per quod viuus immolatus, carnem suam & sanguinem in cibum & potum vitæ æternæ proposuit fidelibus. Chrysostomus homil. 83. in capit. 26. Matth. τράπεζαν φρικωδεστάτην vocat, mensam maxime terribilem. Augustinus libro de percipien. Baptis. gratia. Vide ne deseras hanc mensam. Mensa sponsi tui panem habet integrum & calicem sanctum, quem panem etsi fractum, comminutumque vidimus in passione, integer tamen mansit in illa sua cum patre indiuidua vnitate. Idem tractatu 84. in Ioannem. Nam quæ est mensa potentis, nisi vnde sumitur corpus & sanguis eius, qui & animam suam posuit pro nobis. Chrysostomus homil. de mystica cœna. Dominus idem est, qui res propositas sanctificat, & transmutat, nos ministri tantum sumus. Facio, inquit, pascha meum cum discipulis αὕτη ἐκείνη ἐστὶν ἡ τράπεζα, καὶ οὐδὲν ἔλαττον ἔχει. οὐ γὰρ ἐκείνην μὲν ὁ χριστός, ταύτην δὲ ὁ ἄνθρωπος δημιουργεῖ, ἀλλὰ καὶ ταύτην αὐτός. Eadem ipsa est mensa & nihil minus habet. Non enim illam Christus, & hanc homo facit, verum & hanc idem Christus. Idem homil. de Dedicat. βαβαί, τῆς τραπέζης τῆς μυστικῆς ἐξηρτυσμένης, τοῦ ἀμνοῦ τοῦ θεοῦ ὑπὲρ σου κραζομένου, τοῦ ἱερέως ὑπὲρ σου ἀγωνιζομένου, πυρὸς πνευματικοῦ ἐκ τῆς ἱερᾶς ἀναβλύζοντος τραπέζης, τῶν σεραφὶμ παρεστώτων. Deus bone, mensa mystica instructa, agno Dei pro te clamante, sacerdote laborante, igne spirituali è mensa ebulliente, Seraphim præsentibus. Ex his agnosce, Casaubone, mensam istam altare verum esse in quo Christi corpus à sacerdotibus immoletur, non friuolariam illam mensam, qua plani tui plebeculam inescant, & à vero Christi corpore dissociant.

CASAV

CASAVBONVS.

IN Liturgia Iacobi dicitur τράπεζα ἱερατικὴ. Chryso. hom. separata ad 1. Corinth. 10. non mysteriorum communio, non sacra mensa, non fruitio corporis, non communio sanguinis iuuare nos poterit. Idem, mysticam mensam vocat, vt & Theodoretus sermon. 10. de prouidentia. Chrysostomus ad id Pauli, oportet hæreses esse τράπεζαν φρικώδη, mensam terribilem. Theodoret. sermon. 6. de prouid. τράπεζαν λογικὴν, rationalem, & πνευματικὴν, spiritalem. Quam mensam vetus Ecclesia vocauit altare, de quo postea agemus. Hodie Græci duas mensas adhibent, vnam vocant πρόθεσιν, in qua ponuntur panis & vinum ante Consecrationem. Deinde transferuntur δῶρα, dona in alteram mensam, in qua fit consecratio, & post consecrationem adoratio latriæ: eam mensam vocant altare, & ἅγιον βῆμα.

BVLENGERVS.

ISta omnia Casauboni eruditionem vere sapiunt, & à Catholicis probari debent. Ostendis te alibi pluribus dicturum de altari, quod non præstitisti in his exercitationibus. Ipse tuam vicem præstare conabor, B. Paulus c. 13. ad Hebræos, Habemus, inquit, altare, de quo edere non possunt, qui tabernaculo deseruiunt. Ex his verbis infero, Non est altare visibile sine sacrificio visibili, sed in Ecclesia Christi est altare visibile. Est igitur & sacrificium visibile. Ostendamus in Ecclesia Christi verum esse altare. Augustinus ep. 86. Dicit cessisse in noua lege pani pecus, tanquam nesciens, & nunc in Domini mensa propositionis panes poni solere, & nunc se de agni immaculati corpore partem sumere. Dicit cessisse poculo sanguinem, non cogitans etiam nunc se accipere in poculo sanguinem. Quanto ergo melius vetera transisse, & noua in Christo facta esse sic diceret, vt cederet altare altari, panis pani, pecus pecori, sanguis sanguini. Chrysostomus ho. 24. in 1. Corinth. τοῦτο τὸ σῶμα καὶ ἐπὶ φάτνης κείμενον ᾐδέσθησαν οἱ μάγοι, σὺ δὲ οὐκ ἐν φάτνῃ ὁρᾷς, ἀλλ' ἐν θυσιαστηρίῳ, οὐ γυναῖκα κατέχουσαν, ἀλλ' ἱερέα παρεστῶτα. Hoc corpus in præsepi iacens reueriti sunt magi. Tu non in præsepi vides, sed in altari, non fœminam tenentem, sed sacerdotem astantem. Idem homil. 83. in Matth. τοῦτο τὸ αἷμα ἡ σωτηρία τῶν ἡμετέρων ψυχῶν. τοῦτο χρυσίου φαιδροτέραν τὴν ψυχὴν ποιεῖ. φρικτὰ ὄντως τὰ μυστήρια τῆς ἐκκλησίας, φρικτὸν ὄντως τὸ θυσιαστήριον. Hic sanguis salus est animarum nostrarum, hic animum nitidiorem auro facit. Reuera terribilia sunt mysteria Ecclesiæ, terribile ac venerandum altare. Dices Minutium Felicem in Octauio scribere, Christianos nulla templa, nullas aras habuisse. Verba eius sunt, Putatis autem nos occultare quod colimus, si delubra & aras non habemus. Quod enim simulacrum Deo fingam, cum si recte existimes sit Dei homo ipse simulacrum. Templum quod ei exstruam, cum totus hic mundus eius opere fabricatus eum capere non possit? Hostias & victimas Domino offeram quas in vsum mei protulit. Minutius hoc vult, neque templa, neque aras, neque delubra Christianis fuisse qualia erant ethnicis, sed Ecclesias & altaria in quibus institutum à Christo sacrificium celebrarent. Tertullianus lib. de orat. Similiter de stationibus non putant plerique sacrificiorum orationibus interueniendum quod statio soluenda sit accepto corpore Domini. Ergo deuotum Deo obsequium Eucharistia resoluit, an magis Deo obligat? Nonne solemnior erit statio tua si & ad aram Dei steteris. Accepto corpore Domini & reseruato vtrumque saluum erit, & participatio sacrificij, & exsecutio officij. Ibidem, aris adgeniculari, presbyteris ait aduolui. Sidonius,

Quid cum te celsis gradibus venerabilis ara
Concionaturum plebs sedula circumspectat.

Petrus Rauennas Archiepis. ser. 5. de filio prodigo, Ipse est panis qui satus in virgine, fermentatus in carne, in passione confectus, in fornace coctus sepulchri, in Ecclesiis conditus, illatus altaribus, cœlestem cibum quotidie fidelibus subministrat. Chrysostomus in Ioann. ἡνίκα προσέρχῃ τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ μεταλαμβάνεις τὸ αἷμα τοῦ χριστοῦ ἐκ τοῦ ποτηρίου, οὕτω νόμιζε, ὡς τὸ στόμα σου τῇ πλευρᾷ τοῦ χριστοῦ προσέθηκας. Quando accedis ad altare, & particip[illegible] sanguinem Christi ex poculo, sic putato, quod os tuum ad latus Christi applicuisti, & ex [illegible] bib[illegible] Theophylactus ad Mat. c. 26. εἰπὼν τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, δείκνυσιν ὅτι αὐτὸ τὸ σῶμα ἐστὶ τοῦ κυρίου [illegible] ζιαζ[illegible] ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ οὐκ ἀντίτυπον. Cum dixerit, hoc est corpus meum, ostend[it] quod panis consecratus in altari est ipsum corpus Domini, & non antitypum. Origenes ad c. 2[illegible] Matt. ὅτι ἡμῶν τὸ ἐναντίον ἐστί. τὰ γὰρ ἐπὶ τοῦ λογικοῦ ἡμῶν θυσιαστηρίου ἐπιτελούμενα ἁγιάζει τὴν τράπεζαν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ σκεύη. Apud non contra euenit. Quæ enim fiunt in rationali nostro altari sanctificant mensam, & vasa quæ sunt in ea. Animaduerte rationale vocari altare propter Christum θεοῦ λόγον.

λογεν. Baſilius in Liturgia, προσκλίζ.μθυ τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ. Accedimus ad tuum ſacrum altare. Ignatius Apoſtolorum diſcipulus epiſtola ad Philadelphienſ. ἓν θυσιαστήριον πάσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ εἷς ἐπίσκοπος ἅμα τῷ πρεσβυτερίῳ, καὶ τοῖς διακόνοις. Vnum eſt altare toti Eccleſiæ, & vnus Epiſcopus cum Presbyteris, & Diaconis. De menſa locus eſt pulcherrimus Nicæna Synodo cuius verba græca ſupra adſcripſi. Rurſum in diuina menſa hic ne ad panẽ & poculũ propoſitum humiliter & abiectè attendamus, ſed eleuantes cogitationem per fidem intelligamus propoſitũ eſſe in ſacra hac menſa agnũ Dei, qui tollit peccata mundi, incruento modo, ἀθύτως θυόμενον, à Sacerdotibus ſacrificatum, & nos oportet pretioſum eius corpus & ſanguinem verè ſumentes credere, has eſſe teſſeras, & ſymbola noſtræ reſurrectionis. Laodicena Synodo capite 19. καὶ μόνοις ἐξὸν εἶναι ἱερατικοῖς εἰσιέναι εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ κοινωνεῖν. Et ſolis licere clericis ingredi ad altare. Vnde colligas aliud fuiſſe altare ad quod ſolis clericis & ἱερατικοῖς patebat aditus, aliam menſam ad quam vocabantur laici communicaturi. Optatus libro 6. Quid tam ſacrilegium quam altaria Dei in quibus & vos aliquando, obtuliſtis frangere, in quibus membra Chriſti portata ſunt. Gregorius Nazianzenus in epitaphio Gorgoniæ, καὶ νυκτὸς ἀωρίᾳ τηρήσασα τοῦ θυσιαστηρίου προσπεσοῦσα μετὰ πίστεως, &c. τῷ θυσιαστηρίῳ τὴν κεφαλὴν ἑαυτῆς προσθεῖσα. Et nocte intempeſta ad altare accidit cum fide caput ſuum ad altare applicans. Euſebius Emiſſenus æqualis temporum Ambroſij homilia 1. de Paſch. Ita & tu cum ad reuerendum altare ſalutari cibo potuque reficiendus accedis ſacrum Dei tui corpus & ſanguinem fide reſpice, honore mirare, mente continge, cordis manu ſuſcipe, & maxime hauſtu interiore aſſume. Ideo quod ibi (in manna) delectatio obtinebat in faucibus, hic benedictio operetur in ſenſibus, ad cognoſcendum & percipiendum ſacrificium veri corporis ipſa te roboret potentia conſecrantis. Chryſoſtomus homilia 24. ad cap. 1. Corinth. 1. εὐλογίας ποτήριον καλεῖ τὸ ποτήριον τὸ φοβερὸν καὶ φρικωδέστατον ἐκεῖνο. σφόδρα πιστῶς καὶ φοβερῶς εἴρηκεν· ὁ γὰρ λέγει τοῦτό ἐστι, ὅτι τοῦτο τὸ ἐν τῷ ποτηρίῳ ὄν, ἐκεῖνό ἐστι τὸ ἀπὸ τῆς πλευρᾶς ῥεύσαν, καὶ ἐκείνου μετέχομεν. ὥστε εἰ αἵματος ἐπιθυμεῖς φησι, μὴ τῶν εἰδώλων βωμὸν τῷ τῶν ἀλόγων φόνῳ, ἀλλὰ τὸ θυσιαστήριον τὸ ἐμὸν τῷ ἐμῷ φοίνισσε αἵματι. Calicem vocat benedictionis calicem tremendum, & maximè terribilem. Valde fideliter & tremendè dixit. Quod enim ait tale eſt. Id quod eſt in calice illud eſt quod fluxit de latere, & ei participamus. Itaque ſi ſanguinem cupis, inquit, ne idolorum aram brutorum ſanguine tinge, ſed altare meum meo ſanguine rubefacito. Homilia 41. ad 1. Corinth. οὐδὲ εἰκῇ μνήμην ποιούμεθα τῶν ἀπελθόντων ἐπὶ τῶν θείων μυστηρίων, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν προσίμεν δεόμενοι τοῦ ἀμνοῦ τοῦ κειμένου τοῦ λαβόντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· οὐδὲ μάτην ὁ παρεστὼς τῷ θυσιαστηρίῳ τῶν φρικτῶν μυστηρίων τελουμένων βοᾷ, ὑπὲρ πάντων τῶν ἐν Χριστῷ κεκοιμημένων. Non temerè memoriam facimus corũ qui obierunt in diuinis myſteriis, & pro iis ſupplicamus agnum propoſitum qui ſuſtulit peccata mundi. Neque temerè qui adſiſtit altari Sacerdos cùm fiunt terribilia myſteria clamat, pro omnibus in Chriſto dormientibus. Hieronymus epiſtola ad Heliodorum. Nepotianum ait ſolicitum fuiſſe ſi niteret ad altare, ſi parietes abſque fuligine, ſi ſacrarium mundum, ſi vaſa luculenta. Ad caput 1. Malachiæ. Polluimus panem, id eſt corpus Chriſti, quando indigni accedimus ad altare, & ſordidi mundum ſanguinem bibimus. Auguſtinus libro 22. de ciuitate Dei, cap. 10. Nos autem martyribus noſtris non templa ſicut Diis, ſed memorias ſicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuunt ſpiritus, fabricamus. Nec ibi erigimus altaria, in quibus ſacrificemus martyribus noſtris, ſed vni Deo, & martyrum & noſtro ſacrificium immolamus, &c. ipſum verò ſacrificium eſt corpus Chriſti quod non offertur ipſis. Idem in ſermone de Sacramento altaris, Iteratur quotidie hæc oblatio, licet Chriſtus ſemel paſſus ſit, &c. & ideo quotidie labimur, Chriſtus pro nobis myſticè immolatur. Sermone vndecimo de Sanctis, ſub ara in qua Deo ſacrificium celebratur, in qua offeruntur hoſtiæ, in qua Dominus eſt Sacerdos: quia ſuper altare corpus Domini offertur. Epiſtola 122. ad Victorianum, ſcribit de fœminis quibuſdam captiuis, quæ neque poſſunt ferre oblationem ad altare Dei, neque inuenire ibi Sacerdotem per quem offerant Deo. libro ſecundo Retractat. capite vndecimo, moris fuiſſe ait, vt hymni ad altare dicerentur de Pſalmorum libro, ſiue ante oblationem, ſiue cùm diſtribueretur populo quod fuiſſet oblatum. capite vndecimo Manualis, Dum ſacris altaribus aſſiſto cupiens tibi offerre illud mirabile & cœleſte ſacrificium, omni reuerentia & deuotione dignum. libro 20. contra Fauſtum, Quis enim antiſtitum in locis ſanctorum corporum aſſiſtens altari, aliquando dixit, offerimus tibi Petre libro 9. confeſſ. capite 14. Meminerint ad altare tuum Monicæ famulæ tuæ. Libro 20. de ciuitate Dei, capite 9. Alioqui nec ad altare Dei eorum fieret memoria in communione corporis Chriſti. Tractatu 16. in Ioannem. Quam multi de altari accipiunt, & accipiendo moriuntur. Nonne buccella Dominica

venenum fuit Iudæ. Non quia malum accepit, sed quia bonum malus malè accepit. Videte ergo fratres, panem cœlestem spiritualiter manducare, innocentiam ad altare apportate. Antequam ad altare accedaris attendite quid dicaris. Sermon. ad infantes. Hoc quod vidistis in altari Dei, etiam transacta nocte vidistis. Quod ergo vidistis panis est & calix quod oculi vestri renuntiant, quod autem fides vestra postulat instruenda, panis est corpus Christi, calix est sanguis. Ista fratres ideo dicuntur sacramenta quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Anastasius de Synaxi, mysticam mensam vocat, ἐπειδὴ μεσίτην με πρὸς θεὸν ὑπὲρ ὑμῶν ἐπὶ τῆς μυστικῆς ταύτης τραπέζης ἐστήσατε. Quando me intercessorem & mediatorem pro vobis in hac mystica mensa constituistis. Deinde subiicit, ἀγγέλων λειτουργούντων, ἐξαπτερύγων τὴν μυστικὴν τράπεζαν καλυπτόντων, τοῦ ἀμνοῦ τοῦ θεοῦ σφαγιαζομένου, τοῦ ἁγίου πνεύματος ἄνωθεν ἐπιφοιτῶντος οὐ φρίττεις. Angelis ministrantibus Seraphim sex alis mysticam mensam tegentibus, Agno Dei immolato, Sancto Spiritu ex alto superueniente non exhorrescis. Theodoret. 2. Dialogo, κἂν γὰρ πιστεύσῃς ὡς ἀληθὲς εἴη τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ, καὶ προσκομίσῃς τῷ θυσιαστηρίῳ πρὸς μεταποίησιν. Etsi credideris verum esse corpus Christi, & attuleris ad altare vt transformetur. Gregorius Magnus homilia 37. in Euangel. Mittamus ad hunc legationem nostram flendo, tribuendo, sacras hostias offerendo. Singulariter namque ad absolutionem nostram cum lacrymis & benignitate mentis sacri altaris hostia suffragatur. Ad cap. 2 lib. 1. Reg. Quod contra negligentes sacri altaris ministros atque audaces Dominici corporis susceptores dici non inconuenienter potest. lib. 3. Dialog. cap. 3. Agapitus Missarum sacrificia exorsus sacrificium Dei omnipotentis immolauit, quo peracto ab altari exiens, cùm ei dominicum corpus in os mitteret. Synodo Carthagin. sub Augustino, ἀπαρχὴ δὲ εἴτε μέλι, εἴτε γάλα, ὡς εἴωθεν, προσφερέσθω ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐθίμῳ εἰς τὸ τῶν νηπίων μυστήριον· εἰ καὶ τὰ μάλιστα γάλα ἐν θυσιαστηρίῳ προσφέρεται, ὅμως ἰδίαν ἐχέτω κυρίως εὐλογίαν, ὡς ἐκ τοῦ ἁγιάσματος τοῦ κυριακοῦ σώματος, καὶ αἵματος διιστᾶσα. Primitiæ siue mel, siue lac vt solet, offeratur in vna die solita ad mysterium infantium. Et si maxime lac in altari offertur, tamen propriam habeat benedictionem, ita vt separetur à consecratione corporis & sanguinis Domini. Can. Apostol. 3. μὴ ἐξὸν δὲ ἔστω προσάγεσθαι τι ἕτερον πρὸς τὸ θυσιαστήριον, ἢ ἔλαιον εἰς τὴν λυχνίαν, καὶ θυμίαμα τῷ καιρῷ τῆς ἁγίας προσφορᾶς. Non liceat aliquid aliud adferre ad altare quàm oleum ad lampades, & incensum tempori sacri sacrificij. Quæso te, lector quisquis es, vt solo amore veritatis sine aliqua præiudicata sententia, hæc patrum loca diligenter, & æquiter expendas, Agnosces omnino veteres Ecclesiæ patres habuisse vera altaria in quibus verum Christi corpus immolarent. Miror doctissimum Casaubonum aliter aut sensisse aut scripsisse. Soliti erant veteres Christiani altaria osculari, Ambrosius epistola 33. Milites irruentes in altaria osculis significare pacem. Sanctus Paulinus,

Sancta Deo geminum seruant altaria honorem.

Gregorius Nazianzenus in Stelit. καὶ τὰ τῆς ἀναιμάκτου θυσίας ἐπώνυμα θυσιαστήρια οὐκ ἔτι αἵμασι μιαρῷ μιαίνουσι. Et altaria quæ cognomen incruenti sacrificij sortita sunt non amplius polluunt sanguine contaminato.

AD CAPVT XXXVII.

Scribis Paulum 1. Corint. 10. sacramenta veteris legis cibum & potum spiritualem vocasse, patres item Eucharistiam cibum spiritalem dixisse. Leonem magnum, in mystica distributione cœlestis alimoniæ. Verba Pauli sunt, Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & per mare transierunt, & omnes in Mose baptizati sunt in nube, & in mari, & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & eundem potum spiritualem biberunt, bibebant autem de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus: loquitur de manna quem spiritalem cibum vocat, quia figura erat Eucharistiæ, & de aqua quæ fluxit ex petra attractu virgæ Moysi, quem spiritalem potum vocat, quia figura erat sanguinis, & aquæ quæ fluxere è latere Christi. Figuræ igitur fuere, non propriè sacramenta, alioqui omnes typi & figuræ veteris legis, quibus Christus significatus est, sacramenta essent. Chrysostomus ibi, διὸ καὶ τὸν τοῦ βαπτίσματος καὶ τὸν τῶν μυστηρίων προέχγει τύπους καὶ τὸ μὲν ὁ λουτροῦ σύμβολον, τὰ δὲ μετὰ ταῦτα τῆς ἱερᾶς τραπέζης· καθάπερ γὰρ σὺ τὸ σῶμα δεσποτικὸν ἐσθίεις, οὕτως ἐκεῖνοι τὸ μάννα, καὶ ὥσπερ σὺ τὸ αἷμα πίνεις, οὕτως ἐκεῖνοι ὕδωρ ἐκ πέτρας. &c. κἂν αἰσθητὰ ᾖ τὰ γινόμενα, ἀλλὰ πνευματικῶς ἐδίδοτο, οὐ κατὰ τὴν τῆς φύσεως ἀκολουθίαν, ... κἀκεῖνοις μάννα καὶ ὕδωρ, σοὶ καὶ σῶμα

καὶ σῶμα καὶ αἷμα παρέχει. Et ideo figuras baptiſmi, & myſteriorum inducit: alterum baptiſmi ſymbolum eſt, quæ ſequuntur, ſacræ menſæ. Vt enim tu comedis corpus Dominicum, ita illi manna, & vt tu bibis ſanguinem, ſic illi aquam ex petra. Illis dedit manna & aquam, tibi corpus & ſanguinem. D. Leo epiſt. 23. In illa myſtica diſtributione cœleſtis alimoniæ hoc ſumitur, vt accipientes virtutem cœleſtis cibi in carnem, ipſius qui caro noſtra factus eſt tranſeamus. Hæc vera cauſa eſt, cur Chriſtus ſuum corpus nobis comedendum dederit Theodoretus lib. 4. Hiſtor. c. 11 θείαν τροφὴν vocat, Maſſaliani, inquit, οὐδὲν μὲν ὀνίνασθαι, ὅτι λαβόντες φάσκοντες θείαν τροφὴν, περὶ ἧς ὁ δεσπότης ἔφη χριστὸς, ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, neque prodeſſe, neque obeſſe dicentes diuinum cibum, de quo Dominus dixit, qui comedit carnem meam, &c. Chryſoſt. homil. 83. in Mat. μέμνηται τροφῆς πνευματικῆς· ὅτι ἡ σάρξ τις ἔφαγεν οὐδὲ πώποτε οὐδεὶς εἶπεν ἐκείνων, ἀλλ' ὅμως ἐπίστευον καὶ ἠκολούθουν, καὶ ὡμολόγουν ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχειν. Meminit alimenti ſpiritalis quia corporalem cibum petebant. Quod autem aliquis comederit carnem humanam nondum aliquis dixerat, & tamen credebant, perſuadebantur, ſequebantur, fatebantur eum verba vitæ æternæ habere. Origenes ad Marcum τὰ ῥήματα περὶ ὧν ἐλελάληκα πνευματικά ἐστι. τουτέστιν ἡ βρῶσις περὶ ἧς διελέχθην πνευματική ἐστι καὶ ζωοποιός. μὴ τοίνυν τοῖς σαρκικοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρᾶτε τὰς διδομένας παρ' ἐμοῦ τροφὰς, ἀλλὰ τοῖς νοητοῖς· ἡ γὰρ σὰρξ τοῦ λόγου ὑπερβαίνει πάντα νοῦν καὶ λόγον. Verba quæ dixi vobis ſpiritualia ſunt, id eſt, cibus de quo diſſerui ſpiritalis eſt & viuificus. Ne igitur oculis carnalibus reſpicite alimenta, quæ vobis à me dantur, ſed ſpiritalibus. Caro enim verbi ſupra omnem mentem & verbum ſalit. Theophylactus ad cap. 26. Matth. ὥσπερ καὶ τὴν πνευματικὴν βρῶσιν τὴν τοῦ κυρίου σαρκὸς οὐ νοεῖ, ἧς μὴ μεταλαμβάνοντες ἀμέτοχοι ἔσονται τῆς αἰωνίου ζωῆς, ὡς μὴ δεξάμενοι τὸν ἰησοῦν τὸν ὄντως ζωὴν ἀληθινήν. οὐ γὰρ ψιλὴ ἀνθρώπου σάρξ ἐστι, ἀλλὰ θεοῦ, καὶ θεοποιεῖν δυναμένη. Quemadmodum & ſpiritalem cibum carnis Domini non intelligit, cuius qui non ſunt participes, vitæ æternæ participes non erunt, vt qui Ieſum non receperint, qui vera vita eſt. Non enim ſimplex caro eſt hominis, ſed Dei, Deum efficere quæ poteſt. Tu, Caſaubone, carnem Chriſti eſſe ſpiritale alimentum putas, quia fide tantum ſpiritaliter ſumatur, at patres ideo carnem Chriſti ſpiritalem vocant, quia paſcit animam ſpiritali gratiæ cibo, deinde quia ſpiritali quodammodo Chriſtus inuiſibiliter eſt ſub ſpeciebus, & cum quantitate ſua intrinſeca, licet non per modum quantitatis, tum quia carnem noſtram immortalitatis & reſurrectionis capacem efficit. Irenæus lib. 5. cap. 34. Quomodo dicunt carnem in corruptionem venire, quæ à corpore, & ſanguine Domini alitur. Cyrillus lib. 4. in Ioan. cap. 14. 16. 17. Caro hæc corruptibilis vita frui non potuit, niſi cum corpore vitæ naturalis iungeretur. Chryſoſtomus ad eos qui deſerunt ſynaxes. σωματικῆς μὲν τροφῆς ἀπολαύσας μετὰ τὴν τράπεζαν ἐπ' εὐχὴν τρέπῃ, πνευματικῆς δὲ ὑπερβαλλούσης τὴν κτίσιν ἅπασαν, οὐ μένεις εὐχαριστῶν, καὶ ῥήμασι καὶ πράγμασι. &c. τὸ ποτήριον τὸ πνευματικὸν τὸ ποτήριον τοῦ αἵματος δεσποτικοῦ· ἐκεῖνο αἰδέσιμον ἀγγέλοις, φοβερὸν δαίμοσι, τίμιον τοῖς ἀνθρώποις, ἐπέραστον τῷ δεσπότῃ. ἀπὸ γὰρ τῆς πέτρας ἐρρύησε πνευματικῆς. Cum cepiſti cibum corporeum poſt menſam verteris ad orationem, cum cibum ſumpſiſti ſpiritalem qui ſuperat omnem creaturam, non manes gratias agens verbis & factis, poculum ſpiritale poculum ſanguinis Dominici. Illud venerabile eſt angelis, terribile dæmonibus, pretioſum hominibus, amabile Domino, quia fluxit à petra ſpiritali. Hæc verba, Caſaubone, iniquus es ſi de vero Chriſti ſanguine non accipis. Hieronymus ad cap. 5. ad Epheſ. Anima cœleſti pane nutrienda, fouenda, & ſaginanda, & Chriſti ſanguine irriganda, vt refecta & nitida, ſequatur ſponſum ſuum.

AD CAPVT XXXVIII.
EXERCIT. XVI.

MAtthæus, inquis, Marcus, Lucas, notant, εὐλογήσας ἔκλασε, quum benedixiſſet fregit, εὐχαριστήσας ἔκλασε. Poſtquam gratias egit fregit. Patres κλᾶν ἄρτον, κλάσιν ἄρτου, de celebratione Euchariſtiæ. Luc. 24. cognitus eſt ipſis in fractione panis. Actor. 2. erant perſeuerantes in communione & fractione panis. 20. cum eſſent congregati diſcipuli ad frangendum panem. Syrus interpres Euchariſtiæ voce vtitur. Qui iſtis teſtimoniis abutuntur ad defenſionem communionis ſub vna ſpecie pueriliter errant, quia frangere panem apud Hebræos, eſt cibum ſumere, comedere, bibere, vt ſympoſion apud Græcos vtrumque ſignificat.

BVLENGERVS.

Satis igitur esse putas, Casaubone, vt communionem sub vna specie quæ apud nos hodie vsurpatur improbes, quod frangere panem apud Hebræos conuiuari, & cibo potuque vti significat. Quid si ostendo patres loca illa quæ recitasti, de communione sub sola specie panis accepisse, an herbam daturus es, & sub vna specie Eucharistiam dari posse fateberis. Augustinus lib. 3. de consensu Euangel. cap. 25. Vt cum eis benedictum panem porrigeret, aperirentur oculi eorum, & agnoscerent eum. Item, Quorum oculi tenebantur ne agnoscerent eum vsque ad sacramentum panis, vt vnitate corporis eius participata Christus posset agnosci. Tractatu 2. in Iohan. Et vere qui non iudicium sibi manducat in fractione panis Christum cognoscit. Leo 1. ser. 4. de Quadragesima, scribit Manichæos existimasse vinum esse fel Draconis, ideo sub vna tantum specie communicasse, quos tamen neque Augustinus, neque Leo I. vnquam castigarunt, quod sub vna tantum specie communicarent. Sozomenus lib. 8 c. 5. περὶ δὲ τὸν καιρὸν τῶν μυστηρίων, ἴσασι οἱ μεμυημένοι ὃ λέγω, ἣ μὲν τὸ δοθὲν ἐδέξατο κατέχουσα, ὡς εὐχομένη ἐπίκυψε· παρεστῶσα δὲ αὐτῇ ἡ θεράπαινα λάθρα δίδωσιν ὃ μετὰ χεῖρας ἦλθε φέρουσα. τὸ δὲ πρὸς τοῖς ὀδοῦσι λίθος ἐπήγνυτο· περιδεὴς δὲ γενομένη ἡ γυνὴ δρομαία ἧκε πρὸς τὸν ἐπίσκοπον ἐλθοῦσα ἑαυτῆς κατεμήνυσε. Scribit mulierem quandam Macedon. hæresi imbutam, vt haberetur Catholica, per ancillam suam panem vulgarem ad Ecclesiam tulisse. Tempore autem mysteriorum, norunt initiati quod dico, illa quod acceperat ore tenens, tanquam precatura caput pronum demisit: astans autem ipsi ancilla clam dedit panem quem manu ferebat, quem cum in os indidisset ad dentes lapis concreuit. Mulier exterrita curriculo iuit ad Episcopum, seque ipsam indicauit. Ex quibus verbis apparet eam sub vna specie communicasse Eusebius lib. 5. c. 24. Histor. Scribit Pontifices Romanos misisse Eucharistiam ad alios episcopos in argumentum pacis, αὐτοὶ μὴ τηροῦντες οἱ πρὸ σοῦ πρεσβύτεροι τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν τηροῦσιν ἔπεμπον εὐχαριστίαν. Ipsi presbyteri decessores tui qui non seruabant ieiunium, Eucharistiam mittebant ad eos qui seruabant ex aliis parœciis. At certum est Eucharistiam ad alias parœcias Missam tantum sub specie panis, pro qua deinde missus est panis benedictus, seu eulogia & antidorum. Christiani olim Eucharistiam sub specie panis domum deferebant, vt cum vellent corpus Christi sumerent. Tertull. lib. 2. ad vxorem. Nesciat vir tuus quid mane ante omnem cibum sumas. Cyprianus lib. de lapsis mulieris cuiusdam meminit, quæ cum arculam aperiret, vbi sanctum Domini fuit, & manibus indignis contrectare vellet, igne ex ea erumpente deterrita fuerit ne contingeret. Augustinus ser. 262. de tempore, Mulieres nitida linteamina scribit attulisse ad sacram mensam, vbi corpus Christi exciperent. Synodi Laodicenæ can. 49. ostenditur olim per quadragesimam missam celebratam modo fuisse diebus sabbati & Dominicis, reliquis diebus in vsu fuisse præ sanctificata sub sola panis specie. Eusebius lib. 6. cap 44. Histor. cum Serapion iam animam acturus videretur, mittitur puer ad sacerdotem, qui viaticum excedenti afferret. Sacerdos ipse ægrotus βραχὺ τῷ παιδαρίῳ τῆς εὐχαριστίας ἀπέδωκε, ἀποβρέξαι κελεύσας, καὶ τῷ πρεσβύτῃ κατὰ τοῦ στόματος ἐπιστάξαι. ἀναβρέξεν ὁ παῖς, καὶ ἅμα τε ἐνέχεε τῷ στόματι· καὶ μικρὸν ἐκεῖνος καταβροχθίσας εὐθέως ἀπέδωκε τὸ πνεῦμα. pauxillum Eucharistiæ puello dedit iubens intingere in vinum aut aquam, & instillare seni in os puer intinxit, & simul infudit in os, & ille paulum degluciens statim edidit spiritum. Putant nonnulli puerum attulisse Eucharistiam sub specie vini. Falluntur. Nam si sub specie vini, nihil opus fuisset Eucharistiam intingere. Sed omnino sub specie panis attulit, quam intinxit in vinum, aut aquam, vt facilius senex eam deglutiret. Quod verbum καταβροχθίσας indicat. Non enim dixit ῥοφήσας. Beda in Martyrol. die 15. Augusti prodit Tharsicium martyrem, cum deferret secum ipse Eucharistiam, & incidisset in Gentiles, maluisse sibi vitam eripi, quam Eucharistiam, quæ sub specie panis fuit & è manibus gentilium euolauit. Euagrius lib. 4. cap. 37. ἔθος παλαιὸν βούλεται ὅτ' ἂν πολύ τι χρῆμα τῶν ἁγίων μερίδων τοῦ ἀχράντου σώματος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐναπομείνοι, παῖδας ἀφθόρους μεταπεμπομένους γίγνεσθαι περὶ τῶν εἰς χαμαιδιδασκαλεῖα φοιτώντων, καὶ ταῦτα κατεσθίειν. Mos est, quando multæ sacræ particulæ immaculati corporis Christi Dei nostri superfuerint e communione, vt pueri incorrupti qui ad scholas humiles eunt, euocentur, & eas comedant. Ergo pueri communicabant sub vna tantum specie. Rufinus lib. 10. Histor. c. 6. canonem Nicænæ Synodi profert, quo iubentur Diaconi absentibus Sacerdotibus Eucharistiam dare petentibus. Asseruabatur enim sub specie panis. Zonaras in vita Iustiniani, ὡς πεσοῦσα τότε κιβώριον τῆς ἁγίας τραπέζης συνέτριψε. Ecclesia maiori perfecta, terræ motu, tholus superior excussus decidit in ciborium sacræ mensæ quod c[illegible]actum

eit.In

est. In eo seruabatur Eucharistia sub specie panis. Gregorius Turonens. lib. 1. de glor. Mart. cap. 8. scribit corpus Christi in columba aurea vel argentea supra altare asseruatum. Optatus libro 2. monet Donatistas in Ecclesia repertam Eucharistiam canibus proiecisse in prædam, à quibus illi lacerati sunt. Seruabatur ergo Eucharistia sub specie panis. Synodo Laodicena. ὥστε τὰ ἅγια εἰς λόγον εὐλογιῶν κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα εἰς τὰς ἑτέρας παροικίας διαπέμπεσθαι. Ne sancta pro eulogiis in festo paschatis ad alias parœcias mittantur. Sub specie panis mittebantur, & edebantur. Clemens Papa Rom. lib. 8. constitut. cap. 13. Pastophorium vocat locum vbi asseruabatur. καὶ ὅταν πάντες μεταλάβωσι καὶ πᾶσαι, λαβόντες οἱ διάκονοι τὰ περισσεύοντα εἰς τὰ παστοφόρια. Cùm omnes communicarint, Diaconi cùm acceperint quæ supersunt reponant in Pastophoriis. Hieronymus Apologia ad Pammachium cap. 6. Scio, inquit, Romæ hanc esse consuetudinem vt fideles semper Christi corpus accipiant, quod nec reprehendo, nec probo. Hesychius lib. 2. cap. 8. in Leuiticum, ostendit alicubi moris fuisse vt residua Eucharistiæ igni traderentur, puta ne in manus gentilium venirent. Paulinus in vita Ambrosij, Honoratus Sacerdos obtulit Ambrosio Domini corpus, quod vbi accepit emisit spiritum bonum viaticum secum ferens. Nicæna Synodo cap. 13. εἴ τις ἐξοδεύοι, τοῦ τελευταίου καὶ ἀναγκαιοτάτου ἐφοδίου μὴ ἀποστερεῖσθαι. Si quis moritur ne priuetur vltimo, & maxime necessario viatico. Asseruabatur autem Eucharistia pro ægrotis sub specie panis. D. Basilius epistola ad Cæsar. Patritiam, scribit Anachoretas in solitudine agentes Eucharistiam secum deportasse. Satyrus Ambrosij frater fœdissima tempestate deprehensus è collo suo Eucharistiam suspendit, & naue fracta enatauit Ambrosius de obitu Satyri, cap. 7. Monachi Gregorio Magno institutore docti Constantinopolim nauigantes Eucharistiam secum detulere, ait Ioannes Diacon. libro 2. cap. 33. de vita Sancti Gregorij. Clemens Alexand. lib. 1. Stromat. τὴν εὐχαριστίαν τινὲς διανείμαντες ὡς ἔθος, αὐτὸν δὴ ἕκαστον τοῦ λαοῦ λαβεῖν τὴν μοῖραν ἐπιτρέπουσι. Quidam cùm diuiserint Eucharistiam vt moris est, vnumquemque è plebe accipere partem sinunt vt scilicet domum deferat. Cyprianus lib. de spectac. insectatur eos qui egressi è sacrificio Missæ, & Eucharistiam secum deferentes spectacula viserent. Hieronym. libr. de 7. gradibus, cap. 6. scribit Episcopos accipere Eucharistias à Sacerdotibus benedictas in vsum peregrinantium. Vocatur communio peregrina, cuius mentio fit Concil. Agath. can. 2. & 5. Basilius, epistola ad Cæsariam ostendit eam absente Sacerdote posse manu propria corpus Christi sumere. Synodo Bracar. 3. can. 5. diebus festis Diaconi iubentur arcam humeris impositam portare, in qua fuit corpus Christi. Sophronius in prato, cap. 79. significat interdum Eucharistiam per annum totum seruatam. Atqui sub specie vini tandiu seruari non potuit. Cyprianus libro de lapsis, Calicem sacrum infantibus dari solitum ait, cùm sub specie panis communionem admittere non possent. Amphilochius in vita Basilij ait eum ante excessum Eucharistiam sumpsisse sub specie panis, quam diu multúmque huic fini asseruarat. Laica communio ad quam Clerici ob noxiam aliquam damnabantur, sub vna specie dabatur, vt est in concil. Elibert. Sard c. Agath. can. 50. cap. 2. 5. 50. Beda lib. 2. Histor. cap. 5 Rex Angliæ Christianus filios habuit Ethnicos, qui cùm viderent post sólemnia Missarum administrari popolo Eucharistiam ab Episcopo, dicebant illi, Quid causæ est cur nobis panem illum candidum non offeras, quem patri cùm viueret dabas non meminit sacri poculi. Hieronymus in Apol. pro libris suis aduersus Iouinian. ait fideles vxorum consuetudine vsos non ausos ire ad Ecclesias, aut ad martyres, qui tamen non abstinebant ideo à corpore Domini sumendo, quod eos domi cepisse oportuit, cùm ad Ecclesias non irent. Addit, An alius est Christus in Ecclesia, alius domi. Quod non licet in Ecclesia, non licet domi. Cyrillus catech. 5. scribit laicos sacrum calicem manu non attigisse, tantum abest vt sanguinem Christi domi asseruarent. Innocentius I. tom. 1. Concil. epist. ad Eugu. Episcop. Apostolicam traditionem esse asserit feria 6. & 7. Hebdomadis magnæ, vt sacrum Missæ non celebretur, sed præsanctificata manducentur. Fieri autem non potuit vt sacrum poculum sanguinis, vel populo daretur domum deferendum, vel in Pastophorio asseruaretur, cùm in altari vnus tantum calix consecraretur. Gregorius III. epistol. ad Bonifacium, tom. 4. concil. durissimè in eos animaduertit, qui duos calices consecrabant. Calices erant minuti & pusilli. Qui potuit igitur sanguis qui in calice fuit omnibus qui conuenerant ad sacram mensam satis esse, maximè quo tempore vnicum modo Missæ officium celebrabatur, quod in veteri Ecclesia obtinuit. Ex istis omnibus statuendum, Ecclesiam nunquam necessitatem hanc Christianis imposuisse, vt sub vtraque specie communicarent. Infantibus datus calix, ægris corpus sub specie panis, peregrinantibus, morientibus, & clericis ad laicam communionem ob noxiam redactis, sub vna specie corpus datum, quia nemo verè Christianus dubitat Apostoli verba vera esse. Christus resurgens à mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. In corpore Christi vino sanguinem esse, in sanguine corpus

per sacrum illum comitatum non abesse credimus. Deus instituit sacrificium sub vtraq; specie, & sub vtraq; specie à Sacerdotibus celebratur. Institutio pẽdet à volũtate instituẽtis, Sacramentũ refertur ad vtilitatem accipientis. Eadem vtilitas sub vna specie accipientis, atq; sub vtraq; in sacrificio sanguis est, quia vt Paulus Hebr. 9. sine sanguine non fit remissio. Qui dicunt materiam à nobis imminutam & immutatam, cum populo poculum subtraxerimus, falluntur. Quia materia qua sacrificium Eucharistiæ ad effectum deducitur est panis & vinum. Materia sacrificij iam perfecti & absoluti est corpus & sanguis Christi. In corpore sanguis est, in sanguine corpus per concomitantiam.

CASAVBONVS.

ILli qui istis Lucæ testimoniis abutuntur ad defensionem communionis sub altera specie pueriliter errant.

BVLENGERVS.

ALiquid supra puerum sapere Augustinum ipse tute fatebere. Nec is est qui Theophylactum puerum appelles. Audi virum supra puerorum ingenium loquentem. αὐτόθι, ὅτι τοῖς μεταλαμβάνουσι τ͂ εὐλογημένου ἄρτου διανοίγονται οἱ ὀφθαλμοὶ εἰς τὸ ἐπιγνῶναι αὐτόν· μεγάλην γὰρ καὶ ἄφατον δύναμιν ἔχει ἡ τ͂ κυρίου σάρξ. Significat obscurè, oculos illis aperiri qui corpori Christi communicant & pani benedicto, vt cognoscant Dominum. Magnam enim & ineffabilem vim habet caro Christi Auctor imperfecti operis, homil. 17 Panem quem fregit Dominus discipulis suis corpus eius fuisse ait, quia si alius cibus fuisset, passus esset illos per se sumere, non ipse manu sua fregisset, ac dedisset. Quod, inquit, datur manu Christi non modò significatum est, sed ipsa sanctificatio est, quæ sanctificat accipientem. Augustin. epist. 19. ad Paulin. ostendit nemini dubitandum illud fuisse Sacramentum quod nos ad cognitionem eius adgregat, cùm in fractione panis à duobus Discipulis agnitus sit. Paulinus epist 57. inter epist. Augustini, tribuendum esse ait Sacramento Eucharistiæ, quòd is qui in itinere à Discipulis agnitus non erat, in fractione panis cognitus est. Ita Hesychius libr. 1. in Leuit. cap. 9. Beda ad cap. 24. Lucæ. Hieronymus in epitaphio Paul. Tot ac tam graues patres pueriliter errare caue dixeris, Casaubone. Quidam existimant laicam communionem dici de clericis qui exaugurati, & propter noxiam inter laicos relati essent. Sed allucinantur, quia distinct. 50 cap. 7. Episcopi, Sacerdotes, Diaconi qui capital admiserint, aut falsi comperti fuerint iubentur de gradu Sacerdotij deiici, in monasterium includi, & laica præterea communione contenti esse. Fuit igitur laica communio alia à communione Clericorum, quæ sub vtraque specie sumebatur, vt laica sub vna. Felix primus epistol. 1. cap. 1: Edicit vt quibusdam clericis ob scelera communio laica non nisi sub exitum vitæ præbeatur, cum Clericis pietatis cultoribus vulgo sub vtraque specie, si expeterent, daretur. Laica igitur communio dicta, quæ do[m]ini sub vna specie sumeretur à laicis, quam illi manu sumebant, cùm tamen poculum sacrum non attingerent. Cyrillus catech. 5. sub finem. προσιὼν οὖν μὴ τεταμένοις τοῖς τ͂ χειρῶν καρποῖς προσίοχε, μηδὲ διηρημένοις τοῖς δακτύλοις, ἀλλὰ τὴν ἀριστερὰν θρόνον ποιήσας τῇ δεξιᾷ. Accedens ad communionem non expansis manuum volis, neque cum disiunctis accede digitis, sed sinistram velut sedem quandam subiiciens dexteræ, quæ tantum regem susceptura est, & concaua manu suscipe corpus Christi, dicens amen. Sanctificatis ergo diligenter oculis tam sancti corporis contactu communica. Caue autem ne quid inde excidat tibi. Quod enim amiseris hoc tanquam ex proprio membro amiseris. Tum verò post communionem corporis Christi accede, & ad calicem sanguinis illius, μὴ ἀνατείνων τὰς χεῖρας, ἀλλὰ κύπτων, καὶ τρόπῳ προσκυνήσεως, καὶ σεβάσματος λέγων τὸ, ἀμὴν, ἁγιάζου, καὶ ἐκ τ͂ αἵματος μεταλαμβάνων χριστ͂, non extendens manus, sed pronus adorationis in modum & venerationis dicens Amen. Sanctificetis eo sanguine Christi quem sumis: & cùm adhuc est humiditas in labiis tuis manibus attingens, & oculos, & frontem, & reliqua sensuum or[ga]na consecra. Quod afferunt de Leone 1. sermone 4. de Quadrag. cum edixisse vt sub vtraque specie Catholici communicarent, verum est, vt possent internosci Manichæi, qui speciem vini auer[s]abantur. Ante illud edictum integrũ erat sub altera specie communic[are]. Non diffitem[ur] conc[i]l. Tolet. 1. statutum esse vt illi quasi sacrilegi ecclesia pellerentur, qui E[uc]haristiam a Sacerdote accepissent, nec eam protinus in os indidissent, ac manducassent, q[uod] in Hisp[an]ia [ali]i p[a]tres Iudæi, & Saraceni, contumelia in sacrum Domini corpus timebatu[r]. At [i]n Græcia ætate Ioannis Damasceni manu accipiebant, vt ipse indicat libro 4. capite 14. concilio Trullano

sub

ſub Iuſtiniano magno communicaturi iubentur σωμαδῶς, ita manum dexteram læua ſuffulcire, vt ſpecies crucis exprimatur, cum manu corpus Chriſti accipiunt. Quod vaſe aureo aut argenteo excipere vetantur. D. Hieronymus ad cap 27. Mat. ſcribit nos ex ſepultura Chriſti doceri, Domini corpus non includendum auro, gemmis, ſerico, ſed ſindone munda, & linreamine nitido ac puro vt domum deferatur. Mentiuntur in Liturgia præſanctificatorum ſacerdotem poſt ſanctificatum panem, vinum & aquam in S. Calicem infundere. Verba Liturgiæ ſic habent, Sacerdos & Diaconus ingreſſi ſacras veſtes induunt, & ter ſanctum, vbi corpus Domini præſanctificatum aſſeruatur, incenſo thure vaporant. Tunc ſacerdos panem ſanctum reuerenter ſumit, & in ſacra patella reponit, dicitque, credo, & confiteor. Infunditur quidem vinum aqua mixtum in calicem, ſed non conſecratur in ſanguinem Chriſti, Concilio Trull. cauetur ne per quadrageſimam aliis diebus quàm Sabbato, & Dominica ſacrificium corporis & ſanguinis Domini fiat. Reliquis feriis fit Liturgia præſanctificatorum, vt docet Innocent. c. 3. Concil. ep. ad Eugubin.

Quod ſubiungis, Ignatium dixiſſe epiſt. ad Epheſios, ἕνα ἄρτον κλῶντες, ὅ ἐστι φάρμακον ἀθανασίας, ἀντίδοτος τοῦ μὴ θανεῖν, vnum panem frangentes, quod eſt pharmacum immortalitatis, antidotum ne moriamur, vere ſubiungis. In Epiſtola ad Philadelph. εἷς ἄρτος τοῖς πᾶσιν ἐθρύφθη. Vnus panis omnibus eſt comminutus. Locum integrum ſubiiciam. παρακαλῶν ὑμᾶς μιᾷ πίστει καὶ ἑνὶ κηρύγματι καὶ μιᾷ εὐχαριστίᾳ χρῆσθαι. μία γάρ ἐστιν ἡ σὰρξ τοῦ κυρίου ἰησοῦ, καὶ ἓν αὐτοῦ τὸ αἷμα τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ἐκχυθέν· εἷς καὶ ἄρτος τοῖς πᾶσιν ἐθρύφθη, καὶ ἓν ποτήριον τοῖς ὅλοις διενεμήθη, ἓν θυσιαστήριον πάσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ. Exhortans vos vti vna fide, vna prædicatione, & vna Euchariſtia, quia vna eſt caro Domini Ieſu, & vnus eius ſanguis pro nobis effuſus, vnus panis omnibus eſt comminutus, vnum poculum omnibus diſtributum, vnum altare vniuerſæ Eccleſiæ. Auguſtinus epiſt. 59. Cum illud quod eſt in Domini menſa benedicitur, & ſanctificatur, & ad diſtribuendum comminuitur. Græci ſoliti ingentem panem in altari ponere, ex medio fructum orbiculatum excipere, quod conſecratum populo oſtenderetur, deinde panem illum fermentatum, & conſecratum, poſtquam ipſe ſacerdos communicarat, frangere & diſtribuere populo communicanti, vt docent Græca Liturgica. Gothicæ Eccleſiæ in Hiſpania ſacram hoſtiam in nouem partes diuiſerunt, vt Chriſti hiſtoriam memoriæ altius imprimerent, cuius hæ nouem partes, Corporatio, Natiuitas, Circumciſio, Apparitio, paſſio, mors, reſurrectio, gloria, regnum. Sed de fragmentis illis, & particulis, ſeu micis Euchariſtiæ infra Deo dante, faciente, agemus.

AD CAPVT XXXIX.

EXERCITAT. XVI.

SCribis Euchariſtiam vocari panem, fractionem panis Luc. 24. Ab Auguſtino ſacramentum panis lib. 3. de conſenſu Euangel. Cyprianus de cœna Domini, Hoc ſacramentum aliquando carnem & ſanguinem, aliquando panem Chriſtus appellat. Vocant patres ἄρτον ἐπιούσιον. Tertul. lib. de orat. Ambroſ. lib. 5. de Sacram. Cyrillus Catech. 5. Auguſtin. epiſt. 121. Origenes ad cap. 6. Mat. ἐπιούσιον δὲ ἄρτον τὸν συνιστῶντα τὸ σῶμα ἡμῶν φησι, τουτέστι, τὸν ἐφήμερον, ἢ τὸν ἐπιόντα, καὶ προσδεχόμενον, τοῦ πνεύματος ζωοποιὸν ἄρτον, τουτέστι, τὸν μέλλοντα· ὄνομα τὸ πεποίηται γίνεται ἐπιούσιον, ἢ παρὰ τὸ ἐπιέναι, καὶ ὑπερέρχεσθαι, ἵνα ᾖ μὴ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος οἰκεῖον, ἀλλὰ τὸν ἀποδοθησόμενον ἐν τῷ μέλλοντι τοῖς ἁγίοις, δὸς ἡμῖν ἤδη· ἢ ἐπειδὴ οὐσία κυρίως ἐστὶν ἡ ἐνεστῶσα καὶ βέβαιος, οἷα ἡ τῆς ψυχῆς ἡμῶν φύσις, φέρουσα τὸ κατ' εἰκόνα τοῦ ἀοράτου θεοῦ, κατὰ τοῦτο λέγοιτο ἂν ὁ τῇ κυρίως οὐσίᾳ ὁμιλῶν, ἄρτος ἐπιούσιος θεὸς ὢν λόγος, ζῶν ἄρτος. Superſubſtantialem autem panem vocat eum qui conſtituit corpus noſtrum, hoc eſt quotidianum, aut eum qui ſuperuenit, & exſpectatur, ſpiritus viuificum panem, hoc eſt venturum. Nomen igitur factum eſt ἐπιούσιον, aut quia ſuperueniat, vt non ſit præſentis temporis proprius, ſed qui reddetur in futuro ſanctis, da nobis nunc eum panem. Aut quoniam eſſentia, οὐσία, proprie eſt præſens & firma, vt animæ noſtræ natura, ferens imaginem Dei inuiſibilis, ſecundum id panis dici poſſit, qui conſueſcit cum ea eſſentia quæ proprie eſt eſſentia, panis ſuperſubſtantialis, Deus verbum, panis viuus. Cyrill. Catech. 5. τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον· ὁ ἄρτος οὗτος ὁ κοινὸς οὐκ ἔστιν ἐπιούσιος. ἄρτος δὲ οὗτος ὁ ἅγιος ἐπιούσιός ἐστιν, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς κατατασσόμενος. οὗτος ὁ ἄρτος οὐκ εἰς κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται, ἀλλ' εἰς πᾶσαν σου τὴν σύστασιν ἀναδίδοται εἰς ὠφέλειαν σώματος καὶ ψυχῆς. Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie. Panis hic communis non eſt ſuperſubſtantialis, ſed panis ille ſanctus eſt ſuperſubſtantialis eſſentiam animæ conſtituens. Hic panis non vadit in ventrem, & in ſeceſſum non eiicitur, ſed in omnem tui conſtitutionem diſtri

ſtribuitur & diffunditur in vtilitatem corporis & animæ. Ambroſius lib. 4. de Sacramentis, panem ſuperſubſtantialem, panem eſſe, ait, vitæ æternæ, quo animæ noſtræ ſubſtantia ſuſtinetur. Hieronymus ad cap. 10. Ezech. Melius eſt vt intelligamus panem iuſti eum eſſe qui dicit, ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi, & quem in oratione nobis tribui precamur, panem noſtrum ſubſtantiuum, ſiue ſuperuenturum. Ad c. 6. Matth. can. 8 & in c 2. ad Tit. Melius in Græco habetur, panem noſtrum ἐπιούσιον, id eſt, præcipuum, egregium, peculiarem, eum videlicet qui de cœlo deſcendens ait, ego ſum panis qui de cœlo deſcendi. Ad Pſal. 67. Ipſe Chriſtianæ genti corporis ſanguiniſque ſui manna in Eccleſia ſubminiſtrat. Dial. 3. in Pelag. Panem quotidianum, ſiue ſuper omnes ſubſtantias, venturum Apoſtoli deprecantur, vt digni ſint aſſumptione corporis Chriſti. Auguſt. ſer. 28. de verb. Domini. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Dixi vobis quod ante verba Chriſti quod offertur panis dicatur, vbi Chriſti verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, ſed corpus appellatur. Quare igitur in oratione Dominica quæ poſtea ſequitur, ait panem noſtrum. Panem quidem dixit, ſed ἐπιούσιον hoc eſt ſubſtantialem (malim, ſuperſubſtantialem) non iſte panis, qui vadit in corpus, ſed ille panis vitæ æternæ qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit. S. Chromatius vixit anno 412 ad c. 12 Matth. Et hunc ergo panem quotidie poſtulare debemus, vt præſtante Domini miſericordia quotidie panem corporis Domini accipere mereamur, ne aliquo interueniente peccato à corpore Domini ſeparemur. Hieronymus ad c. 62. Iſaiæ, Triticum quoque de quo panis cœleſtis efficitur illud eſt, de quo loquitur Dominus, caro mea vere eſt cibus, ruſumque de vino, & ſanguis meus vere eſt potus in proloquio lib. 5 ad Hieremiam. Populus Domini comedet panem, qui in Bethlehem noſtro natus eſt viculo. Damaſcenus lib. 4. σῶμά ἐστι, καὶ αἷμα χριστοῦ εἰς σύστασιν ἡμετέρας ψυχῆς τε καὶ σώματος χωρῶν. Calix & panis iſte eſt corpus & ſanguis Chriſti qui ad conſtituendum noſtrum corpus & animam adhibetur. Chryſoſtomus hom. in orat. Dominicam, αἰτεῖν ἐδίδαξεν ἄρτον ἐπιούσιον, τουτέστιν, ἐπὶ τὴν οὐσίαν τοῦ σώματος διαβαίνοντα. Nos docuit petere panem ſuperſubſtantialem, hoc eſt, qui tranſit in eſſentiam corporis. Ambroſius vertit ἐπιούσιον, tranſſubſtantialem. Oſtendis, Caſaubone, vocari panem angelorum, panem vitæ, panem diuinum, panem ſanctum, panem propoſitionis ante conſecrationem, vt Iſidorus Peluſiota epiſt. 123. lib. 1. Dicitur θεοσώματος ἄρτος apud Metaphraſtem in vita S. Andreæ, panis Deo corporatus. ἐπευλογήσας τὸν θεοσώματον ἄρτον, καὶ τὸ κοινὸν καθαγιάσας ποτήριον τοῦ δεσποτικοῦ αἵματος μετέδωκεν αὐτοῖς ἀχράντων καὶ ἀθανάτων τοῦ χριστοῦ μυστηρίων. Cum benedixiſſet panem Dei corpus effectum, & commune conſecraſſet poculum Dominici ſanguinis participauit illos incorruptibilibus, & immortalibus Chriſti myſteriis.

AD CAPVT XL.

AIs Euchariſtiæ vocem vſurpatam à Syro paraphraſte, & Ignatio, Iuſtino, Irenæo, cum in ſacris literis non reperiatur. Cur dicatur hoc ſacramentum Euchariſtia. Auguſtinus exponit lib. de ſpiritu & litera ca. 11. Theoſέβεια ſi ad verbi originem latine expreſſam interpretaretur, Dei cultus dici poterat, qui in hoc maxime conſtitutus eſt, vt anima ei non ſit ingrata. Vnde & in ipſo veriſſimo & ſingulari ſacrificio, Domino Deo noſtro gratias agere admonemur. Quod ais non ſolùm actionem ipſam, ſed & huius ſacramenti celebrationem vocari Euchariſtiam, verum eſt: quod ſubiicis ſymbola ipſa corporis Chriſti, panem & vinum dici Euchariſtiam, falſum. Nam ipſum corpus quod ſub ſymbolis & accidentibus eſt inuiſibile, non panis & vinum, vocatur Euchariſtia, & ſupra cum agerem de Euchariſtia ſatis probaui. Nolo eandem crambem bis recoquere.

AD CAPVT XLI.

DE Liturgiæ appellatione bene ſcribis. Ariſtoteles lib. 7. Politic. τὰς πρὸς τοὺς θεοὺς λειτουργίας vocat omnia erga Deos officia, ad quæ pecunia opus eſt. Iuſtinus lib. de Monarch. originem Idololatriæ inde repetit, quod primis temporibus, veris potentioribus inferiores inſtituerint τελετὰς, καὶ λειτουργίας τελεῖν, Cultus quoſdam exhibere, Deo potius quam homini debitos. 70. Interpretes Dei cultum & latriam paſſim λειτουργίαν vocant. Hebr. 1. Chriſtus dicitur τῶν ἁγίων λειτουργός, ſanctuarij miniſter. λειτουργία quodcunque pietatis officium. Chryſoſtomus ſermon. 3. in Annam, patres monet dent operam vt filij ſui fiant ciues ciuitatis cœleſtis, quo τὴν ἐκεῖ λειτουργίαν ἀξιωθῶσιν ἐπιτελεῖν, digni reperiantur qui functiones

obeant

obeant illius ciuitatis. Dionysio Areopagitæ λειτουργοὶ dicuntur Diaconi, ἱερεῖς Sacerdotes, ἱεράρχαι Episcopi. Patres, Presbyteros & Episcopos λειτουργοὺς τοῦ θεοῦ, τοῦ θυσιαστηρίου, τῆς καινῆς διαθήκης vocant, ministros Dei, ministros altaris noui testamenti. τὴν λειτουργίαν τοῦ θυσιαστηρίου πεπιστευμένους, quibus ministerium altaris creditum est. Basilius libro de Spiritu meminit cuiusdam μακρὸν ἐν τῇ λειτουργίᾳ τοῦ θεοῦ διαζήσαντος χρόνον. λειτουργία igitur latè dicitur omne ministerium quod ad sacra pertinet. Propriè magis ministerium cultus diuini, & quicquid circa sacram mensam peragitur. Balsamon ad concil. Sardic. λειτουργεῖν, ἱερουργεῖν, sacras functiones obire. Rom. 15. ἱερουργεῖν τὸ εὐαγγέλιον, implere sacrum ministerium Euangelij. λειτουργίαι propriè sunt functiones celebrantium sanctissimum sacrificium corporis & sanguinis Christi ad altare Domini. Missam interpretatur Iulianus antecessor, Nouella Iustiniani. μυστήρια ἐν οἷς ἱερὰ γίγνεται λειτουργία τῆς ἀρρήτου κοινωνίας μεταδιδομένης. Synodo Trullana, can. 32. Ἰάκωβος ὁ κατὰ σάρκα Χριστοῦ ἀδελφὸς, καὶ Βασίλειος ὁ τῆς Καισαρέων ἱεράρχης τὴν μυστικὴν ἡμῖν ἱερουργίαν παραδεδωκότες ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ ἐξ ὕδατος καὶ οἴνου τὸ ἱερὸν ποτήριον ἐκδεδώκασι. Iacobus frater Christi secundum carnem, & Basilius Cæsariensis Episcopus qui scriptis mysticum nobis sacrificij ritum qui tradiderunt, in diuina Liturgia ex aqua & vino sacrum poculum exhibuerunt: Liturgiam interpretatur μυστικὴν ἱερουργίαν, mysticum sacrificij ritum. Sanctus Hippolytus libro de fine mundi, δεῦτε οἱ ἱεράρχαι οἱ λειτουργήσαντές μοι ἀμώμως ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ τὸ τίμιον σῶμα, καὶ αἷμά μου καθ' ἑκάστην θύοντες. Adeste huc Pontifices qui mihi ministrastis inculpatè die & nocte, pretiosum corpus & sanguinem meum quaque die sacrificantes. λειτουργεῖν interpretatur θύειν σῶμα καὶ αἷμα κυρίου, sacrificare corpus & sanguinem Christi. Victorinus libro 5. cap. 1. omne officium Sacerdotis Liturgiam significare ait Hebr. 10. πᾶς μὲν ἱερεὺς ἕστηκε καθ' ἡμέραν λειτουργῶν, καὶ τὰς αὐτὰς πολλάκις προσφέρων θυσίας. Omnis Sacerdos stetit per diem ministrans in Liturgia, & sæpè eadem offerens sacrificia. Luc. 1. ἐπλήσθησαν ἡμέραι τῆς λειτουργίας, impleti sunt dies ministerij in templo Hebr. 9. τὰ σκεύη τῆς λειτουργίας, vasa sacrificij, & ministerij. Philip. 2. σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν, vt liber ac sacrificer in sacrificio, & ministerio vestræ fidei. Theodoretus libr. 4. eccles. histor. τὴν ἑσπερινὴν λειτουργίαν συνήθως ἐπιτελέσας, vespertinum precum officium ex more cùm perfecisset. Gregorius Nazianzenus in epitaphio patris. τὰ μυστικὰ γὰρ ῥήματα τῆς λειτουργίας πάντες ἔλεγον, mystica verba Missæ sacrificij omnes dicebant, id est, hoc est corpus meum. Basilius in Liturgia, καὶ τῆς λειτουργικῆς ταύτης, καὶ ἀναιμάκτου θυσίας τὴν ἱερουργίαν παραδέδωκας. Huius Liturgiæ & incruenti sacrificij immolationem tradidisti. Liturgiam interpretatur incruenti sacrificij immolationem. Anastasius de Synaxi, ἕτεροι δὲ τὴν μυσταγωγίαν τῆς θείας λειτουργίας καταλείψαντες, alij mystagogiam & celebrationem diuinæ Liturgiæ cùm dereliquerint. Theodoretus in dubiis sacræ Scripturæ. ἡμεῖς δὲ τοῖς ἔνδον ἀπονέμομεν λειτουργίαν ἐπιτελοῦμεν, θυμίαμα μὲν καὶ λυχνιαῖον φῶς προσφέροντες τῷ θεῷ, καὶ τὴν μυστικὴν τῆς ἁγίας τραπέζης ἱερουργίαν. Nos autem distribuere corpus Christi, & Liturgiam iis qui sunt intus in Ecclesia facimus, suffitum & lumen lampadum offerentes Deo, & mysticam sanctæ mensæ liturgiam, ac immolationem. Liturgiam vocat communionem corporis Christi, & ipsum Christi corpus. Proclus Archiepisc. Constantinopol. vixit anno 428. πολλοὶ μὲν τινὲς καὶ ἄλλοι τῶν ἱερῶν ἀποστόλων διαδεξάμενοι θεῖοι ποιμένες καὶ διδάσκαλοι τῆς ἐκκλησίας, τὴν τῆς μυστικῆς λειτουργίας ἔκθεσιν ἐγγράφως καταλιπόντες τῇ ἐκκλησίᾳ παραδεδώκασι. Multi quidem & alij ex iis qui sanctos Apostolos exceperunt, iisq; successerunt diuini pastores & doctores Ecclesiæ expositionem mysticæ Liturgiæ scriptis relictis Ecclesiæ commendarunt. Germanus Patriarch. ὁ δὲ κύριος καὶ ὁρᾶται καὶ ἁφῆς ἀνέχεται διὰ τῶν φρικτῶν καὶ ἱερῶν μυστηρίων, ὡς τὴν ἡμετέραν φύσιν δεξάμενος, ὅτι ὁ ἱερεὺς· εἰ γὰρ ἅπαξ ἑαυτὸν προσαγαγὼν καὶ θύσας ἔπαυσεν τῆς ἱερωσύνης, ἀλλὰ διηνεκῆ ταύτην λειτουργεῖ λειτουργίαν ἡμῶν. Dominus cernitur, & tangi se sustinet per veneranda, terribilia & sacra mysteria, vt qui naturam nostram susceperit, ille est Sacerdos. Cùm enim semel seipsum produxerit & sacrificarit non Sacerdotium desiit, & deseruit, sed perpetuum ministrat nostrum hoc ministerium. Marcus Ephesi episcop. ἡμεῖς δὲ παρὰ τῶν ἀποστόλων τὴν τῆς μυστικῆς λειτουργίας ἔκθεσιν παρειληφότων· ἐν μὲν γὰρ τῇ συγγραφείσῃ διὰ Κλήμεντος λειτουργίᾳ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων. Cùm autem nos ab Apostolis mysticæ Liturgiæ expositionem acceperimus. In Liturgia enim Sanctorum Apostolorũ, quæ à Clemẽte scripta est. Hippolytus de consummat. λειτουργία σβεσθήσεται, καὶ τὸ τίμιον αἷμα καὶ σῶμα τοῦ κυρίου οὐκ ἀναφανεῖται. Et Liturgia, celebratióq; Missæ extinguetur, & pretiosus sanguis, & corpus Christi non efficietur aut apparebit. Synesius in epist. contra Andronicum, τοῦ θυσιαστηρίου λειτουργίαν, sacrificium altaris vocat. Adiuro omnes in quorum manus scripta hæc venient, vt hæc patrum testimonia cum affectu & studio veri inueniendi legant, nec præiudicatæ opinioni animæ suæ salutem gratificentur. Non inficior concil. Ephes. hæc verba legi, ἐπιτελέσαι μὴ συγχωρήσαντες τὰς ἑσπερινὰς ἢ τὰς καθημερινὰς λειτουργίας.

Non permittentes facere officium vespertinum, aut matutinum, sed aio liturgiam sæpè pro celebratione sacrificij incruenti corporis Christi à patribus accipi. Quod non ignoras, Casaubone, nec dissimulare debueras. Temerè ais Doctissimū & Illustrissimū Cardinalem Bellarminum reprehensioni obnoxium, quod scribit idem lib. 1. de Missa, vocabulum λειτουργίας, à Patribus græcis vix aliter accipi quam pro ministerio sacrificij Eucharistiæ offerendi. Ex iis quæ supra posui apparet, illum reprehensionem non mereri, te mereri.

AD CAPVT XLII.

EXERCIT. XVI.

SYnaxin Patres appellarunt eam populi & Sacerdotum collectam quæ fit ad sacrificium corporis Christi in Eucharistia. Tù συνάγειν esse ais cogere cœtum ad conuiuium. Athenæus libro septimo. ἀπὸ συμβολῶν συνάγειν, de symbolis conuiuari dixit. Hesychius συνάγειν, μετ' ἀλλήλων πίνειν, inter se comporare interpretatur, σύναξις est συναγωγή, conductio. Noui Christiani voce συνάξεως vsi sunt, vt synagogas Iudæorum refugerent. Augustinus ad Psal. 77. Nostram Apostoli nunquam dixerunt synagogam, sed semper Ecclesiam. Contra Iacobus epist. 2. ἐὰν εἰσέλθῃ τις εἰς συναγωγὴν ὑμῶν. Ignatius epist. 1. χωρὶς πρεσβυτέρων ἐκκλησία ἐκλεκτὴ οὐκ ἔστι, οὐ συνάθροισμα ἅγιον, οὐ συναγωγὴ ὁσίων. Theophylactus σύναξιν pro Synagoga Iudæorum posuit ad caput 26. Matthæi. Zacharias Papa in Dialogis Gregorij quos in Græcum vertit, congregationem συνοδίαν, qua voce vtitur Irenæus de Valentiniano loquens. Palladius in Lausiacis συνοδίας, monachorum societates vocat. Hæc tu erudite, quod ad vim verborum faciat. Addam aliquid de meo. Socrates libro 2. cap. 13. συνάγειν hoc significatu posuit, vt sit vocare populum ad Liturgiam. ἐάσας δὲ αὐτὸν ἐν ᾗ ἐχειροτονήθη ἐκκλησίᾳ συνάγειν. Cùm permisisset Macedonio vt Missam celebraret in Ecclesia, in qua fuerat ordinatus. In histor. tripartita libro 4. cap. 13. Missas facere dicitur. Socrates libro 3. cap. 9. οἱ τῷ Μελετίῳ ἀκολουθήσαντες ἰδίᾳ συνήγοντο. & libro 6. cap. 23. Qui sequebantur Meletium priuatim Missas faciebant. καὶ εὑρὼν ἰδίᾳ συναγομένους, cùm reperisset eos priuatim collectas celebrare. Ibidem, τὰς συναγωγὰς ἐποίει, collectas faciebat. Socrates lib. 4. cap. 18. συνάξεις ἐπιτελοῦνται, fiunt collectæ. lib. 5. cap. 22. περὶ δὲ συνάξεων. συνάξεις ποιοῦσι. Epiphanius lib. 9. cap. 38. tripart. Histor. Siue is est Cassiodorus, circa celebrationem collectarum, collectas agunt, & lib. 9. cap. 9. Anastasius de Synaxi. ταῦτα λέγωμεν τῷ Χριστῷ καθ' ἑκάστην ὥραν προσευχόμενοι, καὶ κατὰ καιρὸν τῆς φοβερᾶς καὶ φρικτῆς συνάξεως παριστάμενοι. Hæc dicamus Christo quacunque hora in oratione, & in tempore tremendæ & venerandæ Synaxis adsistentes. Synodo Trull. can. 101. εἴ τις τοῦ ἀχράντου σώματος μετασχεῖν ἐν τῷ τῆς συνάξεως βουληθείη καιρῷ, Si quis velit cōmunicare corpori Christi in tempore Synaxeos. Chrysostomus homiliam habuit πρὸς τοὺς τὰς συνάξεις καταλιμπάνοντας, ad eos qui deserunt sacrificium corporis Christi. Pachymeres ad cap. 3. Hierach. Eccles. Dionys. σύναξιν δὲ νοητέον οὐ τὴν τοῦ λαοῦ, ἀλλὰ τὴν πρὸς θεὸν συναγωγὴν, καὶ κοινωνίαν. Synaxin accipere debemus non congregationem populi, sed adductionem ad Deum, & cōmunionem cum eo. S. Chrysost. de Ecclesia, κατὰ γὰρ τὸν τῆς θείας συνάξεως καιρὸν οὐκ ἄνθρωποι μόνοι βοῶσι τὴν φρικωδεστάτην ἐκείνην βοὴν, ἀλλὰ καὶ ἄγγελοι προσπίπτουσι τῷ δεσπότῃ, &c. οὕτω δὴ καὶ οἱ ἄγγελοι τότε ἀντὶ κλάδων τῶν ἐλαιῶν αὐτὸ τὸ σῶμα τὸ δεσποτικὸν προτεινόμενοι παρακαλοῦσιν ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. Nam tempore diuinæ Synaxeos non tantum homines clamāt illum clamorem terribilem, sed ipsi angeli procumbunt Domino, &c. Sic angeli pro ramis ol[...]rū ipsum corpus Domini protendentes Dominum precantur pro hominum natura. Anastasius de Synaxi. ἐξαιρέτως δὲ ἐν τῇ θείᾳ ἱερουργίᾳ τῶν ἀχράντων μυστηρίων συντόνως διατιθέναι ὀφείλ[...]τες, καὶ μετὰ φόβου καὶ τρόμου παρεστάναι τῷ δεσπότῃ ἐν τῇ τοιαύτῃ συνάξει. Præcipuè autem in diuina imm[...]latione impollutorū mysteriorū attente disponi & affici debentes, & cum metu & tremore adsistere Domino in tali Synaxi. Item. καὶ αὐτῶν ἱερέων τῶν τὴν θυσίαν προσφερόντων ἐν τῇ συνάξει. Et ipsis Sacerdotibus sacrificium offerentibus in Synaxi. Epiphanius pag. 4[...]6. sub finem lib. 3. πάλιν δὲ συνάξεις ἐπιτελοῦσι τὰς αὐτὰς ἕξ. καὶ ὅλην τὴν τεσσαρακοστὴν ἀπὸ ἐνάτης ἕως ἑσπέρας. Sex dies maioris hebdomadæ in peruigiliis perseuerant. Rursum collectas faciunt sex illis diebus, & tota quadragesima a nona hora vsque ad vesperam. Collecta eo loco significat populi conuentum. Coll[...] [...]atim vocarunt. Epipha[...]ius epist. 60. ad Ioann. Hierosol. Cùm celebraretur coll[...] in Eccl[...]a vil[...]. cùm ministrarer in sacris s[...]crificiis. Inter epist. Hieronym. epist 60 cap. [...] In [...] [...]go, Epiphanius & Ioannes Hierosolym. collectam ex mor[...] ecclesiastico, [...] [...]est sacrificiū corporis Christi a Syn. Chartag.

can.

can collecta dicitur Missa,& lib. 2. c.9. ep. D.Gregor.Tertul. lib. de fuga, quomodo colligemus, quomodo Dominica solēnia celebrabimus. Augustinus in Breuiculo vocat congregationem populi ad audiendum sacrum. Hieronym in ep. de Paula collectionem populi, & Tertul. c.3. Apologet. Coitionem Christianorum, communicationem orationis, & compl. sancti commercij. Post alleluia cantatum vocatum esse populum ait ad collectam quæ ad est, missam: si non potes colligere sit tibi vel in tribus Ecclesia. Augustinus in Breuiculo facit discrimen inter collectam & Dominicale, id est missam maiorem in conuentu populi, aut breuiorem paucis assistentibus. Cyprianus ep.63. ad Cæcilium, confitebantur se collectam & Dominicum egisse. lib.3. de operibus, Nunquid Dominicum post cœnam celebrare debemus. Admitto tamen apud Patres παρασυναγωγὰς, & παρασυνάξεις de hæreticorum conuentibus ab Ecclesia alienis accipi. In Edicto Theodosij ad Insiginum Præfect. Præt. hæc verba leges, sibi existimant colligendi copiam contributam, id est, collectæ faciendæ. Pachymeres ad c.4. Dionys. de Eccl. Hierarch. σημειωτέον ὅτι σύναξιν μόνην τὴν λειτουργίαν φησὶ, καθ' ἣν τῶν θείων μυστηρίων κοινωνοῦσιν οἱ ἄξιοι. Notato, quod Dionys. Synaxin solam vocat Liturgiam & Missam, in qua diuinis mysterijs cōmunicant ij qui digni sunt. Chrysostomus ad 1. Cor. 11. συνιόντες οἱ πιστοὶ πάντες μετὰ τὴν τῆς διδασκαλίας ἀκρόασιν, μετὰ τὰς εὐχάς, μετὰ τὴν τῶν μυστηρίων κοινωνίαν, τῆς συνάξεως λυθείσης. Fideles cum conuenerint omnes post auditionem doctrinæ, post preces, post communionem mysteriorum, Synaxi & conuentu soluto, lib.2. in Iudæos, ἵνα εἰς τὴν ἐπιοῦσαν σύναξιν μετὰ πολλῆς παῤῥησίας ἀπαντήσωμεν, δῶρα τῷ θεῷ κομίζοντες. Vt in sequentem collectam cum multa libertate occurramus dona Deo offerentes. Erasmus ad cōmunionem mysteriorum verba illa refert. Loca Synaxibus dicata vocant συνακτήρια. Ex quibus apparet Synaxin sæpe accipi pro conuentu fidelium ad pietatis officia, sæpe pro Liturgia & celebratione Missę. Epiphanius in epitome de fide Catholica scribit Apostolos instituisse συνάξεις ἐπιτελεῖσθαι τετράδι, καὶ προσαββάτῳ, καὶ κυριακῇ, quarta feria, sexta, & Dominica, celebrationem Missæ seu synaxes fieri.

AD CAPVT XLIII.

EXERCITAT. XVI.

DE Mysteriorum appellatione doctissime, vt soles, scribis. Ostendis μύειν esse, arcanam doctrinam tradere, μυηθῆναι illa doctrina imbui, aut τοὺς ἀκούοντας μύειν τὸ στόμα, eos qui audiunt claudere os, & pascere linguam. 1. Cor. 4. Apostoli dicuntur οἰκονόμοι μυστηρίων θεοῦ, dispensatores mysteriorum Dei. Marci 4. γνῶναι τὸ μυστήριον τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Nosse mysterium regni cœlorum. 2. Thessalonicens. 2. Mysterium ἀνομίας, iniquitatis consummatur in Antichristo, id est alta, profunda, perfecta iniquitas. Iosephus lib. 1. Belli Iudaic. Antipatri qui filius Herodis fuit, βίον κακίας μυστήριον, vitā iniquitatis mysteriū. Herodianus lib. 8. τὸ ῥωμαίων ἀρχῆς σεμνὸν μυστήριον ὁ στρατιωτικὸς ὅρκος. Tacitus lib. 1. Historiar. arcano imperij vulgato. Chrysost. hom. 7. in 1. ad Corinth. ostendit mysteria non esse prophananda λόγοις περιττοῖς. τὸ γὰρ μυστήριον κατασκευῆς οὐ δεῖται, ἀλλ' ὅπερ ἐστὶ τοῦτο μόνον καταγγέλλεται, ἐπεὶ οὐκ ἔσται μυστήριον θεῖον καὶ ὁλόκληρον, ὅταν παρὰ σαυτοῦ τι προσθῇς. Sermonibus superuacaneis. Mysterium enim præparationis non eget, sed quod est hoc solum adnuntiat. Quoniam non erit mysterium diuinū & integrum cum aliquid de te addideris. Deinde, quia in mysterijs alia videmus, alia cernimus, ἕτερα ὁρῶμεν, ἕτερα πιστεύομεν: aliter igitur ego, aliter infidelis ad hæc affecti sumus. Non enim oculis corporis iudico quæ apparēt, sed oculis mentis. ἑτέρως οὖν ἐγώ, ἑτέρως ὁ ἄπιστος περὶ τούτων διακείμεθα. οὐ γὰρ τῇ ὄψει κρίνω τὰ φαινόμενα, ἀλλὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς διανοίας. Hoc Patres in Eucharistia seruandū docent, ne rē sensu æstimemus, sed fide. Quę enim foris apparēt speciem panis, & vini offerunt, sed fides corpus Christi esse credit, quia Christus dixit, voluit, potuit. Euseb. Emissenus hom 5. de Paschate. Et ideo quia corpus assumptum ablaturus erat ex oculis nostris, & sideribus illaturus, necessariū erat vt nobis in hac die sacramentum corporis & sanguinis sui consecraret, vt coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in pretium, vt quia quotidiana & indefessa currebat pro hominum salute redemptio, perpetua esset etiā redemptionis oblatio, & perennis illa victima viueret in memoria, & semper præsens esset in gratia: vere vnica & perfecta hostia, fide æstimanda non specie, nec exteriori censenda visu, sed interiori affectu. Vnde merito cœlestis confirmat auctoritas, quia caro mea vere est cibus &c. Ita & tu cum ad reuerendum altare salutari cibo potuque reficiendus accedis, sacrum Dei corpus & sanguinem fide respice, honore mirare, mente continge, cordis manu suscipe, & maxime haustu interiori assume. Quę cum ita sint, quod illic auiditas faciebat, hoc fides faciat, & si in corpore cibus sapiebat, in pectore Deus credulitate proficiat,

ſicut legimus, accedet homo ad cor altum & exaltabitur Deus. Ideo quod ibi delectatio obtinebat in faucibus, hic benedictio operetur in ſenſibus, ad cognoſcendum & percipiendum ſacrificium veri corporis, ipſa te roboret potentia conſecrantis. S. Anſelmus ad cap. 2. 1. Corinth. ſenſibus quidem exterioribus videtur eſſe panis, ſed ſenſibus cognoſcitur mentis, quia hoc eſt corpus meum non aliud, idem ſubſtantialiter quod pro vobis redimendis tradidit ad mortem. Cyrillus Catech. 4. μὴ πρόσεχε οὖν ὡς ψιλοῖς τῷ ἄρτῳ καὶ τῷ οἴνῳ· σῶμα γὰρ καὶ αἷμα Χριστοῦ κατὰ τὴν δεσποτικὴν τυγχάνει ἀπόφασιν. εἰ γὰρ καὶ ἡ αἴσθησίς σοι τοῦτο ὑποβάλλει, ἀλλὰ ἡ πίστις σε βεβαιούτω· μὴ ἀπὸ γεύσεως κρίνῃς τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς πίστεως πληροφοροῦ σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ καταξιωθείς. Ne attende quaſi nudo pani & vino. Corpus enim & ſanguis Chriſti eſt, vt Dominus aſſeuerauit: licet enim ſenſus id tibi ſubiiciat, fides te corroboret. Ne ex guſtu rem æſtima, ſed fide certus eſto te dignum habitum eſſe corpore & ſanguine Chriſti. Idem Catecheſi 5. μὴ τῷ σώματι ἐπιτρέψητε τὸ κρῖνον, οὐχί, ἀλλὰ τῇ ἀνενδοιάστῳ πίστει. γευόμενοι γὰρ οὐκ ἄρτου κελεύονται γεύσασθαι, ἀλλὰ ἀντιτύπου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ. Ne iudicium permittite corpori, ſed fidei non dubitanti. Qui enim guſtant, non panem iubentur guſtare, ſed corpus Chriſti ſub ſignis latens, & ſanguinem Chriſti. Chryſoſtomus ad c. 26. Mat. Credamus Deo nec reſiſtamus, licet res ſenſui contraria videatur, ſed eius ſermo ſit potior ſenſibus qui fallimur.

CASAVBONVS.

PAtres Sacramenta Symbolicam Theologiam vocant, quia myſteria ſunt ſigna viſibilia rerum viſibilium quæ Deus ipſe in Eccleſia ſua conſtituit. Plinius ſacra operta. Flaccus ſacra operta.

BVLENGERVS.

IMo Sacramenta ſigna ſunt viſibilia rerum inuiſibilium, vt Auguſtinus. Myſteria certe apud patres ſingulariter de Sacrificio corporis Chriſti in Euchariſtia accipienda ſunt. Quod quia parum efficaciter probas, efficacius, opinor, te ipſo iudice probabo. Chryſoſt. homil. de Eccleſ. vocat τὰ τῶν φρικτῶν μυστήρια, tremenda myſteria. Idem homil. quod fides mortua eſt ſine operib. μετὰ ποίας λοιπὸν παῤῥησίας προσέρχῃ τοῖς μυστηρίοις; Cum qua audacia accedis ad myſteria. ἄφθαρτα γὰρ τὰ μυστήρια. ὥσπερ γὰρ κηρὸς πυρὶ ὁμιλήσας οὐδὲν ἀπουσιάζει, οὐδὲ περισσεύει, οὕτω καὶ ὧδε νόμιζε συναναλίσκεσθαι τὰ μυστήρια τῇ τοῦ σώματος οὐσίᾳ. Incorruptibilia enim ſunt myſteria: vt enim cera ad ignem admota nihil eſſentiæ eius ſuperfluit, ſed tota in ſubſtantiam ignis tranſit, ita & hic puta myſteria abſorberi & conſumi corporis Chriſti ſubſtantia. homil. 83. in c. 23. Matth. μετὰ τὸ φαγεῖν τὸ νομικὸν πάσχα παραδίδωσι μυστήριον. Poſtquam legale paſcha comeſtum eſt, tradit myſterium, dicens, accipite, comedite, hoc eſt corpus meum. φρικτὰ ὄντως τὰ μυστήρια τῆς ἐκκλησίας, φρικτὸν ὄντως τὸ θυσιαστήριον, tremenda omnino ſunt myſteria Eccleſiæ, tremendum altare. In Ioannem. ἐξῆλθε γὰρ ὕδωρ καὶ αἷμα, καὶ ἴσασιν οἱ μυσταγωγούμενοι, δι' ὕδατος μὲν ἀναγεννώμενοι, δι' αἵματος δὲ καὶ σαρκὸς τρεφόμενοι. ἐντεῦθεν λαμβάνει τὰ μυστήρια, ἵνα ὅταν προσέρχῃ τῷ φρικτῷ ποτηρίῳ ὡς ἀπ' αὐτῆς πίνων τῆς πλευρᾶς οὕτω προσίῃς. Exiuit è latere Chriſti aqua & ſanguis. Erſciunt initiati, qui per aquam regenerantur, & corpore & ſanguine aluntur. Initium capiunt myſteria, vt cum accedis ad tremendum poculum ita accedas, quaſi ad ipſum latus Chriſti potaturus accedas. Vigilius contra Eutychen, Iacob frumenti & vini & olei eſt abundantia cumulatus, id eſt corporis & ſanguinis Chriſti, & Chriſmatis eius myſterio conſecratus. Euthymius in c. 6. Matt. hoc facite in meam recordationem, hoc, inquit, nouum myſterium, & nõ illud vetus &c. Per tale enim ſacrificium reminiſcimur quod corpus ſuũ in mortẽ pro nobis tradiderit. In Epitome Iacobi Clemens καὶ λαβὼν ἄρτον εὐλογήσας καὶ κλάσας μετέδωκεν ἡμῖν τῶν ἀχράντων καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων. Petrus cum cepiſſet, benedixiſſet, & fregiſſet participauit nos impollutis & viuificis myſteriis. Diony. Areop. c. 3. eccl. Hierar. τῶν θεαρχικῶν μυστηρίων ἡ μετάληψις ἑκάστης μετέξεώς ἐστι τὸ κεφάλαιον. Participatio diuinorum myſteriorum eſt ſumma, & quaſi caput cuiuſque ſacramentorum participationis. καὶ τῶν τελεστικῶν μυστηρίων αὐτῷ μεταδίδωσι κοινωνίας· ἅγια τῶν ἁγίων, ἱερὰ ἄχραντα, καὶ τὰ θεουργὰ μυστήρια παραδιδόντα τῆς ἱεραρχικῆς τραπέζης, & dat illi communionem myſteriorum perficientium, Sancta Sanctorum, Sancta impolluta. Et tradentem myſteria Deum facientia typicæ menſæ. Ep. 9. pag. 471. Dominus Ieſus qui de Deo in parabolis loquebatur, & myſteria Deum facientia tradebat in menſa typice inſtructa in ſignis panis & vini. Clemens lib. 1. cap. 6. Pædag. ὁ γὰρ ἄρτος τοῦ θεοῦ ἐστι ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβαίνων &c. ἐνταῦθα τὸ μυστικὸν τοῦ ἄρτου παρασημειωτέον, ὅτι σάρκα αὐτὸν λέγει. Ipſe enim eſt panis Dei de cœlo deſcendens. Hic myſticum & arcanum panis notandum eſt, quia carnem iterum panem dicit. Origenes

homil.

homil. 83. Nostis qui diuinis mysteriis interesse consueuistis, quomodo cùm suscipitis corpus Domini cum omni cautela, & veneratione seruetis. Idem in Marcum, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. διὰ τοῦτο παρέδωκε τοῖς μαθηταῖς, ὅπως ἐπιτελῶσιν αὐτοὺς προσῆκε τὸ καινῆς διαθήκης μυστήριον, Hoc est corpus meum. Per hæc tradidit discipulis, quomodo oportet ipsis perficere noui testamenti mysterium. Item in Ioann. ἄρτον ἀληθινὸν τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ὡς ἐσθιομένην, μέλλων ἐν τῷ μυστηρίῳ ἐσθίειν παραδιδόναι. τὴν σάρκα αὐτοῦ ἄρτον καλεῖ, διὰ τὸ ἐσθίεσθαι ἐν τοῖς μυστικοῖς· ὅτι γὰρ ὁ ἄρτος ὃν ἐγὼ δώσω. Carnem suam vocat verum panem, cùm eam in hoc mysterio comedendam traditurus esset. Item, carnem suam panē vocat, quia comeditur in mysteriis. Ait enim, panis quē ego dabo, caro mea est pro mundi vita. τὴν μυστικὴν βρῶσιν καὶ πόσιν τοῦ σώματος, καὶ αἵματος αὐτοῦ αἰνιττόμενος. Mysticum cibum & potum corporis & sanguinis sui obscurè significans. Ambrosius ad c. 5. ep. ad Hebr. Huius ordinem sacrificij corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi per mysticam similitudinem Melchisedech instituit. In orat. funebri Valentiniani, Date manibus sancta mysteria. Pio requiem eius poscamus affectu, animam piam nostris oblationibus prosequamur. Chrysost. homil. 24. ad cap. 9. epist. 1. ad Corinth. μυστηρίων μέμνηται φρικτῶν. Mentionem faciens tremendorum sacrificiorum. Eusebius lib. 1. Demonstrat. cap. 10. οὐκ οὖν καὶ θύομεν, καὶ θυμιῶμεν τότε μὲν τὴν μνήμην τοῦ μεγάλου θύματος κατὰ τὰ πρὸς αὐτοῦ παραδοθέντα μυστήρια ἐπιτελοῦντες. Igitur sacrificamus & adolemus tunc quidem memoriam magni sacrificij, & mysteria ab eo tradita perficientes. Ad hæc verba Esaiæ, bibent lætitiam, bibent vinum, vngentur vnguento in illo monte. ἀλλὰ καὶ οἶνον τοῖς ἔθνεσιν εὐφροσύνην θεσπίζει, τὸ τῆς καινῆς τοῦ χριστοῦ διαθήκης μυστήριον αἰνιττόμενος. Sed & vini lætitiam gentibus prædicit, mysterium noui testamenti Christi. Beatus Ephrem ser. de iudicio c. 3. ὁ γὰρ προσερχόμενος τοῖς θείοις μυστηρίοις ἀναξίως τῇ ψυχῇ, ἑαυτὸν ἀνακρίνει, μὴ ἁγνίσας ἑαυτὸν τὸν βασιλέα δέξασθαι ἐν τῷ αὐτοῦ νυμφῶνι· ἡ ἡμετέρα ψυχὴ νύμφη ἁγία ἐστὶ ἀθανάτου νυμφίου· οἱ δὲ γάμος λεγχαῖς τὰ θεῖα μυστήρια ἐσθιόμενα ἐν τῇ ἁγίᾳ ψυχῇ. Qui enim accedit indignus ad diuina mysteria seipsum iudicat, non sanctificans se vt recipiat regem in suo thalamo. Anima nostra est sponsa sancta sponsi immortalis. Nuptiæ sunt diuina mysteria manducata in sancta anima. Chrysostomus libro 3. de Sacerdot. ὢ μυστηρίων φρικτῶν, ὁ καθήμενος ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς ἐν ταῖς δεξιαῖς δίδοται τῶν ἁμαρτωλῶν. O mysteria terribilia. Is qui sedet ad dexteram patris, in dextera peccatorum reperitur. homil. εἰς τὴν θεόσημον τάφην· ἀπόρρητα μυστήρια vocat, ineffabilia mysteria. Homil. 72. in Matth. Eucharistiæ mysterium. homil. 51. in Matth. τοῦτο τὸ μυστήριον εἰρήνης μυστήριον. Pacis mysterium. Homil. 16. Hebræ. ἴσασιν οἱ μεμυημένοι τὰ λεγόμενα. Sciunt quæ dico initiati. Homil. 18. in 2. ad Corinth. ὅταν ἀπολαύειν δέῃ τῶν μυστηρίων πᾶσιν ἓν σῶμα πρόκειται, καὶ ποτήριον ἕν. Cùm frui oportuerit mysteriis vnum corpus omnibus propositum est, vnum poculum. Ibidem vocat φρικωδέστατα μυστήρια, maximè tremenda. Homil. in mysticam cœnam θυσίᾳ προσέρχῃ φρικτῇ, καὶ ἁγίᾳ· ἐσφαγμένος πρόκειται ὁ χριστὸς· ἀλλ' ἐννόει τίνος ἕνεκεν ἐσφάγη. οἵων μυστηρίων ἐστερήθης Ἰούδα. Accedis ad sacrificium tremendum. Christus propositus est immolatus. Sed cogita qua de causa immoletur. O qualibus mysteriis priuatus es Iuda. In homilia de incredulit. Thomæ, αἰώνια μυστήρια, æterna. Item πνευματικά, spiritualia mysteria. Homil. 3. in Iob. φρικτὰ καὶ φοβερὰ μυστήρια. terribilia & tremenda mysteria. Orat. 1. de Iob. τῶν μυστηρίων τοιούτων μετέχοντα, καὶ αὐτῇ κοινωνοῦντα τῇ σαρκὶ τοῦ δεσπότου. Participantem talibus mysteriis, & communicantem carni Domini. homil. 41. ad 1. Corinth. θεῖα καὶ φρικτὰ μυστήρια. diuina & tremenda mysteria. Homil. 3. de Dei natura. Cùm ipse Christus semetipsum in sacris mysteriis ostensurus est. Hieronymus in lib. quæst. ad Genes. Mysterium nostrum in verbo ordinis significatum nequaquam per Aaron irrationabilibus victimis immolandis, sed oblato pane & vino, id est, corpore & sanguine Domini Iesu. Theodorus Graptes, ἡμεῖς τὰ ἄχραντα τοῦ χριστοῦ μυστήρια οὔτε εἰκόνα, οὔτε τύπον τοῦ σώματος ἐκείνου λέγομεν, εἰ καὶ συμβολικῶς ἐπιτελεῖται, ἀλλὰ αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ τεθεωμένον. Nos impolluta Christi mysteria neque imaginem, neque typum corporis illius dicimus, licet symbolicè, & sub signis fiant, sed ipsum Christi corpus diuinum Germanus Constantinopol. Patriarch. lib. Theor. mysticæ. οὐ γὰρ κατελθὼν ἅπαξ, οὕτω ἀπολέλοιπεν ἡμᾶς, ἀλλὰ μεθ' ἡμῶν ἐστι, καὶ ἔσται μέχρι παντὸς εἰς τὸν αἰῶνα, διὰ γὰρ τῆς χειρὸς ἱερέων καὶ τῆς γλώττης τὰ μυστήρια τελεσιουργεῖ. Non enim semel cum ad nos venerit, postea nos dereliquit, sed nobiscum est, & erit omni tempore vsque in sempiternum. Per manus Sacerdotum & linguam nobis mysteria perficit. Hieronymus ad Psal. 107. Granum frumenti Dominus noster Iesus Christus est. Ego corpus Christi in mysterio Eucharistiæ intelligo. Ad Psal. 21. Vota mea Domino reddam, hoc est, mysterium corporis & sanguinis mei offeram eum his qui in eius timore hæc celebrant. Anastasius de Synaxi, ἐν τῇ θείᾳ ἱερουργίᾳ τῶν ἀχράντων μυστηρίων, In diuino sacrificio mysteriorum impollutorum. Euthymius cap. 64. ad Matth. Quod si de vno corpore & sanguine omnes fideles participamus: omnes vnum sumus per ipsam horum mysteriorum participationem, & in Christo omnes, & Christus in omnibus. Metaphrastes

in vita Sancti Andreæ. προσλογήσας τὸ θυσιαστήριον ἄρτον, καὶ τὸ καινὸν καθαγιάσας ποτήριον τοῦ διαθηκοῦ αἵματος μετεδίδου αὐτοῖς ἀχράντων καὶ ἀθανάτων τοῦ θεοῦ μυστηρίων. Hieronymus ad caput 41. & 44. Ezechiel. Christus mysterium corporis & sanguinis sui tradidit discipulis, & æternam nobis agni immaculati reliquit festiuitatem, libro 2. cap. 4. contra Iouinian. Vna est in mysteriis sanctificatio Domini & serui, nobilis & ignobilis, quasi nos corpus Christi æqualiter non accipiamus. Ad Psal. 145. Dat escam esurientibus. Putat aliquis quod panem cœlestem de mysteriis dicat, & hoc quidem accipimus, quia vera Christi caro est. Innocentius I. epist. ad Decentium iubet offerentium nomina inter sacra mysteria celebrari. Theodoret. 1. Dialog. volebam eos qui sunt mysteriorum participes non attendere naturam eorum quæ videntur, sed propter nominum mutationem mutationi quæ fit ex gratia credere. In his mysteriis multus fui, vt offucias illas discuterem, quibus te catholicæ & orthodoxæ Illustrissimi baronij sententiæ de sanctissimi altaris mysteriis obstruxisse rebaris. Ostendi mysteria patres eminenter ac singulariter de sacrificio corporis accepisse, quæ vocarunt ἄφθαρτα, θεῖα, ἀπόρρητα, φρικτὰ, ἄχραντα, ζωοποιὰ, θεαρχικὰ, τελεστικὰ, θεουργὰ, καινῆς διαθήκης μυστήρια, ἱερὰ, ἅγια, εἰρήνης μυστήρια, φρικωδέστατα, φοβερὰ, mysteria corporis & sanguinis. ἀθάνατα, incorruptibilia, diuina, ineffabilia, terribilia, impolluta, viuifica, diuina, perficientia, deifica, mysteria noui testamenti, sacra, sancta, pacis mysteria, maximè tremenda, metuenda Dionysius Areopagita cap. 3. hierarch. Eccles. Eucharistiam vocat τελετὴν τελετῶν, μυήσεις, τελειώσεις, τελετὰς, ἐποπτείας, τελεστήρια, τελειωτικὰ μυστήρια, τελειωτικὰς θεώσεις, ἱεραρχικὰς τελετὰς. Cerimoniam cerimoniarum, initiationes, imperfectiones, sacros ritus, epopteas, & inspectiones, mysteria perficientia, deificationes perfectiuas, cerimonias pontificias. Pachymeres ex Maximo, ταύτην γὰρ ἔλεγε καὶ ὁ κλεινὸς ἱερόθεος τελετὴν τελετῶν. Hanc inclytus Hierotheus vocat mysterium mysteriorum. Quærit Pachymeres cur ἡ τελετὴ τῆς εὐχαριστίας dicatur κοινωνία καὶ σύναξις, communio, collecta, & nomina quæ conueniunt Baptismo, vel ordini, cæterisque mysteriis sibi sumat. Quia, inquit, ἡ τῶν τελετῶν ἐκείνων τελείωσις ἐκ τῶν ταύτης δωρεῶν ἐστι. Perfectio illorũ sacramentorũ oritur à donis Eucharistiæ. καὶ γὰρ οὐκ ἔστι πω τελεσθῆναι ἱεραρχικὴν τελετὴν μὴ τῆς θειοτάτης εὐχαριστίας τὴν τῶν μυστηρίων δηλαδὴ ἱερουργίας τὴν ἐπὶ τὸ ἓν, τὸν θεὸν δηλαδὴ, συναγωγὴν. τοῦτο γὰρ ἐστι τὸ κεφαλαιωδέστερον ἐπὶ τοῖς καθ' ἕκαστα τελουμένοις, εἰ τοίνυν ἑκάστη τῶν τελετῶν ἀπολειπομένη τῶν μυστηρίων ἀτελής ἐστι. Nec enim potest quisquam initiari mysteriis sacerdotalibus nisi diuinissima Eucharistia mysteriorum faciat collectam & cõgregationem ad vnum qui Deus est. Hoc enim est præcipuum in iis qui per singula sacramenta perficiuntur. Cùm igitur reliqua sacramenta imperfecta sint, si à mysteriis & Eucharistia derelicta sint, meritò sola Eucharistia propriè dicitur Synaxis, & congregatio ad Deũ. Ad hæc verba Dionysij. ἀλλ' ὦ θειοτάτη καὶ ἱερὰ τελετὴ, ὡς ἐμψύχῳ γὰρ αὐτῇ διαλέγεται. καὶ εἰκότως, καθὰ καὶ ὁ θεολόγος μέγας γρηγόριος, ἀλλ' ὦ πάσχα τὸ μέγα, καὶ ἱερόν· τὸ ἡμέτερον γὰρ πάσχα. καὶ ἡ τοιαύτη ἱερὰ τελετὴ, αὐτός ἐστιν ὁ κύριος ἡμῶν ἰησοῦς χριστὸς, πρὸς ὃν ποιεῖται τὸν λόγον ὁ ἅγιος. Sed ô diuina & sacra telete (vt enim viuentem alloquitur, & merito, sicuti & magnus Theologus Gregorius, sed ô Pascha magnum & sacrum.) Nostrum enim Pascha, & tale mysterium sacrum ipse est Christus Iesus Dominus, ad quem sermonem sanctus conuertit. Dionysius Areopag. cap. 3. Eccl. Hier. τὰς ἁγίας τῶν μυστηρίων τελετὰς vocat sacros castus mysteriorum. Chrysostomus lib. 3. de Sacerdot. ταύτης οὖν τῆς φρικωδεστάτης τελετῆς τίς ὑπερφρονῆσαι δύναιτο. Quis mentis compos ausit despicari terribile istud mysterium. Synesius, Episc. Libyæ, πολλοῦ δὲ δεησόμεθα τῆς ἀπορρήτου τελετῆς κοινωνῆσαι. Cauebimus diligenter ne communicemus ineffabilibus mysteriis; Ioannes Damascenus in oratione pro mortuis, τελετῶν meminit. οὐ γὰρ ἂν ἡμῖν ἀφορμὴν ἐδεδώκει τὸ μνήμην ποιεῖν ἐπὶ τῆς ἀναιμάκτου θυσίας τῶν προλαβόντων, &c. καὶ τὰς ἐπετησίους μνήμας καὶ τελετάς. Non enim nobis dedisset occasionem vt in sacrificio incruento meminissemus defunctorum, & faceremus anniuersarias memorias, & missas. In Synodo Ancyrano Eucharistia vocatur τέλειον, perfectum. τελείου τυχεῖν, perfectum obtinere. Dionysius τελειώσει cap. 3. Marcus Ephesin. Episcopus τελειῶσαι. ἐπεύχονται δὲ ὕστερον, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπικαλοῦνται χάριν, ὥστε αὐτὴν ἐλθοῦσαν τὰ εἰρημένα τότε τοῖς νῦν ἐφαρμόσαι, καὶ τὰ προκείμενα τελειῶσαι, καὶ πρὸς τὸ δεσποτικὸν σῶμα καὶ αἷμα μεταποιῆσαι. Precantur postea, & S. Spiritus gratiam inuocant, vt ipsa veniens ea quæ tunc dicta sunt ad ea quæ nunc fiunt, accommodet & proposita dona perficiat, & mutet in corpus & sanguinem Domini. Michael Choniates in forma conuersionis Turci. θείας τελετὰς vocat. καὶ τὸν παρὰ τῶν χριστιανῶν μυστικῶς ἱερουργούμενον ἄρτον, καὶ οἶνον, ὃν ἐν ταῖς θείαις τελεταῖς μεταλαμβάνουσι, πείθομαι καὶ ὁμολογῶ, καὶ πιστεύω σῶμα καὶ αἷμα κατ' ἀλήθειαν εἶναι τοῦ κυρίου I. X. μεταβαλλόμενα τῇ ἐκείνου θεϊκῇ δυνάμει. Et panem ac vinum mystice sacrificatum quem in sacris castibus Christiani participant, credo & cõfiteor esse corpus & sanguinem verè Domini nostri Iesu Christi mutatione facta panis & vini in corpus & sanguinem.

CASAVBONVS.

CASAVBONVS.

PAtres cum sacramenta vocarint mysteria, teletas, mystagogiam, transtulerunt ea vocabula ex paganorum mysteriis.

BVLENGERVS.

PRisci patres vt suauiter & sine sensu veteres prophanos ab inanibus diis, ad verum Dei cultum traducerent, murato ritu sacrorum eadem vocabola retinuerunt, & mysteria, teletas, ac mystagogiam, vt prius, appellarunt. De mysteriis & teletis diximus. De Mystagogia Ioaones Chrysostomus hom. de Ecclesia. διὰ γὰρ τοῦτο ἑστάναι καλῶς κατὰ τὸν τῆς θείας μυσταγωγίας καιρὸν κελευόμεθα, ἵνα τοὺς χαμαὶ συρομένους λογισμοὺς ἀνορθώσωμεν. Ideo tempore sacræ mystagogiæ stare pulcre iubemur, vt cogitationes humi serpentes erigamus. Quo loco mystagogia non, vt tu vis, de reliquis sacramentis, sed de sacrificio corporis Christi debet accipi. Testis est Cyrillus Catech. 4. πληροφορούμενος ὡς ὁ φαινόμενος ἄρτος οὐκ ἄρτος ἐστὶ, εἰ καὶ τῇ γεύσει αἰσθητὸς, ἀλλὰ σῶμα χριστοῦ. Catech. 5. μετὰ τοῦτο βοᾷ ὁ ἱερεὺς, ἄνω τὰς καρδίας. &c. εἶτα ἀποκρίνεσθε, ἔχομεν πρὸς τὸν κύριον· εἶτα ὁ ἱερεὺς λέγει εὐχαριστήσωμεν τῷ κυρίῳ, εἶτα λέγετε ἄξιον καὶ δίκαιον. Certus eum qui panis videtur non esse panem licet gustatu percipiatur, sed corpus Christi. Postea clamat sacerdos, sursum corda. Respondetis, habemus ad Dominum. Deinde dicit sacerdos, Gratias agamus Domino Deo nostro. Respondetur, dignum & iustum est. Verba hæc hodie in canone Missæ vsurpamus, vnde discas à veteri Ecclesiæ fide te tuosque defecisse, in qua nos perseueramus. Sicuti autem mystagogia de sacrificio Missæ accipitur, ita μυσταγωγούμενοι Chrysostomo dicuntur mysteriis Christianis initiati. Sic ille ad Ioann. cap. 6. ἴσασιν οἱ μυσταγωγούμενοι δι᾽ ὕδατος μὲν ἀναγεννώμενοι, δι᾽ αἵματος δὲ καὶ σαρκὸς τρεφόμενοι. Id sciunt initiati & imbuti mysteriis, per aquam regenerati, per corpus & sanguinem Christi nutriti. Idem, μυσταγωγουμένους vocat eos qui mysteriis communicant, Homil. ad eos qui deserunt Synaxes. τῆς φρικτῆς ταύτης τραπέζης προκειμένης, τῶν ἀδελφῶν σου μυσταγωγουμένων ἔτι, αὐτός σοι τῆς σαρκὸς μεταδίδωσι, σὺ δὲ οὐδὲ λόγοις αὐτὸν ἀμείβῃ. Tremenda hac mensa proposita, fratribus tuis communicantibus adhuc, ipse Christus suam tibi dat carnem, tu ne verbo quidem ei respondes. In prima ad Timoth. πόῤῥω ταύτα τῶν φονικῶν, καὶ τοῦ στόματος τοῦ ἠξιωμένου τοιαύτης μυσταγωγίας. Hæc sint longe à manibus & ab ore quod tali mystagogia, seu communione corporis Christi dignum iudicatum, & honoratum est. Homil. 36. in 1. Corinth. ἀμύητον vocat quem Orpheus βέβηλον, Virgilius prophanum, Callimachus ἀλιτρόν. Contra μεμυημένους dicit initiatos Homil. 16. in ep. ad Hebr. Homil. de Ecclesia quæ Basileæ formis excussa est apud Oporinum. ἐννόησον τίνος πλησίον ἕστηκας ἐν τῇ ἱερᾷ, καὶ φρικώδει μυσταγωγίᾳ. Cogita prope quem assistis in sacra & tremenda mystagogia. Magnum & pauendum mysterium vocat Gregorius Magn. de consecrat. dist. 2. can 73. Epiphanius in fine operis, τὰ ἔνδοθεν μυστήρια, Interiora mysteria & magis recondita. Ambrosius in Apologia Dauid, Sacramentum κατ᾽ ἐξοχὴν. De ipso sacramento, inquit, plenius dixit, parasti in conspectu meo mensam. Theodoretus lib. 5. de curand. Græcor. affect. μυσταγωγεῖσθαι pro communicare corpori Christi. καὶ τὰς γυναῖκας τελεῖσθαι, καὶ μυσταγωγεῖσθαι ὁ νόμος κελεύει. Mulieres initiari, & communicare sacris mysteriis lex iubet, τῶν θείων μυστηρίων μεταλαχεῖν, ipse interpretatur. Dionysius ἱερὰς τελεστικὰς ἁγιστείας ritus, castus cerimonias sacras vocat, ἱεροτελεστίαν Eucharistiam, τὴν ἱεροτελεστικωτάτην εὐχαριστίαν. In Liturgiis, ἱερὰ τελετὴ, ἡ κρυφία, καὶ φρικτὴ τελετὴ, ἡ μυστηρίων τελετὴ. In Nouel. Leonis 112. συνδεσμοτικὴ τελετὴ dicitur ordo benedicendi matrimonia cuius pars erat communio. In rituali, ἡ ἀκολουθία τοῦ στεφανώματος, ordo & series coronationis, Dionysius, συμβολικὴν θεολογίαν de omnibus sacramentis. Ioannes Chrysostomus lib. 3. de Sacerdot. ὁ παράκλητος ταύτην διετάξατο τὴν ἀκολουθίαν. Spiritus consolator hanc ordinauit sacrificij seriem. Maximus ad Dionysium Areop. οἰκονομίαν dicit pag. 93. Et ante eum Epiphanius sub finem lib. 3. λατρείαν οἰκονομίας vocat ἐν ἄλλοις δὲ τόποις οὐ γίνεται λατρεία οἰκονομίας, ἢ μόνον ἐπιφωσκούσης τῆς κυριακῆς· ἐπὶ δὲ τελευτήσαντων ἐξ ὀνόματος τὰς μνήμας ποιοῦνται προσευχὰς τελοῦντες, καὶ λατρείας, καὶ οἰκονομίας. In aliis locis non fit Missæ sacrificium, qui latriæ cultus est, & dispensatio, nisi Dominico die illucescente. In mortuis autem nominatim memorias faciunt, preces soluentes, & latriæ cultum, & missam. Pœnitentes hebdomade sancta, seu maiore, feria 6. cum reconciliarentur altari dicebantur ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον, venire ad perfectum. τελείωσις perfectio, seu consummatio, Gregorio Neocæsarensi in ep. Canon. dicitur [illegible] plenitudo. τῆς ἱερᾶς μυσταγωγίας τέλος εἶναι θέωσιν. Deificationem sacræ mystagogiæ finem esse aiunt. Athanasius orat. 4. in Arrianos, θεοποιῆσαι

τῆς

τῇ τοῦ πνεύματος μετοχῇ diuinari (vt veteres glossæ loquuntur) Spiritus participatione, σωμάτιοῦς τῇ θεότητι, applicari diuinitati. Augustinus in Enchiridio c. 56. sancti vocantur templum Dei. Templum Dei exædificatur ex Diis, quos facit non factus Deus.

CASAVBONVS.

IN Ecclesia veteri alia erant ἐκφορα, alia ἀπόῤῥητα, alia quæ vulgabantur, alia quæ clausa erant. Basilius de spiritu c. 27. τὰ δόγματα σιωπᾶται, τὰ δὲ κηρύγματα δημοσιεύεται. Dogmata silentur, prædicabilia vulgantur. Chrysostomus, ἴσασιν οἱ μεμυημένοι τὸ λεγόμενον.

BVLENGERVS.

HÆc erudite notas vt soles, ad quæ symbolam meam confero. Vulgabantur ea quibus ethnici ad fidem adduci poterant. Competentibus, catechumenis, prophanis mysteria clausa erant, quia ἀμυήτους excesse consentaneum visum. Chrysostomus de Prodit. Iudæ, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου τὸ ὑπὲρ πολλῶν κλώμενον· ἴσασιν οἱ μεμυημένοι τὰ λεγόμενα· τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, ὦ Ἰούδα, ὅπερ ἐπώλησας λ δηναρίων. Hoc est corpus meum quod pro multis frangitur. Norunt initiati quæ dicuntur. Hic est sanguis meus, ô Iuda, quod vendidisti 30. denariis. Homil. 30. in 2. ad Corinth. καὶ διὰ τούτων τῶν πυλῶν, καὶ τῶν θυρῶν καὶ εἰσῆλθε, καὶ εἰσέρχεται πρὸς ἡμᾶς, ἡνίκα ἂν κοινωνῶμεν. ἴσασιν οἱ τῶν μυστηρίων μετέχοντες τὸ λεγόμενον, καὶ γὰρ οὐχ ὡς ἔτυχε, τὸ στόμα ὑμῶν τετίμηται, δεχόμενον τὸ σῶμα τὸ δεσποτικόν. Homil. de Prodit. Iudæ. αὐτὸς ὁ βασιλεὺς εἰς χεῖρα τὴν ὑμετέραν δώσει. τὸ ποτήριον τὸ φρικτὸν, καὶ πολλῆς γέμον δυνάμεως, καὶ τῆς κτίσεως τιμιώτερον ἑκατέρας· ἴσασιν οἱ μεμυημένοι τοῦ ποτηρίου τούτου τὴν ἰσχύν. εἴσεσθε καὶ ὑμεῖς μικρὸν ὕστερον. Et per istas portas & ingressus est, & ingreditur ad nos quando communicamus. Scitis quid dicatur vos qui participatis mysteriis: non enim mediocri honore & tralatitio vestrum os affectum est quod recepit corpus Domini. Ipse rex in manus vestras dabit poculum tremendum & multa plenum potestate, & vtraque dignius creatura spiritali & corporea. Sciunt initiati poculi isti vim. Scietis & vos catechumenicis paucos dies. Ad hæc verba, transeat à me calix. οὕτω καὶ ἡμῶν ἑκάστῳ ἔξεστιν εἰ βουληθείημεν οὐ μόνον τοὺς πόδας κατέχειν, ἀλλὰ καὶ ὅλον λαβεῖν· ἴσασιν οἱ μεμυημένοι. τὸ λεγόμενον. Vt enim ipsæ Maria Magdalene, Maria Salome præmium patientiæ suæ acceperunt quod dignæ habitæ sunt videre Christum post resurrectionem ante alios omnes, & complecti eius pedes, & osculari. Ita & vnicuique è nobis licet si voluerimus non modo pedes complecti, sed eum totum accipere. Sciunt initiati quod dicitur Homil. 4. in 1. ad Timoth. νομίζομεν δὲ ἀρκεῖν τὸ μὴ συνεχῶς κατατολμᾶν καὶ ἐπιπηδᾶν ὑβριστικῶς τῷ σώματι τοῦ χριστοῦ, οὐκ ἐννοοῦντες, ὅτι οἱ τὸν χριστὸν σταυρώσαντες, ἅπαξ ἐσταύρωσαν. καιρὸς προσόδου ἔστω ἡμῖν τὸ καθαρὸν συνειδός. οὐδὲν πλέον ἔχει τὸ ἐν τῷ πάσχα μυστήριον τοῦ νῦν τελουμένου. ἕν ἐστι καὶ τὸ αὐτὸ· ἡ αὐτὴ τοῦ πνεύματος χάρις· ἀεὶ πάσχα ἐστί. ἴσασιν οἱ μύσται τὸ εἰρημένον, καὶ ἐν παρασκευῇ, καὶ ἐν σαββάτῳ, καὶ κυριακῇ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ μαρτύρων ἡ αὐτὴ θυσία ἐπιτελεῖται. μία χάρις, ἓν σῶμα, καὶ τὸ αὐτὸ, οὐκ ἐκεῖνο τούτου ἁγιώτερον, οὐδὲ τοῦτο ἐκ[illegible]. Existimamus satis esse si non assidue insultemus per iniuriam corpori Christi, non cogitantes quod qui Christum crucifixerunt, semel cruci affixerunt. Tempus accedendi ad mysteria sit nobis pura conscientia. Nihil plus habet mysterium quod fit in Paschate, quam quod nunc fit. Idē & vnum est eadem spiritus gratia semper est pascha. Intelligitis mystæ id quod dictum est, & feria sexta, & in sabbato, & in dominica, & in die martyrum idem sacrificium efficitur, vna gratia, vnum & idem corpus, non hoc illo sanctius, neque illud hoc minus est. Mystas vocauit, quos μεμυημένους Homil. 17. ad Hebr. ἀλλὰ ἐπειδὴ τῆς θυσίας ταύτης ἐμνήσθην βούλομαι μικρὰ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν τοὺς μεμυημένους. πολλοὶ τῆς θυσίας ταύτης ἅπαξ μεταλαμβάνουσι τοῦ παντὸς ἐνιαυτοῦ, ἕτεροι δὶς, ἄλλοι πολλάκις. Sed quia sacrificij huius mentionem feci, volo pauca vobis qui initiati estis dicere. Multi semel quotannis communicant huic sacrificio, alij bis, quidam sæpius. Hom. 16. ad Corinth. ἀλλ᾽ ἀγνοεῖ ταῦτα ὁ ἀμύητος. Is qui non est initiatus ista ignorat. Homil. 77. in Ioann. κοινὰς ὑπὲρ τῶν ἀμυήτων εὐχάς, communes pro iis qui non sunt initiati preces effundimus. Homil. 20. ad Hebr. μετὰ τῶν χειρῶν, καὶ τὸν νοῦν ἀναλαβόμενοι. ἴσασιν οἱ μεμυημένοι ὃ λέγω. cum manibus eleuemus & mentem. Scitis vos initiati quæ dico. Homil. de sancto Philogono, Si quidem hæc mensa vicem replet præsepis. Nam & hic ponitur corpus Dominicum non quidem fasciis inuolutum, sicuti tunc, sed vndique Spiritu sancto conuestitum. Qui mysteriis initiati sunt intelligunt quæ dicuntur. Ad Psal. 3[illegible]. Augustinus: ferebatur enim Christus in manibus suis, quando commendans ipsum corpus suum ait, Hoc est corpus meum: ferebat enim illud corpus in manibus suis. Quomodo ferebatur in manibus suis, quia cum commendaret ipsum corpus suum, & sanguinem, accepit in manus suas quod [illegible]

& ipse se portabat quodam modo cùm diceret, hoc est corpus meum. Chrysostomus homil. 140. de lingua. ἐννόησον ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ μέλος, δι' οὗ τὴν φρικτὴν θυσίαν ὑποδεχόμεθα. ἴσασιν οἱ πιστοὶ τὸ λεγόμενον. Cogita linguam illud esse membrum quo tremendum sacrificium excipimus. Norunt fideles quod dicitur Homil. 85. in Matth. ἴσασιν οἱ μυσταγωγούμενοι δι' αἵματος καὶ σαρκὸς τρεφόμενοι. Sciunt initiati, sanguine & carne Christi nutriti. Dionysius Areopag. initio, ὅρα ὅπως οὐκ ἐξορχήσῃ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, Vide ne vulges contra iusiurandum Sancta Sanctorum. Chrysostomus epist. ad Innocentium, ἀλλ' ἔνθα τὰ ἅγια ἀπέκειτο εἰσελθόντες οἱ στρατιῶται, ὧν ἔνιοι καθὼς ἔγνωμεν καὶ ἀμύητοι ἦσαν, πάντα τε εἶδον τὰ ἔνδον, καὶ τὸ ἁγιώτατον αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἐν τοιούτῳ θορύβῳ εἰς τὰ τῶν προειρημένων στρατιωτῶν ἱμάτια ἐξεχεῖτο. Sed milites ingressi in eum locum vbi asseruabantur sancta, quorum nonnulli vt nos didicimus erant prophani, omnia inspexerunt quæ erant intus, & sanctissimum Christi sanguinem, vt fieri amat in tanto tumultu, in vestimenta militum de quibus diximus, effuderunt. Ex his verbis, vt es antiquarius, multa in antiquitate latentia erues. Primum omnium fuisse locum vbi sanguis Christi & sancta asseruarentur, deinde in eum locum prophanis aditum occlusum, tum verò corpus & sanguinem Christi sancta vocari. Quæ omnia nostra ætate à moribus partiariorum aliena sunt. Augustinus tractatu 26. in Ioannem. Omnes Catechumeni iam credunt in nomine Christi, sed Iesus non se credit eis. Interrogemus catechumenum manducas carnem filij hominis, nescit quid dicimus. Noli tibi sciens prudens nebulas offundere, Casaubone. Absurdum est, quod obtrudis, Patres symbola ipsa, & ritus celebrandi potius silentio inuoluisse, quam res in sacramentis significatas. Imo Dionysius Areopagita lib. de Ecclesi. hierarch. cap. 3. ritum celebrandi exponit, & symbola sæpè nominatim appellat, Diuus Paulus 1. ad Corinth. cap. panem iterat, & calicem. Clemens, Iacobus, Basilius, Chrysostomus ritus celebrandi in suis Liturgiis disertè expresserunt, symbola sæpè & antitypa vsurpant, & figua, figuramq; pro rebus significatis ponunt, sæpius tamen negant typum simplicem, antitypum, figuram esse, sed verissimum Christi corpus, vt supra ostendimus. Canon Christus panis 3. pag. de Consecratione. Christus panis est de quo qui manducat viuit in æternum, de quo ipsemet dixit, & panis quem ego dabo caro mea est. Determinat quomodo sit panis, non modo secundum verbum quo viuunt omnia, sed etiam secundum carnem assumptam. Apud fideles omnia disertè aperiebantur, apud catechumenos, competentes, prophanos mysteria silebantur. August. serm 2. de verb. Apostoli. Audiuimus veracem magistrū diuinum redemptorem cōmendantem nobis pretium nostrum sanguinē suum. Locutus est enim nobis de corpore & sanguine suo, corpus dixit escam, sanguinem potū, sacramentū fidelium agnoscunt fideles. De vtilitate pœnitent. & 26. tract. in Ioann. & 46. & ad Psal. 77. Idem itaque in mysterio cibus & potus illorū qui noster, sed significatione idem, non specie. Quia idem ipse Christus illis in petra figuratus, nobis in carne manifestatus. Item, ibi Petra Christus, nobis quod in altari ponitur. Et illi pro magno sacramento biberunt aquam profluentem de petra, nos quid bibamus norunt fideles.

CASAVBONVS.

Apud Theodoretum Dialogo altero, symbola quidem ænigmaticè proponuntur, dicit enim alimentum è talibus seminibus, & commune hoc quoque nomen potionis speciem significans. At res symbolis istis significatæ sine vlla dissimulatione palam exprimuntur. Quærit Eranistes, post consecrationem quomodo hæc appellas. Respondet Orthodoxus, corpus Christi, & sanguinem Christi.

BVLENGERVS.

Non capis mentem Theodoreti, aut eam de industria obnubilas. Ante consecrationem quod proponitur re vera est alimentum è granis frumenti, ex acinis vuæ. Post consecrationem est verum corpus Christi, verus sanguis Christi, vt ostendimus vbi de transsubstantiatione egimus. Theophylactus, ἀλλήλους ἐκδέχεσθε· ἵνα μὴ ἀναξίως δεχθῆτε τοῦ δεσποτικοῦ σώματος, καὶ τοῦ αἵματος μετέχοντες, ἔνοχοι τοῦ σώματος αὐτοῦ τῆς ἀναιρέσεως, καὶ τοῦ αἵματος τῆς ἐκχύσεως γενόμενοι, ἀπαραίτητον τὸ κρίμα ἕξετε. Ante communionem acclamatur, suscipite vos inuicem. Vt ne indigne videamini Domini corpori, & sanguini communicantes rei cædis corporis eius, & effusionis sanguinis eius facti, habeatis crimen inexcusabile. Ambrosius libro 4. de Sacrament. cap. 5. Denique ipse Dominus Iesus Christus testificatur nobis quod corpus suum accipiamus, & sanguinem, nunquid debemus de eius fide & testificatione dubitare. Hieronymus ad Hedibiam, Nos audiamus panem quem fregit Dominus, deditque discipulis suis

 esse

esse corpus Domini Saluatoris ipso dicente ad eos, accipite & comedite, hoc est corpus meum. Putas Hieronymum symbola tacuisse, res significatas euulgasse, qui panem quem dedit Dominus non esse panem dicat, sed corpus Christi? Theodoreti quæ recitas verba supra posui non imminuta, non tetruncata, sed integra; ex quibus te falsi attineri apparet. Idem in Aporis scripturæ, περὶ τῶν ἀπόρων τῆς ἁγίας γραφῆς. & in 1. ad Corinth. cap. 10. οἱ γὰρ πάντες ἐξ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν τῶν ἱερῶν ἀπολαύοντες μυστηρίων, καὶ αὐτῷ κοινωνοῦμεν τῷ δεσπότῃ, οὗ καὶ τὸ σῶμα εἶναι φαμὲν, καὶ τὸ αἷμα. Omnes enim ex vno pane participamus fruentes sacris mysteriis, & ipsi communicamus Domino, cuius corpus & sanguinem dicimus esse. Item, πῶς οἷόν τε ἡμᾶς καὶ τῷ κυρίῳ κοινωνεῖν διὰ τοῦ τιμίου αὐτοῦ σώματος, καὶ αἵματος, καὶ πάλιν τοῖς δαίμοσι, διὰ τῆς εἰδωλοθύτου τροφῆς. Quomodo fieri potest vt communicemus Domino per pretiosum eius corpus & sanguinem, & rursum Dæmonibus, per alimentum Dæmonibus immolatum. Item, πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον ἔνδον ἐν τῷ τοῦ θεοῦ ναῷ τοῦ δεσπότου παρόντος, ὃς κοινὴν ἡμῖν προτέθεικε τράπεζαν ἡμᾶς μὲν τρυφᾷν. Quomodo non absurdum est intus in templo Dei Domino præsente qui nobis communem præbuit mensam, nos quidem deliciari, alios fame premi. Item, ad hæc verba, accepi a Domino ἀναμιμνήσκει αὐτοὺς τῆς ἱερᾶς ἐκείνης, καὶ παναγίας νυκτὸς, ἐν ᾗ καὶ τῷ τυπικῷ πάσχα τέλος ἐπέθηκε, καὶ τοῦ τύπου τὸ ἀρχέτυπον ἔδειξε, καὶ τοῦ σωτηρίου μυστηρίου τὰς θύρας ἀνέῳξε, καὶ οὐ μόνοις τοῖς ἕνδεκα ἀποστόλοις, ἀλλὰ καὶ τῷ προδότῃ τοῦ τιμίου μετέδωκε σώματός τε, καὶ αἵματος. Quid ad hæc hiscere potes, Casaubone, vides in cœna Domini typicu Paschati finem impositum, & archetypum typi ostensum, id est, pro agno paschali Christi corpus substitutum, quod archetypum pascha fuit, & salutaris mysterij portas apertas, & Christum non vndecim solum discipulis, verum & proditori Iudæ pretiosum suum corpus & sanguinem exhibuisse. Item ad hæc, Reus erit, τοῦτο δηλοῖ, ὅτι καθάπερ προέδωκε μὲν αὐτὸν ὁ ἰούδας, ἐπαρῴνησαν δὲ εἰς αὐτὸν ἰουδαῖοι, οὕτως ἀτιμάζουσιν αὐτὸν οἱ τὸ πανάγιον αὐτοῦ σῶμα χερσὶν ἀκαθάρτοις δεχόμενοι, καὶ ἐναγεῖ προσφέροντες στόματι. Hoc significat, quod sicuti tradidit eum Iudas, Iudæi autem in ipsum contumeliosi fuerunt, ita eum iniuria afficiunt qui sanctissimum eius corpus manibus impuris accipiūt, & ad os impium admouent. Idem Dialog. 1. volebat eos qui sunt mysteriorum participes non attendere naturam eorum quæ videntur, sed propter nominum mutationem mutationi quæ fit ex gratia credere. Audis Theodoretum admonere non immorandum esse in signis panis & vini, sed credere panis & vini substantiam mutatam esse in substantiam corporis & sanguinis Christi, quia verba mutata sunt, & post consecrationem mysteria non panis & vinum vocantur, sed corpus & sanguis Christi. Ibidem, Neque enim signa mysticá post consecrationem recedunt à natura sua, manent enim in priore substantia & figuræ & speciei, & videri & tangi possunt sicut prius, intelliguntur autem ea esse quæ facta sunt, & creduntur, & adorantur, vt quæ sint illa quæ creduntur. At certè panis substantia non adoratur, sed corpus quod ex panis substantia factum creditur. Ibidem vocat alios ἀμυήτους, alios τὰ θεῖα μεμυημένους. Augustinus in sententiis Prosperi, & can. 40. de Consecrat. dist. 2. Nos autem in specie panis & vini quam videmus res inuisibiles, id est, carnem & sanguinem honoramus, nec similiter comprehendimus has duas species, quemadmodum ante consecrationem comprehendebamus, confitentes fideliter ante consecrationem panem & vinum esse quod natura formauit, post consecrationem carnem Christi & sanguinem esse quod benedictio consecrauit. Excute igitur aliam quercum, Casaubone, quia ex hac nulla glans tibi caduca est.

CASAVBONVS.

AVgustinus de catechis. rudibus cap. 9. de sacramento quod accepturi sunt sufficit prudentioribus audire, quid res significet. Cum tardioribus autem aliquanto pluribus verbis, & similitudinibus agendum est, ne contemnant quod vident.

BVLENGERVS.

ISta Augustini verba tibi arietem imbecillum ad vera euertēda præbent, ex quibus hoc tantum elicies, Sacramenta signa esse quæ aliquid significent, Theologi nostri addunt Sacramenta, non tantum significare, verum etiam vel moraliter, vel physice efficere quod significant. Res Sacramenti in Eucharistiā est corpus Christi sub speciebus inuisibile. Theophylactus ad cap. 14. Marci. καὶ πῶς οὐ σὰρξ καθορᾶται; πάνυ. διὰ τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν, ὦ ἄνθρωπε· ἐπεὶ γὰρ ὁ μὲν ἄρτος καὶ οἶνος συνήθεις ἡμῖν, αἷμα δὲ καὶ σάρκα ὁρῶντες οὐκ ἂν ἠνεσχόμεθα, ἀλλ' ἂν ἀπεστράφημεν, διὰ τοῦτο συγκαταβαίνων ἡμῖν ὁ φιλάνθρωπος, τὸ μὲν εἶδος ἄρτου καὶ οἴνου φυλάττει, εἰς δύναμιν δὲ σαρκὸς καὶ αἵματος μεταστοιχειοῖ. Et quomodo caro non cernitur? Propter nostram imbecillita-
tem.

tem. Quia enim pani & vino assueti sumus, nec ferre potuissemus sanguinem hominis & carnem videntes, sed corpore & nausea obstupuissemus, ideo condescendens nobis, qua est humanitate, speciem panis & vini seruat, sed ea in virtutem propriæ carnis & sanguinis transelementat. Augustinus ad Psal. 33. vere Dominus noster magnus, & misericordia eius vera, qui nobis dedit manducare corpus suum, in quo tantum perpessus est & sanguinem bibere. lib. 12. contra Faustum c. 10. Habet magnam vocem Christi sanguis in terra, cum eo accepto ab omnibus gentibus respondetur Amen. Ad Psal. 93. quando de ipso numero Iudæorum crediderunt, & donatus est illis sanguis Christi Fuderunt pretium suum, vt biberent pretium suum. lib. 2. de visitand. ægrot. Illud viuificum Dominici corporis supplementum suscipere non renuas, quin potius illud fideliter comedas. Cibus ille redemptionis tuæ pretiū est lib. 1. c. 24. de Pecc. merit. Quid aliud, qui sacramentum mensæ Dominicæ vitam vocant, nisi quod dictum est, ego sum panis vitæ. lib. de diluuio c. 4. Comeditur enim agnus per noctem huius sæculi. Ipsum agnum quem quotidie immolamus, comedimus, & cuius sanguinem bibimus. Res quæ fit Sacramenti Eucharistiæ idem indicat dist. 2. de Consecr. can. hoc est quod dicimus, quod modis omnibus approbare contendimus, sacrificium Ecclesiæ duobus modis confici, duobus modis consistere, visibili elementorum specie, & inuisibili Domini nostri Iesu Christi carne & sanguine, & sacramento & re sacramenti, id est corpore Christi.

CASAVBONVS.

AVgustinus indicat ne iis quidem omnibus qui ad perceptionem sacramentorum fuerāt admissi doctrinam de symbolis clare fuisse expositā, li. de Trinit. c. 10. Infantes non nouerūt quod in altari ponitur, & peracta pietatis celebritate sumitur, vnde vel quomodo conficiatur, vnde in vsum religionis assumatur. Etsi nunquā discant experimento vel suo vel aliorum, & nunquā illā speciē videant nisi inter celebrationes sacramentorū, cū offertur & datur, dicaturq; illis auctoritate grauissima cuius corpus & sanguis sit, nihil aliud credent nisi omnino in illa specie Dominū oculis apparuisse mortaliū, & de latere tali percusso liquorē illū omnino fluxisse.

BVLENGERVS.

DOctrina de Symbolis vel id agit vt doceat ex qua materia sint Symbola, vel quid ea significent, & ad quem finem adhibeantur. De Materia Symbolorū infantes docendi non fuere, nihil enim infantibus quibus in mysteriis ea Symbola proponebantur notius fuit, quā panis & vini species. Si vero docebatur quid signa significarent, ad quos vsus adhiberētur, id est, si res significatæ clare & perspicue exponebantur, omnino docebatur panem & vinum quæ in altari posita erat consecratione sacerdotis, & verbis Christi mutari in corpus & sanguinem Christi, & Symbola significare Christum esse inuisibiliter præsentem sub speciebus panis & vini. Itaque infantes licet neque gustatu & tactu aliud quam panem & vinum esse probarent, neque corpus Christi & sanguinem in specie carnis & sanguinis viderent, tamen ita instituebantur, vt crederent, corpus & sanguinem Christi esse, quod illis grauissima auctoritate dictum erat, neq; aliud sibi persuadere poterant, nisi omnino in illa specie Dominum oculis apparuisse mortaliū, & de latere Christi percussū liquorem illum omnino fluxisse. Hic mihi nota, in altari pietatis celebrationem peragi, quod tui errones ludificantur. Absurdissimum autem esse, bona tua venia dixerim, ritum peragendi sacramenti, & naturam Symbolorum infantibus exponi, & declarari, cùm ea exponi nō debuerint, quæ oculis cernerentur. Qui sacrificio Missæ intersunt, aut male oculati sunt, aut ritum celebrationis oculis notant, panem & vinum vident, quem per consecrationem in corpus & sanguinem mutari credunt. Modum præsentiæ satis indicabant, qui corpus sub speciebus inuisibiliter esse per mutationem vi verborum factam dicerent. Augustinus can. 45. de Consecrat. Apud Algerum lib. 1. c. 9. & apud Bedam in ep. 1. ad Corinth. 11. Non hoc corpus quod videtis manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem quem fusuri sunt illi qui me crucifigent ipsum quidem, & non ipsum, ipsum inuisibiliter, & non ipsum visibiliter. Apud Iuonem par. 2. cap. 9. Augustin. ad Psal. 98. Et quia in ipsa carne hic ambulauit, ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit. Nemo autem illam carnem manducat, nisi qui prius adorauerit ser. 181. de tempore. In vna catholica Ecclesia vera hostia redemptoris immolatur, lib. contra Fulgent. Donatist. c. 6. Nam & Iudas proditor bonū corpus, & Simon Magus bonum baptisma percepit. Bonū enim est Christi corpus & sanguis, bonum baptisma. ser. 140 de tempore. Noluit agnosci nisi ibi propter nos (in Emaus) qui non eū visuri eramus in carne, & tamen manducaturi eius carnem. ser. 22. de tempore. Mulieres nitida exhi-

bent linteamina vbi corpus Christi accipiant. Chrysost. hom. de ieiunio & de Dauid. οὐκ ἀνέχω τῷ ἢ τῷ πρεσβυτέρῳ προσελθεῖν, καὶ ἐξομολογήσασθαι αὐτῷ τὰς ἁμαρτίας μου τῷ πολλάκις πλείονα μου πταίσαντι. πῶς δύναται οὗτος ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς ὑπάρχων τὰς ἁμαρτίας ἐμὰς ἐξαλεῖψαι; τοιαῦτα προφασίζονται οἱ ἐν ἁμαρτίαις, καὶ ἐν ὑπερηφανίᾳ ὑψοῦντες ἑαυτούς. ἀλλ' ὦ ἄνθρωπε, ὁ σαυτῷ ἐπιβουλεύων τοῖς ἀλαζόσι καὶ ἀπατηλοῖς σου ῥήμασι, ὁ θεὸν παραπικραίνων διὰ τῆς ἀνοίας σου καὶ ὑψηλοφροσύνης. μὴ γὰρ ἀνθρώπῳ προσέχεις; ἢ ἄνθρωπος ἀφίησί σοι τὰς ἁμαρτίας; τῷ δεσπότῃ καὶ βασιλεῖ τῶν ἁπάντων θεῷ προσέρχῃ τῷ διὰ τοῦ ἱερέως συγχωροῦντί σοι τὰ πλημμελήματα. μεσίτης γὰρ, οὐκ αὐθέντης ὑπάρχει ὁ ἱερεύς. τί τοίνυν κρίνεις καὶ βδελύττῃ ὃν ὁ θεὸς οὐ κατακρίνει· τὸ τίμιον αὐτοῦ σῶμα μελίζει, καὶ τὸ ἄχραντον αὐτοῦ αἷμα ἱερουργεῖ ἕως ἐστὶν ἱερεύς, καὶ ὁ θεὸς συγχωρεῖ αὐτῷ ἔχειν τὴν ἱερωσύνην. Non sustineo, inquis, accedere ad hunc sacerdotem, & confiteri ei peccata mea, qui sępius & grauius peccat quam ego. Quî potest hic homo peccator mea peccata delere? Talia causantur qui sunt in peccatis, & fastu se attollunt. Sed ô homo qui tibi insidiaris superbis & deceptoriis tuis verbis, qui Deum exacerbas tua stultitia & superbia. An te ad hominem accedere cęses? (προσέρχῃ) An homo dimittit peccata tua. Accedis ad Dominũ & regẽ omniũ Deũ qui tibi per sacerdotem remittit peccata. Mediator enim, non primarius auctor est sacerdos. Quid igitur iudicas, & despuis eum quẽ Deus non condẽnat. Pretiosum eius corpus diuidit, & impollutũ eius sanguinẽ sacrificat, quãdiu sacerdos est, & Deus patitur cum habere sacerdotiũ. Paulo infra, ὅτι, ἄνθρωπε, εἰ διὰ τοῦτο οὐ βούλῃ προσελθεῖν τῇ μετανοίᾳ, ἐπεὶ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ ἱερεὺς ἁμαρτωλὸς, μηδὲ βαπτισθῇς. ἄνθρωπος γάρ ἐστιν ὁ τὸν ἀμνὸν τοῦ θεοῦ μελίζων· εἰ δὲ ταῦτα πίστιν ἔχεις, καὶ ἐκεῖνο πίστει καταδέξαι. &c. ὁ γὰρ ἱερεὺς βαπτίζων, καὶ προσφέρων τὴν ἀναίμακτον θυσίαν τὰς χεῖρας κιχρᾷ πρὸς τὸ προκείμενον, τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα ταῦτα ἁγιάζει, καὶ μεγαλύνει. Itaque homo si ea de causa non vis accedere ad pœnitentiã & confiteri, quia homo est sacerdos peccator, neque baptizeris: homo est enim is qui baptizat. μηδὲ κοινωνήσῃς, ne communices: homo enim est is qui agnum Dei distribuit, & diuidit. Si autem hæc fides habent, & illud fide suscipito. Cyprianus lib. de duplici martyr. Sanguis effusus pro inimicis fecit amicos & filios Dei, atque vt consideremus hanc fore perpetuam amicitiam reliquit nobis edeodam carnem suam, reliquit bibendum sanguinem, vt per eadem aleremur, per quæ sumus redempti. Sacerdos baptizans & offerens incruentum sacrificium, ait Chrys. manus suas commodat Deo ad id quod est propositum, Spiritus Sanctus hæc sanctificat & magnificat.

CASAVBONVS.

HVc etiam pertinet illa Maximi Madaurensis petitio in Epistola ad Augustinum. Illud quæso, vir sapientissime, ipsa re approbes quis sit iste Deus quem vobis Christiani quasi proprium vindicatis, & in locis abditis præsentem vos videre componitis. Pagani tantum de S. Eucharistia notum habuerunt, Christianos cum ad frangendum panem conueniebant, Deum suum Christum præsentem adorare & videre, sed rationem celebrandi sacramenti ignorasse.

BVLENGERVS.

ADeo peruulgata, & peruagata Paganorum opinio fuit de mysteriis Christianorum, vt vulgo dicerent eos infantem compungere, sanguinem excipere, bibere, carnes in frusta concidere, inter se comedere, quod ortum è veritate corporis Christi quod in Eucharistia comeditur, & sanguinis qui bibitur. Tertullianus Apologetico, Dicimur sceleratissimi de sacramento infanticidij, & pabulo humanę carnis. Quod pagani de mysteriis Christianorum acceperant, id incertis rumoribus iactatum erat. rationem celebrandi sacramenti sicuti initiati nescire non poterant, ita prophani scire vix poterant, quia certius oculi respondent, quam aures. Sed Maximo Madaurensi Philosopho me sufflaminante respondebit Augustinus lib. 2. Contra Petilian. c. 37. Aliud est Pascha quod adhuc illi de oue celebrant, aliud autem quod nos in sanguine, & corpore Domini accipimus. Tract. 11. in Ioan. Si dixerimus catechumeno credis in Christum, respondet credo, & signat se cruce Christi: Portat in fronte, & non erubescit de cruce Domini, ecce credis in nomine eius. Interrogemus eum, manducas carnem filij hominis? Nescit quid dicimus, quia Iesus non se credidit ei. Ser. 1. ad Psal. 33. Et ferebatur in manibus suis. Quomodo posset fieri in homine quis intelligat. Quis enim portatur manibus suis. Manibus aliorũ potest portari homo, manibus suis nemo portatur. Quomodo intelligatur in ipso Dauid secũdũ literã non inuenimus. Ferebatur enim Christus in manibus suis, quando commendans ipsum corpus suum, ait. hoc est corpus meum. Ferebat enim illud corpus in manibus suis. Eunde lege ser. 2. in Ps. 33. Ser. ad Neophytos apud Iuonem Chartusian & Paschal. Hoc accipite in pane quod pependit in cruce, hoc accipite in calice quod manauit de Christi latere.

ep. 118. ad Ianuariũ. Alij quotidie cõmunicant corpori & sanguini Dominico, alij certis diebus accipiũt. Alibi nullus dies intermittitur quo nõ offeratur. Ibidem. Auctoritate antistitis debet quisque ab altari remoueri ad agendam pœnitentiam. Si peccata tanta non sunt, vt excõmunicandus quisquam homo iudicetur, non se debet à quotidiana medicina Dominici corporis separare. Neuter enim eorum exhonorat corpus & sanguinem Domini, si saluberrimum sacramentum certatim honorare contendunt. Item, Inde enim & Apostolus indignè dicit acceptum ab eis qui hoc non discernebant à cæteris cibis veneratione singulariter debita. Ibidem, Ipsam enim potuit appellare cœnam qua iam corpus acceperant, vt deinceps calicem acciperent: & liquido apparet quando primum acceperant discipuli corpus & sanguinem Domini non eos accepisse ieiunos. Hoc enim placuit Spiritui Sancto vt in honorem tanti sacramenti in os Christiani prius Dominicum corpus intraret quam cæteri cibi, &c. Sed nonnullos probabilis quædam ratio delectauit, vt vno certo die per annum quo ipsam cœnam Dominus dedit tanquam ad insigniorem commemorationem post cibos offerri & accipi liceat corpus & sanguinem Domini. Ridicula est & insubida ratio tua, qua obtrudis quasi grande aliquod arcanum, & defendis veteres Christianos ethnicis rem Eucharistiæ, id est, corpus Domini clarè exposuisse, sed significationem sacramenti, & ritum celebrationis iisdem occultasse; cùm è contra materia sacramenti sine periculo potuerit eis indicari, non item res sacramenti; quæ quasi mysterium ingens non debuit ἐξορχίζεσθαι, & vulgari prophanis. Idem ad Psalm. 33. Nos ad eum accedamus vt corpus & sanguinem eius accipiamus. Iudæi de crucifixo tenebrati sunt, nos manducando crucifixum & bibendo illuminamur. Ad Psal. 65. Idem, Fusus Domini sanguis donatus est homicidis vt non dicam Deicidis, quia si cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Modo homicidis donatus est sanguis innocentis, & ipsum sanguinem quem per insaniam fuderunt per gratiam biberunt. Qui res significatas hic pro signis somniant, digni sunt qui somniis suis, non solido cibo pascantur.

CASAVBONVS.

Epiphanius in ἀγκυρωτῷ pag. 492. Accepit illa, & postquam gratias egisset dixit, hoc meum est illud, voluit per gratiam dicere hoc meum est illud.

BVLENGERVS.

Debuisti verba Epiphanij non secare, non imminuere, sed integra subiicere. Sic habent, καὶ ἔλαβε τάδε, καὶ εὐχαριστήσας εἶπε τοῦτό μού ἐστι τόδε. καὶ ὁρῶμεν ὅτι οὐκ ἴσον ἐστὶν, οὐδ' ὅμοιον οὐ τῇ ἐνσάρκῳ εἰκόνι οὐ τῇ ἀοράτῳ θεότητι, οὐ τοῖς χαρακτῆρσι τῶν μελῶν· τὸ μὲν γάρ ἐστι στρογγυλοειδὲς, καὶ ἀναίσθητον, ὡς πρὸς τὴν δύναμιν, καὶ ἠθέλησε χάριτι εἰπεῖν, τοῦτό μού ἐστι τόδε. καὶ οὐδεὶς ἀπιστεῖ τῷ λόγῳ· ὁ γὰρ μὴ πιστεύων αὐτὸν εἶναι ἀληθινὸν ὡς εἶπεν, ἐκπίπτει τῆς χάριτος, καὶ τῆς σωτηρίας. Accepit illa, & cùm gratias egisset dixit, hoc meum est illud. Et videmus, quia non est æquale, nec simile, vel imagini eius corporeæ, vel diuinitati inuisibili, non membrorum lineamentis. Hoc enim est rotundum, & sensu carens (id est, hic panis qui offertur est rotundus, & ante consecrationem sensu caret, quod ad potentiam attinet, sed post verba Christi est corpus Christi.) & voluit dicere per gratiam, hoc est meum illud. Et nemo fidem negat verbo. Qui enim non credit eum esse veracem vt dixit, excidit gratia & salute. Vide ne salute excideris, qui fidem verbis Christi neges. Idem lib. 2. contra hæres. ὁ γὰρ μελχισεδὲκ ὁ ἅγιος οὗτος οὐκ ἔσχε μετ' αὐτὸν διαδοχὴν ἐσχήκει, ἀλλ' οὔτε ἀφαίρεσιν τῆς ἱερωσύνης· οὕτω καὶ ὁ κύριος ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἱερεὺς κατὰ τὴν τάξιν μελχισεδὲκ τὴν μὴ ἔχουσαν διαδοχήν· μένει γὰρ τὰ ὑπὲρ ἡμῶν εἰς τὸ διηνεκὲς δῶρα προσφέρων, πρῶτον μὲν ἑαυτὸν προσενηνοχὼς ἵνα λύσῃ θυσίας παλαιᾶς διαθήκης τῷ ἐντελεστέραν ὑπὲρ παντὸς κόσμου ἱερουργήσας· αὐτὸς ἱερεῖον, αὐτὸς θῦμα, αὐτὸς ἱερεὺς, αὐτὸς θυσιαστήριον, αὐτὸς θεὸς, αὐτὸς ἄνθρωπος, αὐτὸς ἀρχιερεὺς, αὐτὸς πρόβατον, αὐτὸς ἀρνίον, &c. καὶ τῆς ἱερωσύνης αὐτοῦ τὸ ἀμετάθετον ἑδραίωμα εἰς τοὺς αἰῶνας ἀπεργάσηται, οὐκέτι κατὰ σπέρμα τὰς διαδοχὰς μερίζων, &c. ὁ μελχισεδὲκ αὐτῷ ἀπήντα τότε, καὶ ἐξέβαλεν αὐτῷ ἄρτον καὶ οἶνον προτυπῶν τοῦ μυστηρίου τὰ αἰνίγματα, ἀντίτυπα τοῦ κυρίου ἡμῶν λέγοντος ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν καὶ ἀντίτυπα τοῦ αἵματος τοῦ ἐκ τῆς πλευρᾶς, ἡ μήτηρ ἡμῶν ἐκκλησία, ἡ βότρυν φέρουσα ἡμῖν τῆς εὐλογίας, καὶ τὸ λυσίπονον πόμα καθ' ἑκάστην ἡμέραν αἷμα χριστοῦ χαριζομένη ἄκρατον ἀληθές. Melchisedech enim sanctus ille successorem non habuit, nec fuit qui ei Sacerdotium eriperet. Sic & Christus Dominus pro nobis Sacerdos secundum ordinem Melchisedech qui non habet successorem. Manet enim dona pro nobis in perpetuum offerens: primum quidem seipsum cùm se obtulerit vt solueret sacrificium veteris testamenti, cùm sacrificauerit perfectius pro vniuerso mundo, ipse victima, ipse sacrificium, ipse Sacer-

dos, ipse altare, ipse Deus, ipse homo, ipse Pontifex, ipse ouis, ipse agnus, vt Sacerdotij eius firmamentum immutabile in perpetuum faceret, non amplius per genus & semen successionem partiens, &c. Melchisedech ipsi tunc occurrit, & obtulit in eius gratiam panem & vinum, præfigurans mysteriorum ænigmata antitypa corporis Domini nostri dicentis, ego sum panis viuus, & antitypa sanguinis qui exiit è latere. Mater nostra Ecclesia quæ fert vuam nobis benedictionis, & poculum labores sedans quotidie gratificans nobis sanguinem Christi verum merum. Idem pag. 104. scribit Marcosios Hæreticos tria pocula præparasse mixta vino albo è vitro candido, τρία ποτήρια λευκῆς ὑέλου αὐτοῖς ἐτοιμάζειν κεκερασμένα λευκῷ οἴνῳ, καὶ ἐν τῇ τελουμένῃ παρ' αὐτῷ ἐπῳδῇ τῇ νομιζομένῃ εὐχαριστίᾳ μεταβάλλειν εὐθὺς τὸ μὲν ἐρυθρὸν ὡς αἷμα, τὸ δὲ πορφύρεον, τὸ δὲ κυανεον. ἀναφέρουσι σπέρμα ἀνθρώπινον, ὡς τὸ σῶμα χριστοῦ, καὶ αἷμα καταμηνίων γυναικὸς ὡς αἷμα χριστοῦ, καὶ κοινῇ ταῦτα ἐσθίουσι, & in excantatione quam Marcus facit, quæq; Eucharistia esse putatur, mutari statim illa pocula, vt vnum sit album instar sanguinis, alterum purpureum, tertium cyaneum & nigrum. pag. 43. de Gnosticis scribit, offerunt semen hominis vt corpus Christi, & sanguinem menstruatum vt sanguinem Christi, & communiter ista comedunt. Ex quibus colligas eam opinionem Marcosiis & Gnosticis insitam fuisse, vt crederent verum sanguinem hominis in mysteriis adhibendum. De baptismo quod ais, Casaubone, verba quibus inter baptizandum vtimur, τοῖς ἀτελέσιν non euulgari solita probo, quanquam ritus ipse celebrationis in omnium oculis fiebat, quem tu aiebas occultari solitum. Nam in Actis Apostolorum B. Petrus ad tria millia hominum sacro fonte tinxit, cap. 2. Qui ergo receperunt sermonem eius baptizati sunt, & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia.

CASAVBONVS.

Apud Dionysium τὰς τελεστικὰς ἐπικλήσεις poteramus accipere generalius de precibus quæ in omnibus initiationibus, & omnibus sacramentis fiunt. Sed Maximum & Pachymerem interpretes secuti sumus.

BVLENGERVS.

QVia tibi bene volo, velim Maximum & Pachymerem in rebus fidei audires. Eos audi ad cap. 3. Eccles. Hierarch. ὁ ἱεράρχης μέσον ἑστηκὼς ἔχει περιεστηκότας κύκλῳ σὺν τῶν λειτουργῶν ἐκκρίτους (διακόνους καὶ ἱερεῖς) καὶ ὑμνήσας ἱερουργεῖ τὰ θειότατα, καὶ ὑπ' ὄψιν ἄγει τὰ ὑμνημένα, σαφηνίζων ὡς χριστοῦ εἰσι ταῦτα σύμβολα, ὅτι μετὰ τὸ δεῖπνον λαβὼν ἄρτον, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ ὅτι τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν ὑποδείκνυσι δὲ, ἤγουν αἴρει φανεροῖ τότε ἀποκαλυπτομένων τῶν παναγίων δώρων μετὰ τὰς εὐχάς· μένοντα δὲ κεκαλυμμένα ἕως καιροῦ μεταλήψεως· μετὰ ταῦτα αὐτός τε μεταλαμβάνει, καὶ σὺν ἄλλους προτρέπεται μεταλαβεῖν δὲ, καὶ μεταδοὺς εἰς εὐχαριστίαν καταλήγει· καὶ πολλοὶ μὲν εἰς μόνα τὰ θεῖα παρακύπτουσι σύμβολα, ἅτε μὴ δυνάμενοι ὑψηλότερόν τι ἐννοῆσαι· αὐτὸς δὲ ὁ ἱεράρχης πρὸς ἐκεῖνα τὰ πρωτότυπα αὐτὸ τὸ τοῦ κυρίου λέγουσι σῶμα καὶ αἷμα ἀνάγεται, πιστεύων ὅτι καὶ τὰ προκείμενα εἰς ἐκεῖνα μετεβλήθησαν τῷ ἁγίῳ καὶ παντουργῷ πνεύματι. Sacerdos qui sacris præest in medio stans, habet circũstantes Diaconos & Sacerdotes qui sunt electi inter ministros. Et cùm hymnum cecinerit sacrificat quæ diuinissima sunt, & ostendit oculis omnium quæ laudata sunt hymnis, declarans quod ista sunt symbola Christi. Quod post cœnam accepit panem, &c. & hoc facite in meã cõmemorationem. Ostendit autem & attollit tũc donis sanctissimis reuelatis & detectis post preces. Manẽt autem tecta vsque ad cõmunionem Postea ipse cõmunicat, & alios hortatur ad cõmunionem. Cũ ipse cõmunicauerit, & aliis cõmunionẽ dederit definit in gratiarũactionẽ. Et multi ad sola diuina spectãt demisso capite symbola, quia nihil sublimius cogitare possũt. Sed ipse Põtifex ad ipsa prototypa, ipsũ Domini pretiosũ corpus & sanguinem se sursũ attollit, credẽs quod proposita dona in illa mutata sunt sancti & omnia operãtis Spiritus virtute. Hoc crede, hoc sequere, Casaubone, si tibi consultũ cupis. Arbitraris fuisse vespertinã Liturgiam Eucharistiæ. Falleris, hoc enim placuit Spiritui Sãcto vt in honorem tanti Sacramenti in os Christiani prius Dominicũ corpus intraret, quàm cæteri cibi vt Augustin. in epist. 118. ad Ianuarium. Poterat tamen sacrosanctum Missæ sacrificium vsque ad horam nonam celebrari, quia Dominus hora nona Spiritum emiserat. Quæ de causis silentij apud prophanos in negotio Sacramentorum affers erudita sunt, & probanda.

CASAVBONVS.

COena quam egit Dominus cum suis discipulis dicitur Dionysio antiquissimo auctori & elegantissimo τὸ θεοτελὲς καὶ ἀρχισύμβολον δεῖπνον τῶν τελουμένων, diuinissima, & omnium cœnarum quæ fiunt prima. Interpretaris tu ἀρχισύμβολον, cœnam in qua sunt instituta symbola rerum quæ fiunt. Ego cœnam, in qua sunt primaria & dignissima symbola mysteriorum quæ fiunt. Ex Dionysij cap. 3. & epist. 8. hæc ego notaui. ὦ θεοτελὲς καὶ ἱερὰ τελετή, ô mysterium diuinissi-

diuinissimum & sacrum alloquitur hoc mysterium vt vinum & animatum quia re vera vinum est ait Maximus. Item, ὑπὲρ τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ ἱερουργίας ὁ ἱερεὺς ἀπολογεῖται πρότερον, ποιεῖν πρὸς αὐτὸν ἀναβοῶν· σὺ εἶπας, τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. sacerdos se excusat quod sacrificium faciat suam conditionem transcendens clamans religiose prius ad ipsum, tu dixisti, hoc facite in meã commemorationem. Hic mihi nota ἱερουργίαν vocari à Dionysio. Item, ἐν τέλει δὲ πάντων ὁ ἱεράρχης ἐπὶ τὴν θεαρχικὴν κοινωνίαν καλεῖ τὸν τετελεσμένον. In fine omnium sacerdos vocat initiatum ad cõmunionem diuinam, in quas Deus ipse datur. διὸ καὶ τῆς ἱερατικῆς τάξεως ἐν ταῖς ἱεροτελεστικαῖς αὐτῶν ἁγιαστείαις ἐν τέλει τῶν ἱερωτάτων αὐτῶν ἀφιερώσεων ἡ τῆς ἁγιωτάτης εὐχαριστίας κοινωνία μεταδίδοται παρὰ τοῦ τελέσαντος αὐτὰς ἱεράρχου. Ideo communio sanctissimæ Eucharistię datur ordinibus sacris in sanctificationibus eorum ritualibus in fine consecrationum sanctissimarum eorũ ab eo pontifice qui eas celebrat. οὐ μόνον ὅτι τῶν ἱεραρχικῶν μυστηρίων ἡ μετάληψις ἑκάστης μετοχῆς ἐστι τὸ κεφάλαιον, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτῆς τῆς κοινωνικῆς καὶ θεοποιοῦ δωρεᾶς ἀναλόγως αὐταῖς καθ' ἑκάστην αἱ ἱεραὶ πᾶσαι τάξεις μετέχουσι, πρὸς τὴν οἰκείαν αὐτῶν τῆς θεώσεως ἀναγωγήν, καὶ τελείωσιν. Non tantum quia communio mysteriorum diuinorum est caput vniuscuiusque communionis, sed & quia omnes sacri ordines participant isti dono cõmunionis proportione ad singulos ordines seruata, ad propriam ipsorũ deificationis eleuationem & perfectionem. Hæc verba exigunt vt de communione pauca subiiciam me à supra prætermissa. Athanasius 2. qu. Variat communionis denique diem, quam sanctissimi corporis & sanguinis Christi sumptionem, aut vt alij non pauci transitum sine pascha vocant. Cõmunionẽ vocat μετάληψιν τοῦ ἁγιωτάτου σώματος καὶ αἵματος χριστοῦ. Theophylactus, λαβὼν γὰρ καὶ τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ διὰ τῆς κοινωνίας, καὶ κατάθου τοῦτο ἐν μνημείῳ λελατομημένῳ ἐκ πέτρας, τουτέστιν, ἐν μνημονικῇ ψυχῇ, ἐνειλίσσου δὲ ἐν τῇ σινδόνι, τουτέστιν, ἐν σώματι καθαρῷ δέξαι αὐτό. Accipere Corpus Iesu per cõmunionem & deponere illud in monumento exciso ex petra, hoc est, in anima memore, inuoluere in sindone, id est, in corpore puro excipere illud. Hieronymus ad hæc verba, Hic calix nouum testamentum est in sanguine meo. Nam & ideo cum accipimus à sacerdotibus communionem, commouemur quia corpus & sanguis Christi est. Theodor. ad 1. Cor. 10. οἱ γὰρ πάντες ἐξ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν τῶν ἱερῶν ἀπολαύοντες μυστηρίων, καὶ αὐτῷ κοινωνοῦμεν τῷ δεσπότῃ. Omnes vni pani participamus, cum fruimur sacris mysteriis, & ipsi communicamus Domino cuius corpus & sanguinem esse dicimus, οὗ καὶ τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα εἶναι φαμέν. Ad id, non potestis, κυρίῳ κοινωνεῖν διὰ τοῦ τιμίου αὐτοῦ σώματος, καὶ αἵματος, Domino communicare per ipsius pretiosum corpus & sanguinem, Leo magnus ser. de passione: Noua creatura de ipso Domino inebriatur, & pascitur. Non aliud agit participatio corporis & sanguinis Christi, quam vt in id quod sumimus transeamus. ser 6. de ieiunio septimi mensis. Sic sacræ mensæ communicare debetis vt nihil prorsus de veritate corporis Christi & sanguinis ambigatis. Hoc enim ore sumitur, quod fide creditur, & frustra ab illis respondetur, Amen, à quibus contra id quod accipitur dubitatur. Ipse Dionys. c. 3. ecc. Hierar. dixit καὶ τῆς τῶν τελεστικῶν μυστηρίων αὐτοῖς μεταδίδωσι κοινωνίας. Et ipsi dat communionem mysteriorum perficientium: τελεστικὰ μυστήρια vocat τελείωσιν, & perfectionem afferentia, quæ est in coniunctione cum corpore Christi. Idem dixit, ἅγια τῶν ἁγίων, ἱερὰ ἄχραντα, Sancta sanctorum, sacra incorrupta. τὰς προσευχὰς ἐπὶ τῶν θείων συμβόλων χριστοειδῶς ἀπολέγειν. Orationes in persona Christi supra sacra signa dicere.

CASAVBONVS.

PErtinet ad sermonem de mysteriis ea etiam obseruatio quam hic proponam. In optimo glossario ita scriptum est, desiderat. λειτουργία, τελετή. Iosephus Scaliger optime, desiderata, restituit.

BVLENGERVS.

NOn improbo. Christus enim dixit, desiderio desideraui comedere hoc Pascha vobiscum. Ambrosius lib. 4. de sacramentis, veniebas desiderans ad altare, quo acciperes sacramentum. Quæ de epoptarum desiderio affers, laudo. Interim memento ad altare accipit sacramentum, vt Ambrosius ait, cuius verba profers. Quod de voce χάριτος, & gratiæ obseruas vt ab homine Theologiæ imperito, probo. Peritus enim nunquam agnoscet proprie gratiam sumi pro sacramento corporis Christi, sed lata significatione gratiam quæ percipitur in omnibus sacramentis iam de hoc, iam de illo sacramento: maxime vero de Eucharistia, sub qua gratiæ auctor latet. Sed quia quæ ex patribus adfers parum ad institutum tuum faciunt, libet hic patrum verba quæ magis ad institutum meum faciant ascribere. Basilius de Baptismo, τοσούτῳ δεινότερον καὶ φοβερώτερον τὸ ἐν μολυσμῷ ψυχῆς τολμῆσαι ἅψασθαι τοῦ σώματος τοῦ χριστοῦ παρὰ τὸ ἅψασθαι κριῶν ἢ ταύρων. οὐδὲ ὁ ἐν ἀκαθαρσίᾳ μόνῃ γινόμενος οὕτω φοβερὸν ἔχει τὸ κρίμα, πόσῳ μᾶλλον ὁ ἐν ἁμαρτίαις ὢν, καὶ καταλαμβάνων τοῦ σώματος τοῦ κυρίου δεινότερον ἐπισπᾶσται κρίμα

κρίμα. Tanto grauius & periculosius est in animæ inquinamento audere corpus Christi tangere, quam hircos aut tauros. Quod si is qui corpore purgato non est tam tremendum iudicium subit, quanto grauius iudicium subibit qui peccatis obsitus Christi corpus violare non veretur. Quod notasti ex Cyrilli, Catechesi 4. Eucharistiam vocari χάριν, admonitos te in aliis sacramentis gratiam dari, in Eucharistia gratiam atque adeo ipsum gratiæ auctorem contineri. Quod est in aliquo per participationem, aiunt Theologi, est in alio per essentiam. Verbi caussa calor est in vino, in pipere per participationem, in igne est per essentiam. Ita & gratia in reliquis sacramentis est per participationem, in Eucharistia per essentiam, quia ipse gratiæ auctor ac effector in Eucharistia vere est ac realiter. Athanasius εἰς πρώτην καὶ μεγάλην κυριακήν. ἐν ταύτῃ ἡμέρᾳ τὸν παράδεισον ἀνοίξε, ἀπολαβεῖν ἡμᾶς τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, ὅπερ ἐστὶ τὸ τίμιον, καὶ ζωοποιὸν αὐτοῦ σῶμα καὶ αἷμα, δι' οὗ καθαιρόμεθα, καὶ ἁγιαζόμεθα, καὶ ἐγκαινιζόμεθα. In hac die aperuit paradisum vt acciperemus de ligno vitæ, quod est ipsius corpus pretiosum, & viuificus sanguis, quo purgamur, & sanctificamur, & renouamur. serm. de Paschate, ἀλλὰ νῦν οὐ μαργαρίτην μόνον, οὐδὲ πορφύρας, οὐδὲ κτήματος ἁπλῶς βασιλικοῦ, αὐτὸ δὲ τὸ τοῦ βασιλέως διεπιστεύθης σῶμα. Sed nunc non margaritum tantum, neque purpura, neque possessio simpliciter aliqua regis, sed ipsum regis corpus tuæ fidei commissum est, ἐνέδυσας χριστὸν, ipsum Christum induisti. Hilarius lib. 8. de Trinitate, Si enim vere verbum caro factum est, & nos vere verbum carnem cibo Dominico sumimus, quomodo non naturaliter manere in nobis existimandus est, qui & naturam carnis nostrę iam inseparabilem sibi natus homo assumpsit, & naturam carnis suæ ad naturam æternitatis sub sacramento nobis communicandæ carnis admiscuit. Si vere igitur carnem corporis nostri Christus assumpsit, & vere homo ille qui ex Maria natus fuit Christus est, nosque vere sub mysterio carnem corporis sui sumimus, & per hoc vnum erimus, quia pater in eo est, & ille in nobis; quomodo voluntatis vnitas asseritur, cum naturalis per sacramentum proprietas perfectum sacramentum sit vnitatis. Non est humano aut sęculi sensu in Dei rebus loquendum, &c. Quę præscripta sunt legamus, & quæ legimus, intelligamus, & tunc perfectæ fidei officio fungemur. De naturali enim in nobis Christi veritate quæ dicimus, nisi ab eo discimus stulte, atque impie discimus. Ipse enim ait, caro mea vere est esca, & sanguis meus vere est potus &c. De veritate carnis & sanguinis non est relictus ambigendi locus. Nunc enim & ipsius Domini professione, & fide nostra vere caro est, & vere sanguis est. Et hæc accepta atque hausta id efficiunt, vt & nos in Christo, & Christus in nobis sit. Cyrillus Catech. 4. εἰς γάμον σωματικὸν κληθεὶς τοῦτο τὴν ἐθαυματούργησε τὴν παραδοξοποιίαν, καὶ τοῖς υἱοῖς τοῦ νυμφῶνος. οὐ πολλῷ μᾶλλον τὴν ἀπόλαυσιν τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος δωρησάμενος ὁμολογηθήσεται. Ad nuptias corporeas vocatus hoc miraculum filiis nuptiarum patrauit, mutata in vinum aqua. An non longe maior ei fides habebitur cum nobis dat fruendum corpus suum & sanguinem, mutato pane in corpus, & vino in sanguinem, vt paulo ante Cyrillus dixerat. Ambrosius ad cap. 2. 1. ep. ad Corint. Deuoto animo, & cum timore accedendum ad communionem docet, vt sciat mens reuerentiam se debere ei, ad cuius corpus sumendum accedit, quem nos si cum discipulis accipiamus, non erimus indigni corpore & sanguine Domini. Chrysostomus homil. 1. ad Popul. Antioch. Helias Meloten discipulo, filius autem Dei ascendens suam nobis carnem reliquit, sed Helias quidem exutus, Christus autem ascendens, & eam nobis reliquit & eam habens ascendit. Chrysostomus in oratione ad communionem, πιστεύω κύριε, καὶ ὁμολογῶ, ὅτι σὺ εἶ ἀληθῶς ὁ χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ζῶντος, ὁ ἐλθὼν εἰς κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι· ἔτι πιστεύω ὅτι τοῦτο αὐτό ἐστι τὸ ἄχραντον σῶμά σου, καὶ τοῦτο αὐτό ἐστι τὸ τίμιον αἷμά σου· ἀξίωσόν με ἀκατακρίτως μετασχεῖν τῶν ἀχράντων σου μυστηρίων, καὶ ἀθανάτων, καὶ ζωοποιῶν καὶ φρικτῶν τῇ πρεσβείᾳ τῆς ἀσπόρως κυησάσης σε παναχράντου καὶ ἀειπαρθένου μαρίας. Credo Domine, & confiteor quod tu es vere Christus filius Dei viuentis, qui venisti in mundum peccatores seruare. Amplius credo quod hoc est corpus tuum immaculatum, & hic sanguis tuus pretiosus. Dignum me facito qui sine condemnatione mea participem impollutis tuis mysteriis, immortalibus, viuificis, tremendis, per intercessionem intemeratæ semper virginis Mariæ, quæ te sine semine viri concepit ac peperit. Scio me non esse dignū vt intres sub tectum meum, ἀλλὰ γενηθήτω μοι ὁ ἄνθραξ τοῦ παναγίου σου σώματος, καὶ τοῦ τιμίου σου αἵματος εἰς ἁγιασμὸν καὶ φωτισμόν. εὐδόκησον ἀκατακρίτως δέξασθαί με τὸ ἅγιον καὶ ἄχραντόν σου σῶμα, καὶ τὸ τίμιον αἷμα εἰς ἴασιν ψυχῆς τε καὶ σώματος. Sed esto mihi carbo Sanctissimi tui corporis & pretiosi sanguinis in sanctificationem & illuminationem. Probato me sine condemnatione mei sanctum & immaculatum tuum corpus & pretiosum sanguinem in medicinam animæ & corporis accipere.

CASAV

CASAVBONVS.

APud Græcos frequenter appellatione τῶν ἁγιασμάτων intelligitur cœna Domini. In Basilij Liturgia, μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων, μετάληψις τῶν ἁγιασμάτων. Omnino postulat analogia, vt τὰ ἁγιάσματα vertamus res sanctificatas, quia εὐλογεῖν, εὐχαριστεῖν, ἁγιάζειν, pro eodem accipiuntur. Etsi autem propriè hæc vox passiuam significationem habet, vt diximus, non tamen est dubitandum quin panis huius sacramenti vi Spiritus Sancti & sanctificetur, & sanctificet, quatenus est instrumentum gratiæ.

BVLENGERVS.

MAlè rem capis, Casaubone, panis huius Sacramenti vi Spiritus Sancti sanctificatur, & sanctificatione mutatur in corpus, non autem panis sanctificat qui abiit in substantiam corporis Christi per admirabilem illam conuersionem, sed ipsum corpus Christi cum diuinitate coniunctum sanctificat sumentes. Hoc vult Origenes cuius verba recitas ex li. 8 aduersus Celsum, Nos vero creatori rerum omnium morem gerentes, panes etiam qui offeruntur cum gratiarum actione, & oratione pro acceptis donis comedimus qui quidem corpus fiūt sanctum quoddam eos sanctificans qui bono cū proposito ipsis vtantur. Dicit Origenes panes fieri corpus sanctum, quia mutantur in corpus Christi. Si enim in illis nulla est mutatio, quomodo fiunt corpus sanctum quod sanctificare possit piè sumentes. Eusebius Emissenus homil. de paschate. Quando benedicendæ verbis cœlestibus creaturæ sacris altaribus imponuntur, antequam inuocatione summi numinis consecrētur substantia illic est panis & vini: post verba aurē Christi. corpus & sanguis est Christi. Quid mirū autem est si ea quæ verbo creare potuit, possit creata conuertere. Imo iam minoris videtur esse miraculi si id quod ex nihilo agnoscitur condidisse, iam conditum in melius valeat commutare. Hieronymus epist. ad Euagrium ostendit Diaconos inferiores esse Sacerdotibus, ad quorum preces Christi corpus sanguisq́; conficitur. Epist. 1. ad Heliodor. qui succedentes gradui Apostolico Christi corpus sacro ore conficiunt. Samonas Dialogo cum Achm. τίθησι γὰρ ἐπὶ τὴν ἁγίαν τράπεζαν ὁ ἱερεὺς τὸν ἄρτον ὁμοίως καὶ τὸν οἶνον, καὶ δεόμενος ἐπικλήσει ἁγίᾳ τὸ πνεῦμα ἅγιον κάτεισι, καὶ ἐπιφοιτᾷ τοῖς προκειμένοις, καὶ τῷ πυρὶ τῆς αὐτοῦ θεότητος εἰς σῶμα καὶ αἷμα χριστοῦ τὸν ἄρτον καὶ τὸν οἶνον μεταβάλλει, &c. εἰ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος τὸν κόσμον πεποίηκεν καὶ ὁ αὐτοῦ λόγος ἀληθής ἐστι καὶ ζῶν οὐ δύναται τὸν ἄρτον εἰς τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα μεταποιῆσαι, καὶ τὴν τοῦ οἴνου καὶ ὕδατος κρᾶσιν εἰς τὸ ἴδιον αἷμα. Ponit enim in sacram mensam Sacerdos panem pariter & vinum, & precatus inuocatione sancta Spiritus Sanctus descendit, & succedit in dona proposita, & igne eius diuinitatis in corpus & sanguinem Christi panem & vinum mutat. Si enim ex non existente mundum fecit, & eius verbum verum est & viuens, non potest panem in proprium corpus transformare, & vinum aqua mixtum in sanguinem.

CASAVBONVS.

APud Cyprianum de lapsis quando ita scribit sanctus Martyr, cùm quædam arcam suam in qua Domini sanctum fuit manibus indignis tentasset aperire, per sanctum Domini intelliguntur ἁγιάσματα, panis consecratus.

BVLENGERVS.

AScribam verba Cypriani non curta, & mutila. Et cùm quædam arcam suam in qua Domini sanctum fuit manibus indignis tentasset aperire, igne inde surgente deterrita est ne auderet attingere. Sanctum Domini vocat corpus Christi, quod ne attingeretur manibus indignis miraculo edito vim suā exeruit. Dissimulasti miraculū aliud, quod repræsentabo. Et alius qui & ipse maculatus sacrificio à Sacerdote celebrato, partē cū cæteris ausus est latēter accipere, sanctum Domini edere, & cōtrectare non potuit, cinerem ferre se apertis manibus inuenit. Quod vocat sanctum Domini prius vocauerat sanctificatum in Domini sanguine potū. Sacrificātibus nobis mater paruulā filiam quæ aliquid de idolothytis degustarat secum intulit. Diaconus puellæ reluctanti de Sacramento calicis aliquid infudit. Tunc sequitur singultus & vomitus. In corpore atque ore violato Eucharistia permanere non potuit. Sanctificatus in Domini sanguine potus de pollutis visceribus erupit. Tanta est potestas Domini, tanta maiestas. De quadam muliere, quæ sacrificantibus, inquit, nobis latenter obrepsit, non cibum, sed gladium sibi sumens, & velut quædam venena letalia, inter fauces, & pectus, sanguinem admit-

tens, angi & anima exæstuante concludi postmodum cœpit. Sanguinem vocat, quem postea sanctum Domini. ἁγίασμα interdum accipitur pro consecratione, vt Synodo quinta Carthaginensi, εἰ καὶ τὰ μάλιστα γάλα ἐν θυσιαστηρίῳ προσφέρεται, ὅμως ἰδίαν ἐχέτω κυρίως εὐλογίαν, ἵνα ἐκ τοῦ ἁγιάσματος τοῦ κυριακοῦ σώματος καὶ αἵματος διστάξῃ. Et si maxime lac in altari oblatum fuerit, tamen propriam habeat peculiariter benedictionem, vt differat ab agiasmate & sanctificatione corporis & sanguinis Domini.

CASAVBONVS.

GRæci sanctificatum panem nominant τὰ ἅγια. Chrysostomus ad Innocentium Papam, ἔνθα τὰ ἅγια ἀπέκειτο. Vbi sancta reposita erant.

BVLENGERVS.

SAncta Sanctorum, & simpliciter sancta Patres corpus & sanguinem Christi vocant. Chrysostomus ad hæc verba, voluntariè peccantibus. ὑψηλὸς ἑστὼς ὁ ἱερεὺς μεγάλῃ τῇ φωνῇ, φρικτῇ τῇ βοῇ τὴν χεῖρα ἔχων εἰς ὕψος ἀνακράζει τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, Sacerdos qui populum ad communionem vocat, magna voce, horribili clamore, manum in altum attollens exclamat, Sancta Sanctis. Idem ad cap. 10. epist. ad Hebræos. ὅταν γὰρ αὐτοῦ μετέχων τοῖς μυστηρίοις ἁμαρτίαν ἐργάσηται, οὐχὶ κατεπάτησεν αὐτόν; ἀκούσωμεν ἀναξίως οἱ τραπέζῃ προσιόντες ἐκείνῃ, μὴ δότε τὰ ἅγια τοῖς κυσί. Quum enim qui participat eius mysteriis peccatum fecerit, an non conculcauit eum. Audiamus qui indignè ad hanc mensam accedimus, nolite dare sancta canibus. Clemens Roman. lib. 8. cap. 7. 8. 9. Constitut. Apostol. τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις λέγει ἐπίσκοπος, καὶ μετὰ τοῦτο μεταλαμβανέτω ὁ ἐπίσκοπος, καὶ ὁ κλῆρος. Episcopus ait, Sancta Sanctis, & postea communicans Episcopus, & Clerus, & laici. Dionysius Areopagita cap. 3. Eccles. Hierarch. τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἱερὰ ἄχραντα. Sancta Sanctorum, Sancta impolluta. Synodo Laodic. μὴ τὰ ἅγια εἰς λόγον εὐλογιῶν κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα εἰς ἑτέρας παροικίας διαπέμπεσθαι. Ne Sancta pro eulogiis seu pane benedicto tempore Paschæ mittantur in alias parœcias. Sancta alia esse vult à pane tuo benedicto, qui simpliciter panis est, sed sancta corpus Christi. Basilius libro de Baptismate, capite 2. ὁ τολμῶν ἱερατεύειν τὸ σῶμα τοῦ κυρίου τοῦ δόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ θεῷ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, qui audet sacrificare corpus Domini qui dedit se ipsum pro nobis sacrificium & oblationem Deo in odorem suauitatis. cap. 3. εἰ τοιαύτη ἀπειλὴ κεῖται κατὰ τῶν προσιόντων ἁπλῶς εἰς τὰ παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἁγιαζόμενα, τί ἂν τις εἴποι κατὰ τοῦ εἰς τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον μυστήριον τολμήσαντος. Si tales minæ propositæ sunt illis qui accedunt simpliciter ad ea quæ sunt sanctificata ab hominibus, quid futurum dicas de eo qui iniurius erit in tale tantumque mysterium. Vbi nota victimas Iudæorum ab hominibus tantum fuisse sanctificatas, sed Eucharistia à Deo sanctificatur. οὕτω προσερχόμεθα τοῖς ἁγίοις ἵνα φύγωμεν τὸ κρίμα τῶν φονευσάντων τὸν κύριον. Ita accedamus ad sancta, vt euitemus iudicium eorum qui trucidarunt Dominum. Sancta facit eadem cum Domino Iesu. Epiphanius pag. 451. ex epistola Iudæ Apostoli, τὰ ἅγια τῶν ἁγίων τὰ μετ' ἁγιασμοῦ ἡμῖν παραδοθέντα βλασφημοῦσι. Violant & blasphemi sunt in Sancta Sanctorum quæ nobis data sunt cum sanctificatione. Blasphemia propriè aduersus Deum, vnde sequitur ἅγια Deum esse Iesum Christũ. Hesychius lib. 6. cap. 22. ad Leuiticum. Sancta Sanctorum sunt propriè Christi mysteria, quia ipsius est corpus de quo Gabriel ad Virginem dicebat, lib 7. cap. 16. propter quod sanctuarium eius paueamus, neque ad corpus Christi temerè accedamus. Anastasius de Synaxi, ἱερεὺς λέγει τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις· ὕδατι μικρῷ τὰς χεῖρας ἀπονιψάμενοι οὕτω τὸ ἅγιον ἐκεῖνο σῶμα, καὶ τὸ θεῖον αἷμα τὸ ὑπὲρ τοῦ κόσμου σωτηρίας ῥεῦσαν ἀκάθαρτοι καὶ ἐρρυπωμένοι ἑαυτοῖς προσάγομεν. Sacerdos dicit sancta sanctis, tantula aqua manibus lotis ita sanctum illud corpus, & diuinum sanguinem qui fluxit pro mundi salute imputi & sordidi nobis applicamus. Animaduerte Anastasium interpretari τὰ ἅγια, ἅγιον σῶμα, Sancta, sanctum Christi corpus. Synodo Carthagin. 4. can. 41. ὥστε ἅγια τοῦ θυσιαστηρίου εἰμὴ ἀπὸ νηστικῶν ἀνθρώπων ἐπιτελεῖσθαι, ἐξῃρημένης μιᾶς ἐτησίας ἡμέρας ἐν ᾗ τὸ κυριακὸν δεῖπνον ἐπιτελεῖται. Ita vt sancta altaris non celebrentur nisi à ieiunis, excepta vna die anniuersaria in qua Dominicũ epulũ celebratur. Explicat Sancta illa Sedulius ———— *Nam corporis atque*

Sanguinis ille sui postquam duo munera sanxit,
Atque cibum potumque dedit quo perpete nunquam
Esurient.
Fonte renascentes membris & sanguine Christi
Vescimur, atque ideo templum deitatis habemur.

Aratus.

Aratus ——————— *Quam splendida cœpit*
Ecclesia fulgere manus, quæ pocula vitæ
Misceat, & latices cum sanguine porrigat agni.
Agnus Christus inest, panis quoque Christus habetur,
De cælo quod & ipse docet Quis corpore Iesum
Cœperit, hoste caret.

Gratianus è concilio Rhemensi, quibus prohibetur ne sacrarium ingrediantur, nec ad altare appropinquent, illis Sancta Sanctorum committuntur. Eutychius vixit anno Christi 439. Cuius de cœna Domini verba sic habent. *ὅλον ἅπας τὸ ἅγιον σῶμα, καὶ τὸ τίμιον αἷμα τοῦ κυρίου δέχεται, κἂν εἰ μέρος τούτων τις δέξηται. μερίζεται γὰρ ἀμερίστως ἐν ἅπασι διὰ τὴν ἔμμιξιν. μηδεὶς οὖν ἀμφιβολίαν ἐχέτω τὸ ἄφθαρτον σῶμα μετὰ τὴν μυστικὴν ἱερουργίαν, καὶ ἀθάνατον, καὶ ἅγιον, καὶ ζωοποιὸν αἷμα τοῦ κυρίου τοῖς ἀντιτύποις ἐντιθέμενον διὰ τῆς ἱερουργίας.* Omne sanctum corpus totum, & pretiosum sanguinem Domini accipit etsi particulam tantum horum receperit. Diuiditur enim impartiliter in omnibus partibus existens propter mixtionem. Nemo igitur dubitet incorruptum corpus post mysticam immolationem, & immortalem & sanctum & viuificum sanguinem Domini in signis repositum esse per sacrificia Nicolaus Episcopus Metones, *τί πάλιν ζητεῖς αἰτίαν, καὶ τάξιν φύσεως τῆς τοῦ ἄρτου μεταβολῆς εἰς τὸ τοῦ χριστοῦ σῶμα, καὶ τοῦ ὕδατος, καὶ τοῦ οἴνου εἰς τὸ αἷμα ἐπεὶ ὑπὲρ φύσιν, καὶ λόγον καὶ νοῦν, καὶ ἔννοιαν ἐκ παρθένου ἐτέχθη· οὐκ αὐτός ἐστιν ὁ ἐκ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα παραγαγὼν, καὶ ὁ τὸν ἄρτον εἰς τὸ αὐτοῦ σῶμα μεταβάλλεσθαι προστάξας.* Quid rursus quæris causam, & ordinem naturæ mutationis panis in corpus Christi & aquæ & vini in sanguinem, cum supra naturam, & ratiouem, & mentem, & cogitationem ex virgine narus est. An non ipse est qui ex non existente omnia eo adduxit vt essent, & qui panem in corpus suum mutari præcepit.

CASAVBONVS.

Bonum vocant Eucharistiam. Basilius Ep. ad Amphilochium can. 55. *οἱ ἔξω ὄντες τῆς ἐκκλησίας, εἴργονται τῆς κοινωνίας τοῦ ἀγαθοῦ.* Balsamo, *ἀντὶ τοῦ ἐκ τῆς ἁγίας μεταλήψεως.*

BVLENGERVS.

Communio cum bono, est communio cum Deo, quia solus Deus est bonum vt probat Dionysius lib. De Diuin. Nominibus.

CASAVBONVS.

In cœna Domini ipsum Christum in mysterio percipimus in quo sunt omnes thesauri bonorum, & qui solus est vere bonus.

BVLENGERVS.

Fucum facis, & ludis in voce mysterij. Fatemur tecum, verum nos ac reale corpus Christi in mysterio, id est in mysticis speciebus Eucharistiæ accipere, quia reuera Christi corpus vi verborum est sub speciebus & signis. Tu cum asseris te Christum accipere in mysterio, imponis, qui credas nullam conuersionem factam substantiæ panis in corpus Christi, nec sub signis vere ac realiter esse corpus eius, sed in mysterio Christum accipere te dicis, quia fide apprehendis, quia credis eum pro salute hominum cruci affixum, Tertullianus libr. de idololatr. Eas manus admouere corpori Domini, quæ dæmoniis corpora conferunt, semel Iudæi Christo manus intulerunt, illi quotidie corpus eius lacessunt: ô manus præcidendæ! Quæ enim magis amputandæ, quam in quibus Domini corpus scandalisatur. Quia, vt supra ostendimus, olim manu corpus Christi excipiebant. Cyrillus ep. ad Calocyrium, ne horreremus carnē & sanguinem apposita sacris altaribus, condescendens Deus nostris fragilitatibus influit oblatis vim vitæ conuertens ea in veritatem propriæ carnis, Basilius de baptismo, *εἰ γὰρ καὶ ὁ ἀδελφὸν διὰ βρῶμα λυπῶν τῆς ἀγάπης ἐκπίπτει, τί ἄν τις εἴποι περὶ τοῦ ἀργῶς καὶ ἀνωφελῶς τολμῶντος φαγεῖν τὸ σῶμα, καὶ πιεῖν τὸ αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ. δεῖ οὖν τὸν προσιόντα τῷ σώματι καὶ τῷ αἵματι τοῦ χριστοῦ καθαρεύειν.* Si enim qui dolore fratrem afficit propter cibū excidit caritate, quid aliquis dicat de eo qui neglig̃ēter & inutiliter audet comedere corpus, & bibere sanguinē Christi. Oportet igitur eū qui accedit ad corpus & sanguinem Christi purum esse. Greg. Nyssen. orat. 1. de resurrect. Pro ineffabili, arcanóque, & qui ab hominibus cerni nequit sacrificij modo sua dispositione præoccupat

impetum violentum, ac ſeſe oblationem offert ad victimam pro nobis ſacerdos ſimul & agnus Dei. Quando hoc accidit? Cum ſuum corpus ad comedendum, & ſanguinem ad bibendum familiaribus præbuit.

CASAVBONVS.

CОncilio Ancyrano leges ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον, venire ad id quod perfectum eſt, τελείως δέχεσθαι, recipere aliquem plene & perfecte, μετέχειν τοῦ τελείου, λαμβάνειν τὸ τέλειον.

BVLENGERVS.

Τυχεῖν τοῦ τελείου conſequi perfectum de quo ſupra egimus, accipere perfectum, eſt accipere Deum, quia Deus, ſicuti ſolus ſummum bonum eſt, ſic etiam ſolus, perfectum bonum eſt. τελείως δέχεσθαι non eſt perfecte aliquem recipere, ſed plene Chriſtum ac perfecte recipere. Paſchaſius lib. de corpore Chriſti, omnia quæcumque voluit Dominus fecit in cœlo & in terra, & quia voluit licet figura panis & vini ſit, tamen omnino nihil aliud quam caro Chriſti & ſanguis poſt Conſecrationem credenda ſunt. Hugo de S. Victore lib. 2. de Sacram. cap. 9. Per verba ſanctificationis vera panis & vera vini ſubſtantia in verum corpus & ſanguinem Chriſti conuertitur, ſola ſpecie panis & vini remanente, & ſubſtantia in ſubſtantiam tranſeunte. Ambroſius, De iis qui initiantur myſter. Liquet quod præter naturæ ordinem virgo generauit. Et hoc quod conficimus corpus ex virgine eſt. Quid quæris naturæ ordinem in Chriſti corpore cum præter naturam ſit ipſe Dominus Ieſus natus ex virgine. Cyrillus Catech. 4. πληροφορηθεὶς ὡς ὁ φαινόμενος ἄρτος οὐκ ἄρτος ἐστί, εἰ καὶ τῇ γεύσει αἰσθητὸς, ἀλλὰ σῶμα Χριστοῦ, καὶ ὁ φαινόμενος οἶνος οὐκ οἶνός ἐστι, εἰ καὶ ἡ γεῦσις τοῦτο βούλεται, ἀλλ' αἷμα Χριστοῦ. Certus panem qui apparet non eſſe panem, licet palato ſapiat panis, ſed corpus Chriſti, & vinum quod videtur non eſſe vinum, licet palato vinum reſpondeat, ſed ſanguinem Chriſti.

AD CAPVT XLIX.
EXERCITAT. XVI.

CASAVBONVS.

OBſeruat Ioan. Damaſcenus ſacramentum Communionis μετάληψιν vocari. δι' αὐτῆς γὰρ ἰησοῦ θεότητος μεταλαμβάνομεν, participationem, quia per illam participamus Chriſti diuinitatem.

BVLENGERVS.

AMplius obſeruat Damaſcenus, panis & vini ſubſtantiam vi verborum Chriſti tranſire in ſubſtantiam corporis & ſanguinis Chriſti, & fideles verum corpus & ſanguinem Chriſti in Euchariſtia vere ac realiter participare, quia vere ac realiter per conſecrationem corpus & ſanguis ſub ſignis panis & vini reperiuntur lib. 4. cap. 14. οἶδε γὰρ ὁ θεὸς τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν. ὡς τὰ πολλὰ γὰρ τὰ μὴ κατὰ συνήθειαν τετριμμένα ἀποστρέφεται δυσχεραίνουσα· τῇ οὖν συνήθει συγκαταβάσει κεχρημένος διὰ τῶν συνηθῶν τῆς φύσεως ποιεῖ τὰ ὑπὲρ φύσιν. &c. ἐπειδὴ ἔθος τοῖς ἀνθρώποις ἄρτον ἐσθίειν, ὕδωρ τε καὶ οἶνον πίνειν, συνέζευξεν αὐτοῖς τὴν αὐτοῦ θεότητα, καὶ πεποίηκεν αὐτὰ σῶμα καὶ αἷμα αὐτοῦ. Samonas Epiſcopus Gazæ. ἀφαιρεῖται ἡμᾶς τὴν φρίκην, καὶ τὸν φόβον ὃν φρίξαντες κατεχόμεθα ἄν, εἰ τὴν αὐτοῦ σάρκα ἐν τῷ αὐτῆς ἰδίῳ εἴδει, καὶ τὸ αἷμα ἐκέλευσεν ἡμᾶς λαμβάνειν. Nouit enim Deus humanam imbecillitatem. Vt plurimum enim quæ non ſunt vſu contrita auerſatur, & ægre fert. Vſus igitur conſueta humanitate per conſueta naturæ facit quod eſt ſupra naturam. Quando moris eſt hominibus vt panem comedant, & vinum & aquam bibant, coniunxit cum ipſis ſuam diuinitatem, & fecit ea corpus & ſanguinem Chriſti. Nobis adimit horrorem & metum quem haberemus ſi carnem ſuam & ſanguinem in propria ſpecie accipere iuſſiſſet. Damaſcen. ibidem, εἰ τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν &c. οὐ δύναται τὸν ἄρτον ἑαυτοῦ σῶμα ποιῆσαι &c. Si verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum non poteſt panem corpus ſuum efficere, & vinum aqua mixtum ſanguinem. Dixit Deus

hoc eſt

hoc est corpus meum, hic & sanguis meus, hoc facite in meam commemorationem, καὶ τῇ παντοδυνάμῳ αὐτοῦ προστάγματι ἕως ἂν ἔλθῃ γίνεται, & eius omnipotenti iussu donec veniat id fit. Et nunc interrogas quomodo panis fit corpus Christi, & vinũ aqua mixtum sanguis. Dico tibi, Spiritus Sanctus superuenit, & hæc facit mysteria diuina supra rationem, & cogitationem corpus Christi. σῶμά ἐστιν ἀληθῶς ἡνωμένον θεότητι, τὸ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου σῶμα. Corpus est verè vnitum diuinitati corpus illud ipsum quod ex Maria virgine natum est, non quia corpus ipsum quod assumpsit è cœlo descendat, sed quia ipse panis & vinum μεταποιοῦνται, transformantur in corpus & sanguinem Dei.

CASAVBONVS.

Apud Iustinum leges Apologia 2. μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου, partem capere de pane super quo gratiæ actæ sunt.

BVLENGERVS.

Apud eundem eo loci leges quod omisisti: οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον, οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν, ἀλλ' ὃν τρόπον διὰ λόγου θεοῦ σαρκοποιηθεὶς Ἰ. Χριστὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, καὶ σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν. οὕτω καὶ τὴν δι' εὐχῆς λόγου θεοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, ἐξ ἧς αἷμα καὶ σάρξ κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν, ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ καὶ σάρκα καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι. Non enim vt communem panem, & communem potum hæc accipimus, sed quomodo per verbum Dei caro effectus Iesus Christus seruator noster, & carnem & sanguinem pro salute nostra habuit. Ita & alimentum per orationem verbi Dei ab ipso benedictum, ex quo caro & sanguis per mutationem aluntur, carnem & sanguinem illius Christi incarnati esse docti sumus.

CASAVBONVS.

Μετάληψις quando est nomen Eucharistiæ, non iam actionem significat, verum ipsa symbola.

BVLENGERVS.

Vero aberras, μετάληψις semper actionem significat communicantis, nunquam ipsa symbola. Profer locum vel vnum vbi participatio significet symbola, vel corpus quod vocas mysticum. Iterum falleris cùm symbola vocas corpus mysticum, quod propriè de fidelibus omnibus in Ecclesiæ fide idem sentientibus accipitur, non de symbolis. Vnum corpus sumus, ait Paulus, qui ex vno pane edimus. Vnum scilicet sumus corpus mysticum. Imo & corpus Christi in Eucharistia sub signis latens dici potest mysticum, non item signa & symbola. Apud Chrysostomum homil. 17. ad Hebræos, τῆς μεταλήψεως μετέχων, μετάληψις significat actionem, quasi dixerit μεταλαμβάνων, non autem symbola: aut certè si non significat actionem, corpus ipsum Christi quod participatur, significat, quemadmodum & apud Zonaram, εἰ φθαρτή ἐστιν ἡ ἁγία τοῦ χριστοῦ μετάληψις, εἴτε καὶ ἄφθαρτος. Si sanctum Christi corpus corruptibile est in mysteriis, aut incorruptibile. Hoc enim in quæstione fuisse docet Nicetas lib. 3. de Gestis Angeli Alexij, ζητήσεως γὰρ οὔσης εἰ τὸ μεταλαμβανόμενον ἅγιον σῶμα χριστοῦ ἄφθαρτόν ἐστι, ὁποῖον μετὰ τὸ πάθος, καὶ τὴν ἀνάστασιν, εἴτε μὴν φθαρτὸν ὡς πρὸ τοῦ πάθους, Cùm enim quæsitum esset si corpus Christi sanctum quod participatur in communione est incorruptibile, vt post passionem & resurrectionem, an verò corruptibile vt ante passionem, alij dicebant incorruptibile esse, & qui partem sumpsisset illum excepisse totum corpus quod à Thoma palpatum est. Sed vt ad Chrysostomum redeamus, omnino 17. homil. ad Hebræos, per μετάληψιν intelligit communionem, μεταλήψεως μετέχων, id est particeps communionis, quæ vox actionem significat. Verba Chrysostomi pulcherrima sic habent. τί οὖν ἡμεῖς καθ' ἑκάστην προσφέρομεν, &c. Quid verò nos? Non quotidie offerimus. Offerimus quidem, sed commemorationẽ facimus mortis eius. Et vna est hæc oblatio, non multæ: quoniam semel oblatus est, illa oblatio illata est in Sancta Sanctorum. Hoc illius figura est, & ipsa oblatio illius. Eundem enim Christum semper offerimus, non nunc quidem alterũ, sed eundem semper. Itaque semper vnum est sacrificium propter hanc rationem. An quia multis locis offertur, multi sunt Christi? Nequaquam. Sed vnus vbique Christus est, & hic plenus, & illic plenus, vnum corpus. Vt

igitur licet multis locis offeratur, vnum tamen corpus est, & non multa corpora. ita & vnum sacrificium. Ille noster Pontifex est qui obtulit sacrificium quod nos purgat. Illud sacrificium & nunc offerimus quod tunc oblatum est, quod consumi nequit. Hoc fit in commemorationem eius quod tunc factum est. Dicit enim, hoc facite in meam commemorationem. Non aliud sacrificium nisi quod Pontifex obtulit, sed idem semper facimus, aut potius commemorationem facimus illius sacrificij. Sed quia mentionem eius sacrificij fecimus, volo pauca vobis dicere qui initiari estis. Multi sacrificio huic semel in toto anno participant: alij bis, nonnulli sæpius. Qui sunt in eremo semel tantum in anno communicant, sæpè & post duos annos. Quid igitur quos probamus? An eos qui semel, an qui sæpè, qui rarò communicant? Eos probamus qui cum bona conscientia, cum puro corde, cum vita quæ reprehendi nequit. Qui tales sunt semper accedãt, qui non tales, nũquam. Cur sane? quia iudicium sibi sumunt, & condemnationem, & pœnam, & supplicium. &c. Mensa fueris spirituali, mensa regia, & rursus os tuum polluis cœno. Vnguento vngis, & rursum fœtore imples. Dic mihi obsecro, μετ' ἐνιαυτὸν τῆς μεταλήψεως μετέχων, post annum communionem participans, quadraginta dies ieiunij quadragesimæ putas tibi sufficere ad purgationem peccatorum omnis temporis. Hic pedem fige, Casaubone, hæc expende. Animaduertes Sacerdotes qui variis in locis sacrificium offerunt corporis Christi, non plura sacrificia offerre, sed illud idem quod Christus in cœna instituit, quia vnum est corpus Christi, hic plenum, illic plenum, vnus Christus qui offertur.

AD CAPVT L.

CASAVBONVS.

Apud Bedam in cap. 10. ad Corinth. & apud Gratian. de Consecrat. dist. 2. can. 58. Nec quando manducamus partes de illo facimus. Et quidem in Sacramento sic fit, & norunt fideles quemadmodum manducent carnem Christi: vnusquisque accipit partem suam, vnde & ipsa gratia partes vocantur.

BVLENGERVS.

Panis consecratus apud Græcos scindebatur in multas partes quæ communicantibus distribuerentur in singulis partibus totum erat corpus Christi, hic plenum, & illic plenum, vt paulò supra ostendit Chrysostomus, quia quantitas dimensiua corporis Christi non est in hoc sacramento secundum modum commensurationis, sed per modum substantiæ, vt Sanctus Thomas loquitur. Audiamus super ea re quid doceant patres. Eusebius Emissenus ser. 5. de Paschate. Ad cognoscendum & percipiendum sacrificium veri corporis ipsa te roboret potentia consecrantis. Qui tunc latuit præfiguratus in manna, fit tibi manifestatus in gratia. De quo pane vetus narrat historia, nec qui plus collegerat amplius, nec qui minus parauerat, repetit minus, eo quod Eucharistiæ sacræ perceptio, non in quantitate, sed in virtute consistat. Quod corpus Sacerdote dispensante tantum est in exiguo, quantum esse constat in toto, quod cum Ecclesia fidelium sumit, sicut plenum in vniuersis ita integrum esse probatur in singulis. De quo sensu Apostolica sententia deriuata est, dicens qui multa non abundabit, & qui modicum non minorabit. Si fortè panes esurientibus apponeremus, non ex toto perueniret ad singulos, quia particulatim & minutatim pro portione sua vnusquisque præsumeret. De hoc verò pane cum assumitur nihilo minus habent singuli quàm vniuersi, totum vnus, totum duo, totum plures sine diminutione percipiunt, quia benedictio huius sacramenti scit distribui, nescit distributione consumi. Gregorius Nyssenus in magna catechesi. πῶς ἐγχωρεῖ δυνατὸν τὸ ἓν ἐκεῖνο σῶμα ταῖς τοσαύταις τῶν πιστῶν μυριάσι, &c. Qui fieri potuit vt illud vnum corpus tot millibus fidelium toto orbe semper distributum totum in quaque parte esset, & in se totum maneret? Quærebatur enim quomodo illud vnum corpus Christi omnem viuificat hominum naturam in quibus est fides, in omnes distributum, & ipsum non diminutum. Chrysostomus sermone de incredulitate Thomæ. μακάριοι ὑμεῖς οἱ καθ' ἑκάστην πανήγυριν ὁρῶντες αὐτὸν, καὶ προσφέροντες τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ τοῖς στόμασι κατασπαζόμενοι, καὶ τοῖς ὀδοῦσιν ἐσθίοντες, καὶ μὴ καταναλίσκοντες ὃ ἐσθίετε· ἀλλ' ὦ μυστηρίων φρικτῶν, ὁ καθήμενος ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς ἐν ταῖς δεξιαῖς δέχεται τῶν ἀμελούντων. Beati vos qui singulis celebritatibus videtis eum, & admouetis ad oculos. & ore exosculamini, & dentibus comeditis, & non consumitis quod comeditis. Sed, ô tremenda mysteria.

Qui sedet in dextera patris, is reperitur in manibus peccatorum, qui ab angelis decantatur, manibus contrectatur pollutis, & pariter se ferri à seruis indignis, & dicit, accipite, comedite, κἂν βραχύ τι λάβῃς μέρος ἐν ἐκείνῳ εἰμί. Et si exiguam aliquam partem acceperis in ea ego sum. Id ipsum lege lib. 3. de sacerdotio. Subiicit in homil. de prodit. Iudæ, οὐ φεύγει τὰς ἁμαρτωλὰς παλάμας ἡμῶν, οὐ φεύγει τοὺς καταχρείτους δακτύλους, &c. Non fugit nostras manus peccatrices, non fugit digitos reos & damnatos, fictor non conterit lutea figmenta, sed ipse hortatur, dicitque, accipite, comedite, bibite, ferte vestras manus, & mittite in latus meum, delitiamini & saturamini meis membris, κἂν βραχύ τι λάβῃς μέρος ἐν ἐκείνῳ εἰμί. Vt sit exigua pars quam accipis in ea sum. Idem ser. 1. de Pasch. ἐφ' ἑκάστης οἰκίας ἐθύετο τὸ ἱερεῖον· μία γὰρ ἐστιν ἐκκλησία αἱ πολλαὶ τὸν ἀριθμὸν ἐκκλησίαι· εἷς γὰρ ἐν αὐταῖς ὁ χριστὸς πανταχοῦ ὁ τέλειος καὶ ἀμέριστος. διὸ καὶ τέλειον ἦν ἐφ' ἑκάστης οἰκίας τὸ ἱερεῖον. Victima comeditur in vnaquaque domo: multæ enim numero Ecclesiæ vna sunt Ecclesia. Vnus enim in illis est Christus vbique perfectus & indiuisus. Ideo perfecta erat in quaque domo victima. Augustinus epist. 163. Ad istam mensam quis nos inuitauit, & quid præparauit? Inuitauit Dominus seruos, & præparauit eis cibum seipsum. Quis audeat manducare dominum suum? Et tamen ait qui manducat me, & ipse viuit propter me. Quando Christus manducatur vita manducatur, nec occiditur vt manducetur, sed mortuus viuificat, quando manducatur reficit non deficit. Nec quando manducamus de illo partes facimus, & quidem in sacramento sic fit, & norunt fideles quemadmodum manducent carnem Christi, vnusquisque accipit partem suam, vnde & ipsa gratia partes vocantur. Per partes manducatur, & manet integer totus. Per partes manducatur in Sacramento, & manet integer in cælo, manet integer totus in corde tuo. Veniebat in carnem vt eum homines manducarent, & manebat integer apud patrem, vt angelos pasceret. Hæc expende, Casaubone, & ne destinata animi contumacia in pernicię tuam obdurato. Audis Augustinum à quo Gratianus sua mutuatus est, quæ recitas. Eutychius de Eucharistia, ὅλον ἅπας τὸ ἅγιον σῶμα καὶ τὸ τίμιον αἷμα τοῦ κυρίου δέχεται. Totum omne sanctum corpus & pretiosum sanguinem Domini accipit licet partem horum quis acceperit: diuiditur enim pro indiuiso in omnibus propter admixtionem. καθὼς καὶ σφραγὶς μία πάντα ἐκτυπώματα αὐτῆς καὶ μορφώματα τοῖς μεταλαμβάνουσι μεταδίδωσι, καὶ μία μένει καὶ μετὰ τὴν δόσιν, οὐκ ἐλαττουμένη, οὐδὲ ἀλλοιουμένη πρὸς τὰ μετέχοντα, κἂν ᾖ τῷ ἀριθμῷ πλείονα. ἢ ὡς καὶ μία φωνὴ ὑπό τινος προαχθεῖσα, καὶ ἐν τῷ ταύτην προϊεμένῳ πᾶσα μένει, καὶ ἐν τῷ ἀέρι χεομένη πᾶσα ταῖς ἀκοαῖς πάντων ἐναποτίθεται, οὐδενὸς πλέον ἢ ἔλαττον τοῦ ἑτέρου τῶν ἀκουσάντων εἰς δεχομένου. Vt sigillum vnum largitur omnes characteres, typos, & figuras suis ipsius rebus illis quæ imprimuntur sigillo, & vnum manet sigillum vbi se communicauerit aliis non imminutum, non alteratum ad ea quibus communicatur, licet numero plura sint. Et vt vox vna prolata à quocunque, & tota manet in proferente, & per aërem fusa tota deponitur in aures omnium, nemine audientium plus aut minus alio vocem excipiente. Nemo igitur dubitet τὸ ἄφθαρτον μετὰ τὴν μυστικὴν ἱερουργίαν καὶ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν σῶμα, καὶ ἀθάνατον, καὶ ἅγιον, καὶ ζωοποιὸν αἷμα τοῦ κυρίου τοῖς ἀντιτύποις ἐντιθέμενον διὰ τῆς ἱερουργίας, ἔλαττον τῶν προειρημένων παραδειγμάτων, τὰς οἰκείας ἐναπομόργνυσθαι δυνάμεις, ἀλλ' ὅλον ἐν ὅλοις διϊσχυσαι. incorruptibile post sanctam resurrectionem, & mysticam immolationem corpus, & immortale, sanctum viuificum sanguinem Domini insignis existentem per sacrificium minus quam exempla quæ supra posita sunt proprias virtutes exprimere, & insculpere, sed totum credat in omnibus reperiri. Hilar. Papa qui successit Leoni magno anno Christi 461. dist. 2. par. 3. de Consecrat. can. corpus Christi quod sumitur de altari figura est dum panis & vinum extra videntur, veritas autem dum corpus & sanguis Christi in veritate interius creditur. Vbi pars est corporis, est & totum. Eadem ratio est in corpore Domini quæ in manna, quod in eius figura præcessit, de quo dicitur qui plus collegerat non habuit amplius, neque qui minus parauerat habuit minus. Non enim est quantitas visibilis in hoc æstimanda mysterio, sed virtus sacramenti spiritualis.

CASAVBONVS.

HOc loco significauit Augustinus vnam ex appellationibus Eucharistiæ esse partes. Græci vocant κλάσματα, μερίδας, particulas.

BVLENGERVS.

OPtime. Sed in quoque fragmento, totum in quaque particula Christum fuisse patres quorum adscripsi verba docent. Germanus Patr. in Liturg. μετὰ δὲ τὴν ὕψωσιν εὐθὺς ὁ μερισμὸς τοῦ θείου ποιεῖται σώματος, ἀλλὰ κἂν μερίζηται ἀμέριστος διαμένει, καὶ ἄτμητος ἐφ' ἑνὶ ἑκάστῳ μέρει τῶν τεμνομένων ὅλος γνωριζόμενός τε καὶ εὑρισκόμενος. Post eleuationem partitio diuini corporis fit, sed etsi diuidatur indiuisus manet, & non sectus Christus in vnaquaque parte quæ secatur totus cognitus & repertus. Clemens Romanus lib. 8. de Constit.c.57. μερίδας vocat. μερὶς ἁγία Χριστοῦ, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. Particula sancta Christi, plena gratia & veritate, γεύσασθε, καὶ ἴδετε ὅτι χριστὸς ὁ κύριος, ὁ μελιζόμενος, καὶ μὴ μεριζόμενος, καὶ τοῖς πιστοῖς μεταδιδόμενος, καὶ μὴ δαπανώμενος. Gustate & videte quoniam Christus est Dominus qui distribuitur, & non diuiditur, & fidelibus communicatur, & non consumitur. Augustinus partem nuncupat ep. 86. de quodã vrbico, id est Romæ vrbis incola, Dicit cessisse in noua lege pani pecus, tanquam nesciens & tunc in Domini mensa propositionis panes poni solere, & nũc de agni immaculati corpore partem sumere. Partes illę, Casaubone, non sunt symbola, sed sub symbolis sunt corpus Christi totũ in quaque parte. Nicetas lib. de Angelo Alexio, cum in quæstione esset, an sacrũ corpus Christi quod cõmunicatur, esset incorruptibile vt post passionẽ & resurrectionẽ, an vero corruptibile vt ante passionem, quidam dicebant incorruptibile esse, καὶ εἰς ἂν μέρος τις δέξηται ἐκεῖνον εἰσδέχεσθαι ὅλον. Et vt quisque partem acceperit, illum accipere eum totum qui à Thoma contrectatus est. Obseruatio tua de particulis seu μερίσι friuolaria est, cum tot locis ostenderim à Latinis dici partes, vel partem, non particulas, à Græcis μέρος, μέρη non minus quàm μερίδας. Chrys. hom. 24. in 1. ad Corinth. Sed quod non passus est in cruce, hoc paritur in sacrificio, ἐπὶ τῆς προσφορᾶς, propter te, & sustinet se frangi διακλώμενος, vt omnes impleat. Tribuitur Christo, quod proprium est symbolis, quæ franguntur, non item corpus Christi. Augustinus apud Bedam in 1. Corinth. Quod in cruce passus non est, id in oblatione patitur, & propter te frangi patitur, vt omnes satiet. Dionysius Areop. c. 3. Ecc. Hier. τὸν ἀδιαίρετον ἄρτον εἰς πολλὰ διελὼν, καὶ τὸ ἑνιαῖον τοῦ ποτηρίου πᾶσι ἀναμερίσας. Panem qui diuidi non potest diuidens in multa, & vnitatem poculi omnibus partiens Augustinus ser. 2. de verbis Apostoli. Quid sibi vult, hoc vos scandalizat. Putatis quia de hoc corpore meo quod videtis partes facturus sim, & membra mea concisurus. Iste qui integer ascendere potuit, consumi non potuit. Ergo de corpore & sanguine suo dedit nobis salubrẽ refectionem, & tam magnã breuiter soluit de sua integritate quæstionẽ. Cyrillus Alexan. li. 4. in Ioan. c. 13. 14. 15. Sic credentibus discipulis fragmẽta, κλάσματα, panis dedit dicẽs, accipite & manducate, hoc est corpus meũ. Gregorius Nyssenus in catech. magna, μέρος vocat. σκοπῆσαι προσήκει πῶς ἐνῆν ἐκεῖνο δυνατόν, considerandum est qui pote illud vnũ corpus tot millibus fidelium toto orbe semper diuisum, totum vnicuique per partem esse, & ipsum in se ipso manere totum, ὅλον ἑκάστῳ διὰ τοῦ μέρους γίνεσθαι. Samonas, ὁ ἱερουργούμενος ἄρτος, panis immolatus in verum Christi corpus mutatus virtute diuina per aduentum S. Spiritus, & in partes secatur, & integrum & saluum manet in vnoquoque fragmento, καὶ μερίζεται καὶ ὁλόκληρος, καὶ σῶος ἐν ἑκάστῳ κλάσματι σώζεται, ὡς καὶ ὁ λόγος τοῦ λέγοντος πρὸς πάντας τοὺς ἀκούοντας ὁλόκληρος, καὶ ἀδιαίρετος ἀκούεται, vt verbum loquentis ad omnes audientes integrum & non diuisum ab iis auditur. Quando igitur panis consecratus in partes secatur, qui est sanctissimum Christi corpus, ne putes quod diuiditur aut distrahitur, aut in partes tribuitur illud immaculatum Christi corpus: est enim immortale & incorruptum, & inconsumptibile, sed quia partitio illa est accidentium sensilium tantum post consecrationem, μερισμός ἐστιν ἐκεῖνος τῶν αἰσθητῶν συμβεβηκότων, ad robur fidei. Oecumenius ad 1. Cor. c. 10. ὅπερ ἐπὶ σταυροῦ οὐ πέπονθεν ὁ κύριος, τοῦτο δι' ἡμᾶς ὑπομένει καταχλώμενος, ἵνα συνάψῃ ἡμᾶς ἑαυτῷ. Quod in cruce non passus est Dominus propter nos sustinet frangi, vt nos coniungat sibi. Chrys. ad 1. Cor. διὸ καὶ προσέθηκεν, ὃν κλῶμεν. τοῦτο γὰρ ἐπὶ μὲν τῆς εὐχαριστίας ἐστὶν ἰδεῖν γινόμενον, ἐπὶ δὲ τοῦ σταυροῦ οὐκ ἔτι, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον τούτῳ. Quare subiunxit quẽ frangimus. Hoc enim in Eucharistia videre est factum, in cruce non itẽ, imo contrarium. Scriptum enim est, os eius non conteretur. Hom. 27. ibidem. ὑπὲρ ἁπάντων ὁ χριστὸς ὁμοίως ἐκλάσθη, καὶ σῶμα γέγονεν ὑπὲρ ἁπάντων. Pro omnibus Christus fractus est, & corpus fuit ex æquo pro omnibus, ἐκεῖνος τὸ σῶμα ἐξ ἴσης ἔδωκε λέγων. Ille omnibus ex ęquo dedit corpus discipulis dicens, accipite, comedite, hoc est corpus meũ.

CASAVBONVS.

QVia vt aiunt patres concilij Nicæni can. 5. Non multum panis aut vini accipimus, sed parum, vt intelligamus non ad satietatem illa capi, sed ad sanctificationem.

BVLENGERVS.

ADdidisti de tuo non multum panis aut vini. Verba sic habent, ἐπὶ τῆς θείας τραπέζης, &c. quæ supra recensui. In diuina mensa rursus & hic ne proposito pani & poculo humiliter attendamus, sed cùm exsultemus cogitationem in sublime per fidem, intelligamus positum esse in sacra illa mensa agnum Dei qui tollit peccata mundi qui non cruento modo immolatus est à Sacerdotibus, & pretiosum eius corpus & sanguinem verè sumentes nos credere ista esse symbola nostræ resurrectionis. Ideo enim οὐ τὶ πολὺ λαμβάνομεν, ἀλλ' ὀλίγον, ἵνα γνῶμεν, neque multum sumimus, sed pauxillum vt cognoscamus. &c. Audis positum esse in sacra illa mensa agnum immaculatũ à Sacerdotibus ἀθύτως ὑπὸ τῶν ἱερέων θυόμενον, immolatũ incruento modo.

CASAVBONVS.

AVgustinus dixit buccellam in Iuda quem saciæ cœnæ participem fuisse ait. Paschasius cap. 17. lib. de corpore Domini. Hoc mysterium dum communicas dilata sinum mentis tuæ, emunda conscientiam, & percipe non quantum mica exhibet, sed quantũ fides capit.

BVLENGERVS.

AVgustinus non rarum dicit Iudam participem fuisse cœnæ Dominicæ, sed accepisse corpus Christi. De verbis Domini apud Matth. Nunquid etiam illos hic poterimus accipere, de quibus dicit Apostolus quod iudicium sibi mãducent, & bibãt, cum ipsam carnem manducent, & ipsum sanguinem bibant. Nunquid Iudas & Magistri venditor & traditor impius quamuis primum ipsum manibus eius confectum sacramentum carnis & sanguinis eius cum cæteris discipulis manducaret. Sacramentum carnis & sanguinis vocat quam prius carnem & sanguinẽ vocauit. lib. cõtra Donatist. c. 6. post collationẽ, partem appellat. De ipso quippe pane, & de ipsa Dominica manu, & Iudas partẽ & Petrus accepit. Idẽ in Psal. 10. vocat Eucharistiam. Christus traditorem suum tanta patientia pertulit, vt ei primam Eucharistiam confectam manibus suis, & ore suo commendatam sicut cæteris Apostolis traderet. Idem epist. 163. primum Sacramentum corporis & sanguinis sui. Tractat. 59. in Ioann. Panem Dominum vocat, lib. 5. de Baptism. contra Donatist. cap. 8. buccellam. Sicuti Iudas cui buccellam tradidit Dominus non malum accipiendo, sed male accipiendo locũ in se diabolo præbuit. Corpus enim Domini & sãguis Domini nihilominus erat illis quibus dicebat Apostolus. Qui mãducat, aut bibit indignè, iudicium sibi manducat. Paschasius qui micam vocat, epist. ad Frudegardum loquitur in hæc verba. Christus non ita dixit, hæc est, vel in hoc mysterio est quædam virtus vel figura corporis mei, sed ait non ficte, hoc est corpus meum. Et ideo hoc est quod ipse dixit, non quod quisque finxit. lib. de corpore Domini. Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cœlo & in terra, & quia voluit licet figura panis & vini hic sit, tamen omnino nihil aliud quàm caro Christi & sanguis post consecrationem credenda sunt. Origenes homil. 13. parum quid appellat: Nostis quomodo cum suscipitis corpus Domini, cum omni cautela & veneratione seruetis, ne ex eo parum quid decidat. Locum Euagrij vbi ἁγία μερίδες dicuntur, supra posui.

CASAVBONVS.

HAs partes olim fideles de manu Sacerdotis manu sua excipiebant. Chrysosto. homil. 21. statuarum, δεχέσθαι τῇ χειρί. manu accipere.

BVLENGERVS.

HVnc locum supra attigi. Cyrillus catech. 5. προσιὼν μὴ τεταμένοις τοῖς τῶν χειρῶν καρποῖς προσέρχου, Accede non extensis votis manuum neque digitis diuisis, sed læua suffulciens dexteram, & quasi thronum faciens dextræ quæ debeat regem excipere, & excauata palma accipe corpus Christi, dicens Amen. Augustinus serm. 22. Mulieres nitida linteamina exhibent vbi corpus Christi accipiant. Photius apud Oecumenium. καθάπερ παρέδωκε μὲν αὐτὸν ὁ ἰούδας, ἐνεβρίσαντο δὲ εἰς αὐτὸν ἰουδαῖοι, οὕτως ἀτιμάζουσιν αὐτὸν οἱ τὸ πανάγιον αὐτοῦ σῶμα χερσὶν ἀκαθάρτοις δεχόμενοι, ὡς ἰουδαῖοι κρατοῦντες αὐτὸν τότε. διὰ δὲ εἰπεῖν πολλάκις, τοῦ αἵματος καὶ σώματος, δηλοῖ ὅτι οὐκ ἄνθρωπος ψιλὸς ὁ θυόμενος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ κύριος ὁ ποιητὴς πάντων. Quemadmodum tradidit eum Iudas, contumeliosi autem in eum fuere Iudæi, ita eum probro afficiunt &

honore spoliant, qui sanctissimum eius corpus impuris manibus excipiunt, vt Iudæi qui eum tunc apprehenderunt. Quod autem sæpius corpus & sanguinem inculcat, ostendit quod is qui sacrificatur non est homo simplex, sed ipse Dominus omnium opifex. lib. 3. de sacerdotio Chrysostomus, qui sedet in dextera Patris, in dexteris reperitur peccatorũ, sordidis manibus tenetur. Supra de proditione Iudæ multa in eam rem. lib. 3. de sacerd. ὁ μετὰ τοῦ πατρὸς ἄνω καθήμενος τῶν ἁπάντων κατέχεται χερσί. Qui sedet sursum cũ Patre omnium manibus tenetur. Chrysost. orat. catech. ad Neophot. ἐννόησον τί δέχῃ χειρὶ, καὶ γὰρ ὀλέθριον τὴν διακονουμένην μυστηρίοις οὕτω φρικωδεστάτοις καὶ αἵματι φοινιχθεῖσαν τοιούτῳ. Cogita quid manu excipias. Etenim mortiferũ est eã quæ mysteriis ministrat tam terribilibus, & tali purpuratã sanguine. Hieronym. ep. 10. ad Rusticũ. Exsuperius Episcopus Tolosanus corpus Domini canistro vimineo, sanguinem portat in vitro. ad cap. 27. Mat. Corpus Domini non auro & gemmis, sed linteamine puro obuoluendũ. Chrys. ad 1. Cor. c. 11. Si in linteũ, vel vas sordidũ corpus Domini mittere non audet. Conc. Trull. can. 102. εἴ τις τοῦ ἀχράντου σώματος μετέχειν ἐν τῷ καιρῷ τῆς συνάξεως βουληθείη καὶ προσελθεῖν τὰς χεῖρας σχηματίσας, Si quis participare impollutũ corpus voluerit in tẽpore collectæ, seu synaxeos, manus cõformãs in formã crucis ita accedat, & accipiat cõmunionem χάριτος, gratiæ. Eos enim qui ex auro, aut alia materia pro manu vasa, δοχεῖα, quædam præparãt ad diuinũ donũ excipiendũ nullo modo admittimus. Balsamõ in cõmentario canonis huius, ἐν ἑτέραις ἐκκλησίαις μεταδίδοται τοῖς λαϊκοῖς τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ χριστοῦ, οὐκ ἐγχειρίζεται. In quibusdã ecclesiis laicis datur ac inditur in os sacrũ corpus Christi, non in manus traditur. μετάδοσις cùm in os inditur, ἐγχείρησις cùm in manus datur, quod eruditè obseruasti.

AD CAPVT LI.

CASAVBONVS.

Apud Patres τὰ δῶρα, vel τὰ ἅγια δῶρα appellãtur oblationes panis & vini ad sacram cõmunionẽ. Sumebatur ex his oblationibus ad consecrationẽ in vsum Eucharistiæ. Ideo τὰ προκείμενα δῶρα, τὰ ἅγια δῶρα, τὰ δῶρα simpliciter, τὰ ἅγια, pro ipso corpore Christi mystico ponũtur.

BVLENGERVS.

SI nobiscum sentires, Casaubone, nobiscũ loqueris. Sed simplices tuis verbis induci ac circumueniri possunt, ita sunt personata. Personam eximam. Per mysticũ corpus, nos verum ac reale corpus sub signis realiter existens exaudimus, tu panem qui Christi corporis figura nuda, non ipsum corpus sit. Ephes. concil. anathem. 11. τὴν ἁγίαν, καὶ ζωοποιὸν, καὶ ἀναίμακτον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τελοῦμεν θυσίαν, sacrum, viuificum & incruentum in ecclesiis celebramus sacrificium credentes esse corpus propositum, προκείμενον, & pariter pretiosum sanguinem non vnius hominis communis, quales nos sumus. Magis autem accipientes, vt quod est proprium corpus & sanguis verbi omnia viuificantis. Basilius in Liturg. σε παρακαλοῦμεν ἐλθεῖν τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ προκείμενα ταῦτα δῶρα, καὶ εὐλογῆσαι αὐτὰ, &c. Te rogamus vt veniat sanctus tuus Spiritus in nos, & hæc dona proposita, & ea benedicat, & sanctificet, & efficiat ἀναδεῖξαι panem hunc pretiosum corpus Domini, & poculum hoc ipsum pretiosum sanguinem Domini & Dei, qui effusus est pro mundi vita. Eadem verba legisti in Liturgia Chrysostomi quæ non de figura & typo corporis, sed de ipsissimo corpore Christi sine fuco & fallaciis quas tu adfers, loquuntur. Marcus Ephesi Episcopus quanquã in aliis hæreticus, de transsubstãtiatione tamen bene dixit, τὰ προκείμενα τελειῶσαι, καὶ πρὸς τὸ δεσποτικὸν σῶμα καὶ αἷμα μεταποιῆσαι. Perficere proposita, & transformare corpus & sanguinem Domini. Germanus Constantinop. Patriarch. τὸ ἅγιον πνεῦμα τῇ χειρὶ τοῦ ἱερέως ἀποσφραγίζει, καὶ μεταβάλλει, καὶ τελειοῖ τὰ προκείμενα ἅγια δῶρα εἰς σῶμα, & Sanctus Spiritus manu sacerdotis signo crucis signat & mutat, & perficit proposita sancta dona in corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi. Chrysostomus homil. 24. in 1. Corinth. Hoc corpus in præsepi positum reueriti sunt magi & cum tremore adorarunt. Tu vides non in præsepi, sed in altari non mulierum gestantem, sed sacerdotem astantem, & spiritum cum multa affluentia. τοῖς προκειμένοις ἐφιπτάμενον, aduolantem ad proposita dona. Photius apud Oecumenium, Non diiudicans corpus Domini, hoc est non cogitans, neque expendens τῶν προκειμένων τὸ μέγεθος, magnitudinem eorum quæ proposita sunt. εἰ γὰρ μάθοιμεν τίς ποτέ ἐστιν ὁ προκείμενος, si disceremus quis est iste qui propositus est, non egeremus alia re, sed hoc ipsum nos sobrios efficeret. Maximus ad Dionysium, τὰ ἅγια δῶρα καλεῖ, vocat sancta dona symbola cœlestium & veriorum. Chrysostomus de proditione Iudæ.

Ideo

Ideo videntes Christum adoramus eum, quia Thomas videns eum adorauit. Ideo contrectantes eum qui attingi non potest, ψηλαφῶντες τὸν ἀψηλάφητον, celebramus eum, quia Thomas suis manibus eum tenens, Dominum celebrauit vt Deum, &c. οὐκ ἔστιν ἀνθρωπίνης δυνάμεως ἔργα τὰ προκείμενα. Non sunt humanarum virium opera quæ proposita sunt. lib. 3. de sacerdot. stat sacerdos ferens Spiritum sanctum. & supplicationem in longum ducit, non vt lampas de cœlo missa καταναλώσει τὰ προκείμενα, consumat proposita, sed vt gratia adueniens ad sacrificium per illud omnium accendat mentes. In Liturgia eius, ἀξίωσον προσενεχθῆναί σοι ὑπ' ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ τὰ δῶρα ταῦτα. Dignate offerri à me peccatore & indigno seruo tuo ista dona. Tu enim es qui offers, & qui offerris, ὁ προσφερόμενος, καὶ προσδεχόμενος, καὶ διαδιδόμενος, qui exciperis, & qui distribueris. Si Christus est qui offert, & qui offertur, certe quod offertur non est panis & vinum, figura nuda corporis & sanguinis Christi. Omnino aliud loqueris, aliud sentis. In tanta eruditione mens patrum ignota tibi esse non potuit, nisi forte ex iis es qui iusto Dei iudicio videntes non vident.

CASAVBONVS.

COmmemorationem vnici Christi sacrificij in cruce oblati vocabant sacrificium.

BVLENGERVS.

VOcabant sacrificium, quia re vera sacrificium est corporis Christi. Vnicum est cruentum Christi sacrificium in cruce: Aliud tamen incruentum est eiusdem Christi sacrificium in sanctissima cœna. Duo igitur sacrificia sunt vnius corporis Christi, alterum cruentum, alterum incruentum secundum ordinem Melchisedech. Augustinus l. 20. in Faustum c. 18. Christiani iam peracti sacrificij memoriã celebrant sacrosanct. oblatione, & participatione corporis Christi. Ephesina Synodo Anathemate 11. vocatur ἁγία, καὶ ζωοποιὸς, καὶ ἀναίμακτος θυσία, Sanctũ, viuificum, incruentum sacrificium corporis Christi, quod sacerdotes hodiéque celebrant. August. apud Gratian. dist. 2. can. Hoc est quod dicimus. Sicut ergo cælestis panis quia Christi caro est suo modo vocatur corpus Christi, cum reuera sit sacramentum corporis Christi, illius videlicet quod visibile, palpabile, mortale in cruce positum est, vocaturque ipsa immolatio carnis quę sacerdotis manibus fit Christi passio, mors, crucifixio non rei veritate, sed significante mysterio. Quia scilicet hac immolatione carnis Christi quæ fit sacerdotis manibus, commemoratur sacrificium crucis. Euthymius in c. 6. Matth. Hoc facite in mei recordationem, hoc, inquit, nouũ mysterium & non illud vetus. Siquidẽ vetus illud mysteriũ in recordationẽ inductum est salutis Hebræorũ primogenitorum in Aegypto, & libertatem. Hoc autem in recordationem Domini. Per tale enim sacrificiũ reminiscimur quod corpus suum in mortẽ pro nobis tradiderit. Samonas in Dialogo cum Achmete, sacerdos qui personam Christi sustinet, precatur Deũ vt mittat Spiritum suum sanctificantem, εἰς τὸ τελεσιουργῆσαι τὸν προκείμενον εἰς θυσίαν ἄρτον καὶ τὸ ποτήριον, vt & perficiat panem propositum ad sacrificium, & faciat ea illud ipsum corpus Domini, & sanguinem Christi Communio igitur & sacrificium corporis & sanguinis Christi quod vos sacerdotes offertis, est verum corpus & sanguis Christi, non antitypum, figura, typus, imago eius. Augustinus lib. de Diluuio c. 4. Ipsum agnum quem quotidie immolamus, comedimus, & cuius sanguinem bibimus. ser. 181. de tempore c. 12. Sola quippe est Ecclesia per quam sacrificium libenter Dominus accipiat. In vna Ecclesia vera hostia redemptoris immolatur. Chrys. Ho. de Ieiunio, & de Dauide. ὁ ἱερεὺς τὸ τίμιον αὐτοῦ σῶμα μελίζει, καὶ τὸ ἄχραντον αὐτοῦ αἷμα ἱερουργεῖ. Sacerdos pretiosum corpus Christi partitur, & immaculatum sanguinẽ sacrificat. Sacerdos baptizans & προσφέρων, ἀναίμακτον θυσίαν, offerens incruentum sacrificium, manus commodat ad opus propositum, Sanctus autem Spiritus sanctificat & magnificat. Ambrosius in Cantico, Aue præclara, Tu quem es enixa propitiationis agnum regnantem cœlo æternaliter deuocamus ad aram mactandum mysterialiter. Marius Victor in Genesin lib. 3.

Melchisedech Rex ille Salem qui munere tali
Mystica præmisit summi libamina regis,
Cuius de manibus sumens Ecclesia corpus
Viuificum panem cælesti potu cruore.

Concilium Alexandriæ sub annũ 440 Dum vnigeniti filij Dei mortem secundum carnem & resurrectionẽ ex mortuis annunciamos assumptionẽ in cælos confitemur, incruentũ in ecclesiis perficimus cultũ, τὴν ἀναίμακτον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τελοῦμεν λατρείαν, atq; ita ad mysticas accedimus benedictiones, & sanctificamur participes facti S. carnis, facti pretiosiq; sanguinis, μεταλαμβάνοντες

ἁγίας

ἁγίας σαρκὸς, καὶ τιμίου αἵματ☉ seruatoris mundi Iesu Christi, nec vt communem carnem accipimus, absit, neque tantum viri sanctificati & verbo secundum dignitatis vnionem coniuncti, vt pote velut diuinam inhabitationem adepti, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς ζωοποιὸν, sed vt vere viuificam & ipsius verbi propriam. Alcimus Auitus

Vt quocumque loco mitis mactabitur agnus,
Atque cibo sanctum porrexerit hostia corpus,
Rite sacrum celebret vita promissa sequentis.

Gregor. Nyssen. orat. 1. de Resurre. Pro ineffabili, arcanóque, & qui ab hominibus cerni nequit sacrificij modo sua dispositione præoccupat impetū violentū, ac sese oblationē offert, ac victimā pro nobis sacerdos simul & agnus Dei. Quando hoc accidit? Cum corpus suū ad comedendū, & sanguinem ad bibendum familiaribus præbuit. Ambrosius in Ps. 38. sequamur vt possumus sacerdotes, vt offeramus pro populo sacrificium. Nā etsi infirmi merito, tamen honorabiles sacrificio, quia & si nunc Christus non videtur offerre, tamen ipse offertur in terris, quando Christi corpus offertur. Imo ipse offerre manifestatur in nobis, cuius sermo sanctificat sacrificium quod offertur. Quæ aures vltra obdurent ad hæc verba? Quæ frons adeo perfricta depudere solens, quam clarissima testimonia patrum summittere se, ac rubore perfundi non cogant. Iterum audi, Casaubone, & recognosce ex Cyrilli Catechesi 5. ritus Ecclesiæ qui hodiéque in sacrificio Missę seruantur. μετὰ τοῦτο βοᾷ ὁ ἱερεὺς ἄνω τὰς καρδίας, Postea clamat sacerdos, sursum corda, vere enim illa hora maxime tremenda. ἔχομεν πρὸς τὸν κύριον, corda sursum erigere debemus ad Deum, neque pati vt ad terram, & terrestria se conuertant, deinde respondetis, habemus ad Dominū. Deinde dicit sacerdos, Gratias agamus Domino, respondetis, dignū & iustū est. Mox cōmemoramus Cherubin, & rogamus misericordē & hominum amantē Deū vt mittat Spiritum Sanctum in dona proposita, vt faciat panem corpus Christi, vinū sanguinem Christi. Omnino enim quicquid attigerit Spiritus sanctus, hoc consecratum est, & mutatum. Deinde vero postquam confectum est illud spiritale sacrificium, καὶ τὴν ἀναίμακτον λατρείαν ἐπὶ τῆς θυσίας ἐκείνης τοῦ ἱλασμοῦ, & incruentum cultum super ipsa propitiationis hostia, obsecramus Deum pro communi Ecclesiarum pace. Rogamus te nos omnes, καὶ ταύτην προσφέρομέν σοι τὴν θυσίαν, Et hoc tibi sacrificium offerimus, vt meminerimus etiam eorum qui ante nos obdormierunt, μεγίστην ὄνησιν πιστεύοντες ἔσεσθαι ταῖς ψυχαῖς ὑπὲρ ὧν ἡ δέησις ἀναφέρεται τῆς ἁγίας καὶ φρικωδεστάτης προκειμένης θυσίας, maximum credentes esse animarum iuuamen, pro quibus offertur precatio sancti illius & tremendi quod in altari positum est sacrificij. ἡμεῖς ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων αὐτῷ τὰς δεήσεις προσφέροντες, κἂν ἁμαρτωλοὶ ὦσι χριστὸν ἐσφαγιασμένον, προσφέρομεν, Nos pro dormientibus ipsi preces offerentes, etsi peccatores sint Christum immolatum pro nostris peccatis offerimus, vt & nobis & illis eum qui est benignissimus propitium reddamus, postea dicitur oratio quā Seruator tradidit, Pater noster qui es in cœlis, &c. Sacerdos postea dicit Sancta Sanctis. Sancta scilicet ea quæ proposita sunt, ἅγια τὰ προκείμενα ἐπιφοιτήσει δεξάμενα ἁγίου πνεύματος, quę aduētū exceperūt Spiritus Sancti μὴ τῷ λάρυγγι τῷ σωματικῷ ἐπιτρέψητε τὴν κρίσιν. Ne faucibus & palato corporis permittite iudicium, sed fidei certæ & indubiæ. Qui enim gustant non panem & vinum gustare iubentur, sed corpus & sanguinem Christi sub signis & symbulis vere existentia. Hominem nequam & spontanea contumacia perditum esse oportet, qui ex his verbis non agnoscit Cyrillum sacrificium Missæ quod hodieque celebramus diserte exposuisse, verum Christi corpus & sanguinem, verum corporis Christi & incruentum sacrificium asserere, quo viuentes homines & defuncti plurimum iuuantur. Amabo, Casaubone, ne sciens prudens obstruito solis luminibus, ne occludito luci clarissimæ oculos, ne veritatem quam cernis, quam tangis, quam tacitus probas oppugna. Ait Cyrill. angelos id tēporis Christo dicere, ὑπὲρ τούτων παρακαλοῦμεν ὑπὲρ ὧν τὸ σῶμα τεθανάτωσας. Pro his te precamur pro quibus corpus tuum immolasti. D. Basilius in Liturgia, ὀρθοὶ πάντες. Simus omnes erecti. Taceat omnis caro mortalis, & stet cum metu & tremore ὁ γὰρ βασιλεὺς ἡμῶν προέρχεται σφαγιασθῆναι, καὶ δοθῆναι εἰς βρῶσιν τοῖς πιστοῖς. Deus enim noster procedit vt immoletur, & detur in cibum fidelibus. Chrys. ser. de Encæniis. Cum videris Dominum τεθυμένον καὶ κείμενον, καὶ τὸν ἐφεστῶτα ἱερέα ἐπὶ τῷ θύματι, immolatum & propositum, & pontificem instantem sacrificio, & precantem, & omnes illo sanguine purpuratos diuino, ἐκείνῳ τῷ τιμίῳ φοινισσομένους αἵματι. lib. 3. de Sacerdot. Cum autem sacerdos Sanctum Spiritum vocat, καὶ τὴν φρικωδεστάτην ἐπιτελῇ θυσίαν, & maxime tremendum facit sacrificium, & continenter communem Dominum contrectat. Addunt partes sacerdotem quidem esse ministrum tremendi illius sacrificij, sed Christum Dominū ipsum esse qui panem in corpus, vinum in sanguinem diuina sua potestate conuertat, ipsum esse primarium sacerdotem. Augustinus apud Gratianum, distinct. 2. canon. verum: & b figura Corpus Christi & sanguis virtute Spiritus Sancti ex panis & vini substantia efficitur. Sicut ipse Christus est qui baptizat, ita ipse est qui per Spiritum sanctum hanc substan-

tiam

tiam efficit carnem, & transit vinum in sanguinem. Chrysostomus ad epistolam 1. ad Timoth. cap. 2. ἡ προσφορὰ ἡ αὐτή ἐστι. Sacrificium idem est etsi quilibet è vulgo Sacerdotum offerat, aut Petrus, aut Paulus, idem est quod Christus discipulis dedit, & quod nunc Sacerdotes faciunt. Hoc non illo minor. Cur? Quia non homines ταύτην ἁγιάζουσι hoc sanctificant, sed ipse qui illud sanctificauit. Quemadmodum enim verba eadem sunt quæ Deus tunc dixit, & Sacerdos nunc dicit, sic idem est sacrificium, idem baptismus. Eusebius Emissenus serm. de corpore Christi. Nam inuisibilis Sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui verbo suo secreta potestate conuertit, ita dicens, accipite, & comedite, hoc est corpus meum. Chrysostomus de cœna mystica. οὐ γὰρ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ ποιῶν τὰ προκείμενα γίνεσθαι σῶμα καὶ αἷμα χριστοῦ, ἀλλ' ὁ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν χριστός· σχῆμα πληρῶν ἕστηκεν ὁ ἱερεὺς τὰ ῥήματα φθεγγόμενος ἐκεῖνα, ἡ δὲ δύναμις καὶ χάρις τοῦ θεοῦ πᾶσά ἐστι· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου φησί, τοῦτο τὸ ῥῆμα τὰ προκείμενα μεταῤῥυθμίζει. Non enim est homo qui facit proposita esse corpus & sanguinem Christi, sed Christus ipse pro nobis crucifixus. Sacerdos constitit implens formam & personam exhibens, dicensq; verba illa, virtus & gratia omnis Dei est. Hoc est corpus meum, inquit, hoc verbum proposita dona transformat. Et sicuti vox eius semel dicta, crescite & multiplicamini, & implete terrã, semel, inquam, dicta in perpetuum operatur, & opus efficitur, corroborans nostram naturam ad sobolem tollendam, sic & hæc vox, hoc est corpus meum semel dicta, per omnes mensas in Ecclesiis ex illo tempore vsque ad hoc, & ad ipsius aduentum sacrificium præparat, & facit τὴν θυσίαν ἀπηρτισμένην ἐργάζεται. Germanus Patriar. Ipse Christus verax Deus, & non deceptor dixit, Hoc est corpus meum. Hoc Spiritus sanctus διὰ τῆς χειρὸς ἱερέων, καὶ τῆς γλώττης τὰ μυστήρια τελεσιουργεῖ, per manum Sacerdotum & linguam efficit mysteria. Marcus Ephesi Episc. Ita omnes vno consensu dicunt verba Domini, & per ea nos vocant ad memoriam eorum quæ tunc facta sunt, καὶ τὴν ἁγιαστικὴν δύναμιν ἐνιᾶσι τοῖς τελουμένοις, & vim consecrantem & sanctificantem immittunt illis quæ fiunt. Postea precantur, & Sancti Spiritus gratiam vocant, vt veniens ea quæ tunc dicta sunt, illis quæ nunc fiunt, accommodet, καὶ τὰ προκείμενα τελειῶσαι καὶ πρὸς τὸ δεσποτικὸν σῶμα καὶ αἷμα μεταποιῆσαι, & proposita dona perficere, & conuertere in corpus & sanguinem Domini, & verba hæc, hoc est corpus meum fatemur seruare propriam virtutem, & ostendimus virtutem diuini sacerdotij perfectiuam esse omnis mysterij per innocationem Spiritus Sancti qui per sacerdotium operatur. Hesychius lib 2. in Leuit. cap. 8. Nisi enim Christus rogatus ore Sacerdotum ipse venerit, & cœnam sanctificauerit, & initiauerit ea quæ aguntur, nullatenus Dominicum sacrificium fiunt. Omnino vel omnes vbique patres grauissimè peccarunt, quod dictu nefas in præcipuo fidei capite, vel tu grauissimè peccas.

CASAVBONVS.

Donum siue sacrificium est symbolum corporis Christi, quod sumitur in sacra illa actione ad celebrandam memoriam mortis Christi, quod dicitur σωτήριον δῶρον, νοερὸν, μυστικὸν. Can. 5. Synod. Nicænæ, vt omni simultate sublata donum καθαρὸν, purum offeratur Deo.

BVLENGERVS.

Noua, inaudita, absurda obtrudis, qui sacrificium dicas esse symbolum corporis Christi. Vnde aut à quibus hanc sacrificij significationem mutuatus es, non à Grammaticis, non à Philosophis, non à Theologis, qui sacrificium aiunt esse oblationem rei aspectabilis, puta vituli, aut agni quæ fit ritu legitimo à Sacerdote publico, ita vt res quæ offertur, destruatur, iuguletur, mactetur, aut vratur, vt Deus rerum omnium summus Dominus agnoscatur, quas vt condidit de nihilo, ita in nihilum redigere potest. Paulus ad Hebræos 5. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus cõstituitur vt offerat Deo munera & hostias. Quemadmodum victima ipsa antequam iuguletur certo ritu à Sacerdote non est sacrificium, ita δῶρον προκείμενον, donum propositum, panis & vinum, antequam verbo Christi, & virtute Spiritus Sancti mutetur in corpus & sanguinem Christi non est sacrificium, & ipsum corpus quod datur communicantibus dicitur sacramentum, non sacrificium, quod propriè fit à Sacerdote ad altare Dei. Panem quidem non immolari fatemur, quanquam eius substantia conuertitur, sed ipsum corpus Christi quod est immolatio quodam modo in Eucharistia, & quod comeditur à Sacerdote, ita vt si corpus Christi non esset à corruptione liberum, omnino per manducationem destrueretur. Res autem spectant Philosophi vt sunt per se, non vt

sunt per accidens. Fit autem per accidens vt corpus Christi non destruatur, quia est incorruptibile, quod si non esset, vt ratio sacrificij postulat omnino destrueretur. Scio te nuperum Theologum, id satis capere non posse absisto. Chrysostomum audi homil. in mysticam cœnam. Illi veteris legis agoi inuiti mactabantur, ὁ δὲ σκιὰν θύεται, hic Christus agnus sponte immolatur. Agnus ibi est, & hic agnus, ἀμνὸς καὶ ἀμνὸς, ἀλλ' ὁ μὲ ἄλογος, ὁ δὲ λογικὸς· ϖρόβατον, καὶ ϖρόβατον. Sed ille quidem irrationalis, hic rationalis: ouis & ouis, figura & veritas. διὰ τοῦτο ἀμνὸς καὶ ἐν τῇ τραπέζῃ τῇ μυστικῇ, ἵνα τῷ αἵματι αὐτοῦ ἁγιαζόμεθα. Ideo agnus in mēsa mystica, vt eius sanguine sanctificemur. πάρεστι καὶ νῦν ὁ χριστὸς τὴν τράπεζαν κοσμῶν. Adest & nunc agnus mensam ornans. Non enim homo est qui facit ea quæ proposita sunt esse corpus & sanguinem Christi, &c. Sed ipse dixit, hoc est corpus meum. Hoc verbum dona proposita transmutat. θυσία ϖροσέρχῃ φρικτῇ καὶ ἁγίᾳ· ἐσφαγμένος ϖρόκειται ὁ χριστός. Accedis ad sacrificium tremendum & sanctum. Christus enim immolatus propositus est. Sed cogita cuius rei causa immolatus est. Quid ais? τὴν θυσίαν ἀφίσω, sacrificium dimittam. διὰ γὰρ τὴν εἰρήνην ϖρὸς τὸν ἀδελφόν σε καὶ αὐτὴ ἡ θυσία ϖρόκειται. Hoc sacrificium propositum est vt redeas in gratiam cum fratre tuo, lib. 3. ad Leuiticum quæst. 57. Augustinus. Quid sibi vult quod à sanguine sacrificiorum quæ pro peccatis offerebantur tantopere populus prohibetur, si illis sacrificiis hoc vnum sacrificium significatur, in quo vera est remissio peccatorum, à cuius sacrificij sanguine sumendo non solum nemo prohibetur, sed ad bibendum omnes exhortantur qui volunt bibere vitam. lib. 17. de Ciuit. cap. 20. In alio qui dicitur Ecclesiastes, vbi ait, Non est bonum homini nisi quod manducabit & bibet: quid credibilius dicere intelligitur, quam quod ad participationem mensæ huius pertinet, quam Sacerdos ipse mediator testamenti noui exhibet secundum ordinem Melchisedech de corpore & sanguine. Id enim sacrificium successit omnibus illis sacrificiis veteris testamenti, quæ immolabantur in vmbra futuri, &c. Quia pro illis omnibus sacrificiis & oblationibus corpus eius offertur, & participantibus ministratur.

CASAVBONVS.

Sed & illud verissimum est in illo loco Nicænæ Synodi, appellatione doni Pascha & sanctam Eucharistiam intelligi.

BVLENGERVS.

Mirum est, te bene loqui, qui malè sentias: per Pascha intelligis nudum symbolum panis & vini. Chrysostomum audi homil. 83. in cap. 26. Matth. μετὰ δὲ φαγεῖν τὸ νομικὸν πάσχα ϖαραδίδωσι τὸ μυστήριον. Post legale pascha manducatum dat illis mysterium, dicens, accipite, manducate, hoc est corpus meum. Quoniam deinceps legalia cessare & finiri oportuit, καὶ ἐφ' ἑτέραν μεταβαίνειν τράπεζαν φρικωδεστάτην τῆς καινῆς διαθήκης, & nouum testamentum ad mensam aliam magis tremendam transire. Sanguinem noui testamenti vocat, quia vt vetus habuit oues & vitulos, οὕτω καὶ αὐτὴ τὸ αἷμα τὸ δεσποτικόν, ita & nouum habet sanguinem Domini. Origenes ad id Lucæ, desiderio desideraui. ἔφαγε μὲν τὸ πάσχα τυπικὸν, ἤτοι τὸ νομικόν. ἡμῖν δὲ καταλέλοιπε πάσχα ἐπουράνιον τελεῖν. ὥσπερ γὰρ τὸ ϖρόβατον ἦν ϖρότερον, δεύτερον δὲ ὅπερ οἱ μυστικοὶ ἴσασι. Comedit pascha typicum seu legale. Nobis reliquit faciendum pascha cœleste, vt enim agnus erat prius, ita secundum quod norunt mystici. 1. Cor. 5. Nam pascha nostrum immolatus est Christus. Ambrosius in cap. 7. Lucæ. Quando sacrificamus Christus adest, Christus immolatur: nam Pascha nostrum immolatus est Christus. Augustinus lib. 2. contra literas Petiliani cap. 37. Aliud est pascha quod Iudæi de oue celebrant, aliud quod nos in corpore & sanguine Domini accipimus. Hieronymus in cap. 26. Matth. Postquam typicum pascha impletum est, accepit panem qui confortat cor hominis, & ad verum Paschæ transit sacramentum. Epiphanius ὅτι τὴν θύσομεν τρόπον. δύο θυσίαι κατ' αὐτὴν τὴν ἑσπέραν ἐπετελοῦντο, καὶ ὁ μὲ ἰουδαῖος ἐδέσμει θῦμα ἀμνὸν ἐν σφαγῇ, ὁ δὲ ἐξ ἐθνῶν θεὸν ἐν σαρκὶ, καὶ ὁ μὲ τῇ σκιᾷ ἠτένιζεν, ὁ δὲ τῷ ἡλίῳ καὶ θεῷ ϖροσέτρεχε. Duo sacrificia sub vesperam fiebant. Et Iudæus quidem ligabat sacrificans agnum ad immolandum, gentilis sacrificans Deum in carne, & ille in vmbram intendebat oculos, ille & ad Solem & Deum accurrebat. Chrysost serm. 2. de paschate πάσχα γήινον ἑορτάζοντες ἰουδαῖοι τὸ οὐράνιον ἀρνησάμενοι, Pascha terrestre celebrant Iudæi qui cœleste negarunt, nos verò celebratores cœlestis pascha, terrestre transgressi sumus. De prodit. Iudæ. τὸ ἰουδαίων πάσχα οἱ μαθηταὶ ϖαρεσκεύασαν, τὸ δὲ τὸ ἡμέτερον αὐτὸς κατεσκεύασεν, οὐ μόνον δὲ αὐτὸ κατεσκεύασε, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς πάσχα ἐγένετο. Iudæorum pascha discipuli præpararunt, illud autem nostrum ipse præparauit, non modo ipsum præparauit, sed ipse pascha fuit. Loqui ut

quitur de cœna Domini. καὶ γὰρ τύπος ἦν ἐκεῖνος ὁ ἀμνὸς ἑτέρου ἀμνοῦ πνευματικοῦ, καὶ πρόβατον προβάτου, τὸ μὲν σκιά, τὸ δὲ ἀλήθεια· διὰ τοῦτο ἐν αὐτῇ τῇ τραπέζῃ ἑκάτερον γίνεται τὸ πάσχα, καὶ τὸ τύπου, καὶ τὸ τῆς ἀληθείας. Etenim ille agnus Iudæorum typus erat alterius agni spiritalis, & ouis figura ouis, ille erat vmbra, hic agnus erat veritas. Ideo in eadem mensa vtrumque fit Pascha & typicus, & verus. Audis Christum agnum in mensa eadem fuisse cum typico agno. ἐπὶ τῆς αὐτῆς τραπέζης καὶ τὸ τυπικὸν πάσχα ὑπέγραψε, καὶ τὸ ἀληθινὸν προέθηκε. Cyprianus de cœna Domini, consumpto agno quod antiqua traditio proponebat, inconsumptibilem cibum magister apponit, immortalitatis alimonia datur à communibus cibis differens, corporalis substantiæ retinens speciem, sed virtutis diuinæ inuisibili efficientia probans adesse præsentiam. Athanasius Homil. εἰς τὸ βασίλειον ἱεράτευμα· ἡ τράπεζα γέμει, μηδεὶς ἐξέλθῃ πεινῶν· ὅτι τὸ πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χριστός. ἀντλήσατε ἐκ τῆς ἀενάου πηγῆς τοῦ σωτῆρος. Mensa plena est, nemo famelicus exeat, quia Pascha nostrum immolatus est Christus. Haurite ex fonte inexhausto seruatoris. Chrysostomus orat. 2. εἰς τὰ Βαΐα. ἵνα τὸ πάσχα τυθῇ ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστός, ὅπως οἱ τῷ τιμίῳ αὐτοῦ αἵματι ῥαντιζόμενοι, καὶ τὰ χείλη ὡς φλιὰς σφραγιζόμενοι ἐκφύγωσι τοῦ ὀλοθρευόντος τὰ βέλη. Vt pascha immoletur pro nobis Christus. Vt qui pretioso sanguine eius irrigati sunt, & labia quasi limina sanguine eius signata habent, effugiant tela occidentis. Homil. in mysticam cœnam. Agni Iudæorum inuiti mactati, hic sponte immolatur. διὰ τοῦτο ἀμνὸς καὶ ἐν τῇ τραπέζῃ τῇ μυστικῇ, ἵνα τῷ αἵματι αὐτοῦ ἁγιαζώμεθα. Ideo agnus est in mensa mystica, vt eius sanguine sanctificemur. Theodoretus lib. De dubiis script. τὸ πάσχα ὁ μὲν Φίλων ἑρμηνεύει διαβατήρια, ὁ δὲ Ἰώσηπος ὑπέρβασιν, ὁ δὲ Σύμμαχος ὑπερβάσεις, ὁ δὲ Θεοδοτίων φασέχ. σημαίνει δὲ τὸ ὄνομα πρωτοτόκων τὴν σωτηρίαν· ἡμᾶς γὰρ τοῦτον ἄμωμον ἀμνὸν θύοντας. Pascha Philo interpretatus & transitus sacrificium, Iosephus supergressionem, Symmachus egressus Theodotion Phasech. Significat autem nomen primogenitorum salutem. Nos igitur qui agnum immaculatum sacrificamus oportet nosse typum qui ante descriptus erat. Vngimus enim & nos sanguine nostri agni, non modo limen, χρίομεν τῷ αἵματι τοῦ ἡμετέρου ἀμνοῦ, sed & duos postes, secundum id quod videtur linguam & labia purgantes, & sanctificantes. Secundum id quod intelligitur pro limine rationalem animi partem, pro duobus postibus, concupiscentem & irascentem. Andreas Cretensis εἰς τὰ Βαΐα· ποῖον πάσχα; τὸ νομικὸν, καὶ τὸ μυστικὸν, εἰ βούλει, τὸ μὲν τῆς γνώσεως, τὸ δὲ τῆς πράξεως, τὸ μὲν ὡς πρόβατον ἐσθιόμενον, τὸ δὲ ὡς ἄρτος καὶ θῦμα, εἰς παντὸς τοῦ κόσμου κάθαρσιν μεταλαμβανόμενον. Quale Pascha. Legale & mysticum si vis. Alterũ quidem cognitioni, seu contemplationi, alterum actioni. Alterum vt ouis quæ comeditur, alterum vt panis & sacrificium quod participatur ad totius mundi purgationem. Vides, Casaubone, Patres ita sentire, in Christi suprema cœna, duos agnos mensæ appositos, alterum typicum & legalem, alterum typo significatum, ipsissimum Domini corpus quod ipse immolatum discipulis suis præbuit comedendum. Quod apud Epiphanium ἅγιον δῶρον de Eucharistia interpretaris, probo.

CASAVBONVS.

Aliquando patribus Eucharistia dicitur δῶρον ἐξιτήριον, donum à discedente datum, vt Basilius homilia de caritate.

BVLENGERVS.

Non id fugit tuam diligentiam, quam ego Eusebij Emisseni verbis adiuuabo in ser. de corpore Christi. Citatur à Gratiano dist. 2. de consecrat. can. Quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis nostris & sideribus illaturus, necessarium erat vt die cœnæ sacramentum nobis corporis & sanguinis sui consecraret, vt coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in pretium, vt quia quotidiana & indefessa curebat pro hominum salute redemptio, perpetuaesset etiam redemptionis oblatio, & perennis victima illa viueret in memoria, & semper præsens esset in gratia, vere vnica & perfecta hostia, fide æstimanda non specie, nec exteriori censenda visu, sed interiori affectu. Vnde merito cœlestis confirmat auctoritas quod caro mea vere est cibus & sanguis meus vere est potus. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum, quando quidem qui auctor est muneris, ipse etiam testis est veritatis. Nam inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui verbo suo secreta potestate conuertit, ita dicens, Accipite & manducate.

CASAVBONVS.

SIc scribit Gaudentius in secundo tractatu, vere istud est hereditarium munus testamenti eius noui, quod nobis ea nocte qua tradebatur crucifigendus, tanquam pignus suæ præsentiæ reliquit.

BVLENGERVS.

VEre nobis pignus præsentiæ suæ reliquit, qui corpus suum verum ac reale, & pretiosum sanguinem in Eucharistia reliquit. Quod adhuc satis probaui. Sed quia video te symbolis tuis, ac figuris, quasi trabalibus clauis affixum, cuneos nouos afferam è patribus, quibus tui illi claui si potes trudantur, & ex vmbra ad solem, è figuris corporis ad verum corpus emergere possis. Augustinus De verbis Domini in euangelio secundum Matthæum, Multi denique qui vel corde ficto carnem illam manducant, cum manducauerint & biberint apostatæ fiunt. lib. 2. De vtilit. Pœnitent. cap. 1. Petrus annunciauit colendum eum quem crucifixerunt, vt eius sanguinem nossent bibere credentes, quem effuderant sæuientes. Ad Psal. 33. Dominus noster magnus est, qui nobis dedit manducare corpus suum, in quo tantum perpessus est, & sanguine bibere. ad Psal. 93. Quando de ipso numero Iudæorum crediderunt, & donatus est illis sanguis Christi. Fuderunt pretium suum, vt biberent pretium suum. lib. de visit. infir. cap. 4. Illud viuificum Dominici corporis supplementum suscipere non renuas, quin potius illud fideliter comedas. Cibus ille redemptionis tuæ pretium est. Sermone de verbis Euang. apud Bedam in 1. ad Corinth, non omnis panis sed accipiens benedictionem fit corpus Christi. lib. de Salut. Documentis. Dominus noster Iesus Christus se nobis edendum tribuat, secundum quod dixit, Ego sum panis vitæ qui de cœlo descendi, qui manducat carnem meam. &c. Vnusquisque antequam corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi accipiat se ipsum probet ser. 140. de tempore, Noluit agnosci nisi ibi propter nos, qui non eum visuri eramus in carne, & tamen manducaturi eius carnem. In lib. Meditation. Gratias tibi ago pro sacrosancto & viuifico mysterio corporis & sanguinis eius, quo quotidie in Ecclesia pascimur, & potamur, abluimur & sanctificamur, & vnius summæ diuinitatis participes efficimur. li. de baptismi gratia c. 4. Si facta Iudæ imitatis, si sanguinē Christi non cum timore & tremore accipis. Si autem sanguinem Christi cum reuerentia percipis &c. Vt pulcra permaneas carnem eius quotidie manducabis, vt vitam æternam habeas, sanguinem eius potabis: vide ne deteras hanc mensam. Mensa sponsi tui panem habet integrum, & calicem sanctum, quem panem etsi fractum comminutumque vidimus in passione, integer tamen mansit in illa sua cum patre indiuidua vnitate. De isto pane, & de isto calice dicebat ipse Dominus, panis quem ego dedero, caro mea est pro sæculi vita Et calix quem sanctificaui o sanguis meus est, &c. Tractatu 32. in Ioan. & 84 Salomon ait, Si sederis cœnare ad mensam potentis considerans intellige quæ apponantur tibi. Nam quæ est mensa potentis nisi vnde sumitur corpus & sanguis eius, qui animam suam posuit pro nobis, &c. Vt autem quispiā viuat propter me participatio facit qua manducat me. Gaudentius quem citas, Ipse, inquit, naturarum creator & Dominus, qui producit de terra panem, de pane rursus quia & promisit & potest, efficit proprium corpus, & qui de aqua vinum fecit, de vino sanguinem suum facit. Augustinus lib. de fide ad Petrum Diacon. c 18. Firmissime tene, & nullatenus dubites ipsum vnigenitum Deum verbum carnem factum se pro nobis obtulisse sacrificium & hostiam Deo in odorem suauitatis &c. cui nunc id est, tempore noui testamenti cum Patre & Spiritu Sancto cum quibus illi est vna diuinitas sacrificium panis & vini in fide & caritate sancta Ecclesia Catholica per vniuersum orbem terræ offerre non cessat. In illis enim carnalibus victimis figuratio fuit carnis Christi, quam pro peccatis nostris ipse sine peccato fuerat oblaturus, & sanguinis quem erat effusurus in remissionem peccatorum nostrorum. In isto autem sacrificio gratiarum actio, atque commemoratio est carnis Christi quam pro nobis obtulit, & sanguinis quem pro nobis idem Deus effudit, &c. lib. 22. de ciuit. Dei c. 8. Vir tribunitius Hesperius habet apud nos fundum, vbi cum afflictione animalium & seruorum domum suam spirituum malignorum vim noxiā perpessus comperisset, rogauit nostros me absente presbyteros, &c. perrexit vnus, obtulit ibi sacrificium corporis Christi, orans quantum potuit. vt cessaret illa vexatio, Deoque protinus miserante cessauit lib. 17. de ciuit. c. 20. Quid credibilius dicere intelligitur quam quod ad participationem mensæ huius pertinet, quam & sacerdos ipse mediator noui testamenti exhibet secundum ordinem Melchisedech de corpore & sanguine suo. Pro omnibus enim sacrificiis

veteris

veteris testamenti corpus eius offertur & participantibus ministratur. Serm. 46. de verbis Domini In Euang Qui manducant carnem Domini, & bibunt sanguinē eius, cogitent quid manducent, & quid bibant, ne sicut Apostolus dicit, iudicium sibi manducent & bibant. Christus quotidie pascit. Mensa ipsius est illa in medio constituta, &c. Qui autem vxores nondum habetis, & tamen ad mensam Dominicam acceditis, & carnem Christi manducatis, & sanguinem bibitis lib. de ecclesiast. dogmatis. Hoc sacrificium non in merito consecrantis, sed in verbo efficitur creatoris; nec bonorum dispensatorum meritis ampliatur, nec malorū attenuatur. serm. de sacram. altaris. Iteratur quotidie hæc oblatio, licet Christus semel passus sit, ideo quia quotidie labimur Christus pro nobis mysticè immolatur. serm. 11. de sanctis ad hæc verba, sub ara vidi animas occisorū, sub ara in qua Deo sacrificium celebratur. in qua offerūtur hostiæ, in qua Dominus est sacerdos. Merito animæ iustorū sub altari requiescūt, quia super altare corpus Domini offertur. ad Psal. 33. ser. 2. Nondum enim erat sacrificiū corporis & sanguinis Domini, quod fideles norunt, quod sacrificium nūc diffusum est toto orbe terrarū. lib. 4. de Trinit. c. 14. Agit de vero sacrificio quod non nisi Deo legitimè offerri potest, mox de sacrificio Ecclesiæ, dicitque, Quis est tam iustus & sanctus Sacerdos quàm vnigenitus Dei Filius, & quid tam gratè offerri & suscipi posset, quàm caro sacrificij nostri corpus effectum Sacerdotis nostri. Agnoscentibus & ipsa humilitate bibentibus pretium suum. lib. 10. aduersus Faustum cap. 10. legendus, & serm. de sacram. fidelium.

CASAVBONVS.

PAtres Eucharistiam appellant δῶρον donum nempe Spiritus Sancti, cuius efficacia perficitur illa communio, in qua positus est huius sacramenti fructus.

BVLENGERVS.

VErba tua suspensa sunt, & in incertum, ambiguumque implicantur. Communionem cum corpore Christi mystico intelligis, nos cum corpore vero Christi quo alimur, vt immortalitatis & resurrectionis gratia caro nostra mortalis donetur. Supra satis id à me ostensum est. De fructu sacramenti huius quod quæris, Patres audi. Chrysostomus serm. 2. de Pasch. ἀσεβείας γὰρ ὑπόδικοί εἰσιν εἰς τὸν κύριον οἱ μὴ παρέχοντες ἐπιτήδειον τὸ σῶμα πρὸς τὴν ἀνάκρασιν τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅπερ ἡμῖν ἔδωκεν, ἵνα πρὸς αὐτὸ κιρνάμενοι πρὸς τὸ πνεῦμα ἅγιον ἀνακιρνώμεθα. Impietatis rei sunt in Dominum ij, qui non præbent corpus idoneum, vt commisceatur cum corpore eius, quod nobis dedit, vt cum ipso admisti, & cum Spiritu sancto coniungamur: quoniam ideo verbum Dei se ipsum in corpus omnino dedit, & caro factus est, vt quando coniungi cum eo qua verbum Dei est non poteramus, eius certè carnis participes essemus, nostram carnem coniungentes cum eius spiritali carne, & spiritum cum spiritu. Gregorius Nyssen. in magna catechef. vt quibus ex insidijs venenatum poculum datum est, alio medicamento salutari vim noxij ac exitialis extinguunt. Oportet autem poculum salutare in humana viscera demitti, sicuti venenatum demissum est. Ita cùm degustauerimus, id quod naturam nostram dissoluit, πάλιν ἀναγκαίως καὶ τοῦ συνάγοντος τὸ διαλελυμένον ἐπεδεήθημεν, rursum necessario eguimus remedio quod sarciret id quod dissolutum est, vt cum eiusmodi pharmacum salutare in nobis esset, propria virtute expelleret noxiam, quam venenatum poculum corpori intulerat. Quid autem illud fuit. οὐδὲν ἕτερον ἢ ἐκεῖνο τὸ σῶμα ὃ τοῦ θανάτου κρεῖττον ἐδείχθη, καὶ τῆς ζωῆς ἡμῖν κατήρξατο. Nihil aliud nisi corpus illud quod morte valentius fuit, & vitam nobis primum omnium inseruit. Sed corpus illud aliter in nostro corpore esse non potuit, quàm si per manducationem & potum visceribus nostris immisceretur. Igitur necesse fuit, quo modo commode secundum naturam fieri potuit, vt viuificam virtutem corpore exciperemus: μόνου δὲ τοῦ θεοδόχου σώματος ἐκείνου ταύτην δεξαμένου τὴν χάριν, ἄλλως δὲ δειχθέντος μὴ εἶναι δυνατὸν ἐν ἀθανασίᾳ γενέσθαι τὸ ἡμέτερον σῶμα, εἰ μὴ διὰ τῆς πρὸς τὸ ἀθάνατον κοινωνίας, Cùm autem solum illud corpus quod Deum excepit hac gratia præditum fuerit, & fieri aliter non possit, vt nostrum corpus immortalitate beetur, nisi per communionem cum immortali corpore particeps immortalitatis factum fuerit, &c. At quia cum vero corpore Christi per Eucharistiam coniungimur, & omnes vnum & idem corpus Domini participamus, vnum etiam inter nos corpus mysticum efficimur, vt docet Chrysostom. homil. de mystica cœna. καὶ τότε προσελθὼν μετέχει τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ χριστοῦ. διὰ τοῦτο ἦλθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα καταλλάξῃ ἡμῶν φύσιν τῷ πατρί· οὗτος γὰρ ἐμπλέκει τὰς διανοίας ἡμῶν, καὶ ποιεῖ γενέσθαι σῶμα ἕν, καὶ μέλη χριστοῦ ἐπεὶ καὶ ἑνὸς σώματος μετέχομεν ἅπαντες. Et tunc cum in

gratiam redietis cum fratre tuo communicato corpori & sanguini Christi. Ideo venit filius hominis vt reconciliaret hominum naturam Patri. Ille nostras voluntates nectit inter se, & facit nos esse vnum corpus & membra Christi, quia vnum corpus Christi participamus omnes. Cyrillus lib. 4. in Ioan. cap. 14. Non enim possunt cum sanctificatione beatæ vitæ fidei participes esse, qui per mysticam benedictionem Iesum non susceperunt. Vita enim secundum naturam ille est, qui ex viuo patre genitus est. Sed non minus corpus quoque eius viuificat, Quoniam igitur Saluatoris caro verbo Dei quod naturaliter vita est coniuncta viuifica effecta est, quando eam comedimus, tunc vitam habemus in nobis illi coniuncti quæ vita effecta est. Quod si solo tactu eius corrupta redintegrantur, quomodo non viuemus qui carnem illam & gustamus & manducamus: reformabit enim omniuo ad immortalitatem participes sui. Nec velis Iudaicè quærere quomodo, sed recordare quamuis naturaliter aqua frigidior sit, accessu tamen ignis eam exuto frigore æstuare. Oportuit enim certè vt non solum anima per Spiritum Sanctum in beatam vitam ascenderet, verum etiam vt rudè atque terrestrè hoc corpus cognato sibi gustu, tactu & cibo ad immortalitatem reduceretur. Idem cap. 16. Sanctum verò Christi corpus ad immortalitatem, & vitam æternam nutriens cibus est, & verus est potus sanguis Christi quo radicitus mors euertitur atque destruitur. Non enim hominis simpliciter sanguis est, sed eius qui naturali vitæ coniunctus vita effectus est. Propterea corpus & membra Christi sumus, quia per hanc benedictionem ipsum filium Dei suscipimus. cap. 17. Sicut enim si quis liquefactæ ceræ aliam ceram infuderit alteram cum altera per totum commisceat necesse est, sic si quis carnem & sanguinem Domini recipit, cum ipso ita coniungitur, vt Christus in ipso, & ipse in Christo inueniatur.

CASAVBONVS.

PAtres per sacramentalem panis eius manducationem coniungi nos Christo capiti nostro docent.

BVLENGERVS.

OStendi sacramentali panis manducatione, vt tu loqueris, verum & reale corpus Christi sacro Sacerdotum ore confectum in Ecclesia Catholica manducari. Ambrosium audi ad cap. 5. epist. ad Hebræos. Huius ordinem sacrificij corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi per mysticam similitudinem Melchisedech instituit. cap. 1. lib. 6. Sicut verus est Dei filius Dominus noster Iesus Christus non quemadmodum homines per gratiam, sed quasi filius ex substantia patris; ita vera caro, sicut ipse dicit, quam accipimus, & sanguis eius verus est potus. Fortè dicas quomodo vera, qui similitudinem video, non video sanguinis veritatem. Primo omnium dixi tibi de sermone Christi qui operatur, vt possit mutare & conuertere genera & instituta naturæ. Ne igitur plures hoc dicerent, veluti quidam esset horror cruoris, sed maneret gratia redemptionis, ideo in similitudinem quidem accipis sacramentum, sed veræ naturæ gratiam virtutémque consequeris. Ego sum, inquit, panis viuus qui de cœlo descendit. Sed caro non descendit de cœlo, hoc est, carnem in terris assumpsit ex virgine, quomodo ergo descendit panis è cœlo, & panis viuus? Quia idem Dominus noster Iesus Christus consors est & diuinitatis & corporis. Et tu qui accipis panem, diuinæ eius substantiæ in illo participaris alimento li. 12. de offic. c. 28. Tunc vas Dominici sanguinis agnosco, cum in vtroque videro redemptionē, vt calix ab hoste redimat, quos sanguis ab hoste redemit. Agnosco infusū auro sanguinē Christi irrutilasse. Ad cap. 5. Lucæ. Ieiunare non possumus, quia Christū habemus, & Christi carnem epulamur, & sanguinem. cap. 9. de iis qui initiantur myst. Sermo Christi qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quæ sunt in id mutare quod non erant. Ipse clamat Dominus Iesus, hoc est corpus meum. Ante benedictionem verborum cœlestium alia species nominatur, post consecrationem corpus Christi significatur. Ipse dixit sanguinem suum. Ante consecrationem aliud dicitur, post consecrationem aliud nuncupatur. Et tu dicis Amen, hoc est verum est. Quod os loquitur, mens interna fateatur. lib. 4. cap. 4. de Sacram. Tu fortè dicis meus panis est vsitatus. Sed panis iste panis est ante verba sacramentorum, vbi accesserit consecratio de pane fit caro Christi. Hoc igitur astruamus. Quomodo potest qui panis est corpus esse Christi? Consecratione. Consecratio igitur quibus verbis est, & cuius sermonibus? Domini Iesu.

CASAVBONVS.

PAtres Baptiſmum & ſacramentum corporis Chriſti docent eſſe neceſſaria ex ordinatione Dei. Propterea hæc diuinitus inſtituta ſacramenta vocarunt ἐφόδια, viatica.

BVLENGERVS.

OPtime. Concil. Nicæno can. περὶ δὲ τῶν ἐξοδευόντων ὁ παλαιὸς καὶ κανονικὸς νόμος φυλαχθήσεται καὶ νῦν, ὥστε εἴ τις ἐξοδεύοι, τοῦ τελευταίου καὶ ἀναγκαιοτάτου ἐφοδίου μὴ ἀποστερεῖσθαι. De his qui vita excedunt antiqua lex & canonica nunc quoque ſeruabitur, vt ſi quis excedat, poſtremo & maximè neceſſario viatico non priuetur. In Concil. Carthag. 4. can. 78. ἐφόδιον Euchariſtia vocatur. tomo 3. Concil. in epiſtol. 3. Sixti P. R. Baſſus à Synodo condemnatus eſt, ita tamen vt in vltima die viaticum ei non denegetur. Synesius ep. 67. ad Theophil. εἰ περιστῆ λάσθαι λαμπωνιανῷ τὸ χρεών, καὶ ἡ κυρία παρεῖναι δοκεῖ πᾶσιν ἐφῆκα τοῖς τότε παρεσομένοις πρεσβυτέροις κοινωνίας αὐτῷ μεταδοῦναι. Si accederet mortis neceſſitas Lamponiano, etſi certus dies mortis videretur adeſſe permiſſi omnibus presbyteris qui tunc aderunt, vt ei communionem adminiſtrent in Liturgiis, ὡς γίνεται ἡ μετάληψις τῶν ἁγιασμάτων εἰς ἐφόδιον ζωῆς αἰωνίου. Vt ſit nobis participatio rerum ſanctificatarum in viaticum vitæ æternæ. Ideo reliquiæ & fragmenta Euchariſtię ſeruabantur in Paſtophoriis. Clemens Romanus ep. 2. apud Burchardum, & apud Gratianum diſt. 2. de Conſec can. 23. Tribus gradibus commiſſa ſunt ſacramenta diuinorum ſecretorum, id eſt, presbytero, Diacono & miniſtro qui cum timore & tremore reliquias corporis Domini debent cuſtodire fragmentorum, ne quæ putredo in ſacrario reperiatur, ne cum negligenter agitur portioni corporis Domini grauis inferatur iniuria. Adorabant enim & venerabantur in reliquiis illis totum corpus Chriſti, quas ideo cum timore & tremore colligebant. Auguſt. ep. 118. cap. 3. Apoſtolus indigne dicit acceptum ab eis qui hoc non diſcernebant à cæteris cibis, veneratione ſingulariter debita. Continuo quippe cum dixiſſet, iudicium ſibi manducat & bibit, addidit vt diceret, non diiudicans corpus Domini. Chryſ. hom. 24. in 1. Cor. Hoc corpus in præſepi adorarunt magi, & cum metu & tremore venerati ſunt. Tu non in præſepi vides, ſed in altari. Διαναστήσωμεν τοίνυν ἑαυτοὺς καὶ φρίξωμεν, καὶ πολλῷ τῶν βαρβάρων ἐκείνων πλείονα ἐπιδειξώμεθα τὴν εὐλάβειαν. Erigamus igitur nos ipſos, & horreamus, & oſtendamus maiorem obſeruantiam, & cautionem quam iſti barbari. Auguſtin. epiſt. 120. cap. 27. Et ipſi quippe adducti ſunt ad menſam Chriſti, & accipiunt de corpore & ſanguine eius, ſed adorant tantum, non etiam ſaturantur. Ad Pſal. 21. expoſ. 1. Manducauerunt corpus humilitatis Domini ſui etiam diuites terræ, ſed tantum adorauerunt. Ad Pſal. 98. Nemo manducat carnem iſtam niſi prius adorauerit. Ambroſius lib. 3. de Spiritu c. 3. per ſcabellum terra intelligitur, per terram autem caro Chriſti quam hodie quoque in myſteriis adoramus. Theodor. Dial. 2. νοεῖται δὲ ἅπερ ἐγένετο, καὶ πιστεύεται, καὶ προσκυνεῖται, ὡς ἐκεῖνα ὄντα ἅπερ πιστεύεται. Symbola poſt conſecrationem à ſua natura non diſcedunt, manent enim in propria eſſentia formæ & ſpeciei, & videri tangique poſſunt, vt prius. Intelliguntur tamen id eſſe quod facta ſunt, & adorantur, & creduntur, vt quæ ſint illa quæ creduntur. Optime Gaudentius cuius verba hæc aſcribis ex tractatu 2. Hoc illud eſt viaticum noſtri itineris, quo in hac via alimur, ac nutrimur, donec ad ipſum pergamus de hac vita recedentes. Vnde dicebat idem Dominus, niſi manducaueritis meam carnem. Viaticum illud oſtendit Gaudentius eſſe corpus Chriſti quo alimur, non myſtica ſymbola, quia Chriſtus dixit, Niſi manducaueritis carnem meam, &c. Manducamus tamen carnem Chriſti in ſacramento, id eſt, ſigno panis tectam, vt docet Auguſtinus tract. 27. in Ioann. Hoc ergo totum ad hoc nobis valeat dilectiſſimi, vt carnem Chriſti & ſanguinem eius non edamus tantum in Sacramento, quod & multi mali, ſed vſque ad ſpiritus participationem manducemus & bibamus. Hierony ad Pſal. 109. Quomodo Melchiſedech Rex Salem obtulit panem & vinum, ſic & tu offeres corpus & ſanguinem tuum, verum panem & verum vinum. Idem ad c. 26. Matth. vt quomodo in Præfiguratione eius Melchiſedech ſummi Dei ſacerdos panem & vinum offerens fecerat, ipſe quoque veritatem ſui corporis & ſanguinis repræſentaret, id eſt præſentem faceret. Nam id ſignificat repræſentare. Sueton in Claudio, repræſentaturus pro opera dignam cuique mercedem. Tertul. lib. de patientia. Cum etiam diſcipuli tam contumelioſo oppido cœleſtes ignes repræſentari voluiſſent. lib. de reſurrect. carnem etiam idcirco repræſentandam eſſe iudico.

AD CAPVT LIII.

EXERCITAT. XVI.

CASAVBONVS.

Scriptum est 2. Cor. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus. Hinc factum est vt & Christus ipse appelletur pascha, & hoc sacramentum de quo ipse dixit, hoc est corpus meum.

BVLENGERVS.

Iterum dicam, loqueris cum Catholicis, & cum Catholicis non sentis. Catholici locum illum Pauli non de crucis sacrificio, sed de eo quod in cœna Domini factum est, vbi Christus est immolatus, accipiunt. Tu idem loqueris, & Christum ipsum appellari pascha fateris, sicut & sacramentum ipsum vocatur Pascha, de quo ipse dixit, hoc est corpus meum, & tamen præuaricaris, quia sacramentum corporis Christi verum esse corpus Domini negas, sed solum signum Christi realiter absentis. Contra patres sub signis verum esse corpus Christi, substantiam panis in substantiam corporis Christi transire, verum agnum nouæ legis in altari esse, verum Pascha fatentur, vt supra docui. Hieronymus ad c. 1. ep. ad Tit. Tantum interest inter panes propositionis & corpus Christi, quantum inter imaginem & veritatem, inter exempla verorum, & ea ipsa quæ per exemplaria præfigurabantur. Ad Psal. 80. Dilatate ora vestra, ipse est Dominus, & panis ipse hortatur nos vt comedamus, & ipse noster cibus est. Ad c. 66. Isaiæ, Nec comedunt carnem Iesu, nec bibunt sanguinem eius, de quo ipse loquitur, Qui manducat carnem meam &c. quia Pascha nostrum immolatus est Christus, qui intus comeditur, & in vna domo. Ad cap. 16. Ezechiel. Comesturi agnum, & ad Christi sanguinem præparati, ad cap. 43. Ezechiel. Apostolus dicit, Probet autem se homo, & sic accedat ad corpus & sanguinem Domini epist. 62. ad Theoph. Si munera nostra absque pace offerre non possumus. Chrysost. homil. Ieiunium quadragesimæ non sufficere ad commun. ἰδοὺ προλέγω καὶ διαμαρτύρομαι, μηδεὶς τῶν ἐχόντων ἐχθρὸν προσίτω τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ, καὶ δεχέσθω τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ· βούλει προσελθεῖν, καταλλάγηθι, καὶ τότε τοῦ σώματος ἅψαι τοῦ ἱεροῦ. Ecce prædico & testificor, nemo ex iis qui habent inimicum accedat ad sacram mensam, & accipiat corpus Christi. Vis accedere, in gratiam redi, & tunc tange sacrum corpus. Chrysostomus homil. 24. in 1. ad Corinth. Abeuntibus hinc nobis cum hoc sacrificio liber aditus in cœlum patebit. Ipse in terra id tibi videndum præbeo, quod omnibus quæ in cœlo sunt dignius est. Sicut enim in aulis regum non tectum, sed ipsum regis corpus in throno sedentis est dignissimum, ita & in cœlo corpus regis dignissimum est, quod hoc tempore in terra ostenditur. Non enim tibi angelos, archangelos & cœlos, sed Dominum horum omnium tibi commonstro. Si tibi daretur baiulandus infans regius cum ornatu, purpura, diademate, omnia humi abiiceres, vt eum ferres. νυνὶ δὲ οὐ παιδίον ἀνθρώπου βασιλικόν, ἀλλὰ αὐτὸν τὸν μονογενῆ λαμβάνων τοῦ θεοῦ παῖδα οὐ φρίττεις εἰπέ μοι, Nunc autem non filiolum hominis regium, sed ipsum vnigenitum accipiens Dei filium, non exhorrescis dic mihi. Homil. 6. ad popul. Antiochen Quod angeli vident cum metu & tremore, illo nutrimur, & cum illo coniungimur. lib. 3. de Sacerdot. τότε καὶ ἄγγελοι παρεστήκασι τῷ ἱερεῖ, καὶ οὐρανίων δυνάμεων ἅπαν τὸ βῆμα, καὶ ὁ περὶ τὸ θυσιαστήριον πληροῦται τόπος εἰς τιμὴν τοῦ κειμένου. Tunc & angeli adsistunt sacerdoti, & omne tribunal cœlestium potestatum, & locus circa altare impletur in honorem eius qui in altari positus est. Homil. 60. ad popul. Antioch. Non sunt opera virtutis humanæ, locum ministrorum implemus, qui dona proposita sanctificat, & mutat est Christus. Qui dixit hoc est corpus meum, verbum re & facto ipso probauit. Homil. ad Neophyto Iam si hostis viderit sanguinem non postibus illitum, sed sanguinem veritatis in ore fidelium splendentem, abscedet ocyus. Si enim angelus cessit figuræ, quanto magis veritati cessurus est. Homil. 2. in 2. ad Ephes. De altari Domini loquens, τοῦτο μὲν γὰρ θαυμαστὸν διὰ τὴν ἐπιτιθεμένην αὐτῷ θυσίαν, ἐκεῖνο δὲ τὸ τοῦ ἐλεήμονος, οὐ διὰ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅτι σύγκειται ἐξ αὐτῆς θυσίας τῆς τοῦτο ποιούσης· θαυμαστὸν γὰρ πάλιν. λίθος μέν ἐστι τὴν φύσιν, ἅγιον δὲ γίνεται, ἐπειδὴ σῶμα δέχεται χριστοῦ· ἐκεῖνο δὲ ἐπειδὴ σῶμά ἐστι χριστοῦ. Comparat inter se altare Domini, & pauperes quos esse ait etiam altare

Domi

Domini, & ait. Hoc quidem altare admirandum est propter sacrificium quod in eo ponitur. Illud autem misericordis altare, non tantum propter hoc, sed quia conflatū est ipso sacrificio quod illud altare facit. Rursum admirandum est. Lapis enim est natura, sed sanctum est altare quia recipit corpus Christi: Illud autem misericordis altare sanctum est, quia est corpus Christi. σὺ δὲ τὸ μὲν θυσιαστήριον τοῦτο τιμᾷς, ὅτι δέχεται τὸ χριστοῦ σῶμα. Tu autem illud quidem altare honoras quia recipit corpus Christi, sed contemnis illud quod est ipsum corpus Christi. Homil. 24. in cap. 9. epist. 1. ad Corinth. Non enim ex alio corpore tu, ex alio autem iste alitur, sed ex eodem omnes. Non enim simpliciter dedit corpus suum, sed quia prior corporis natura formata è terra per peccata morte præuenta fuerat, aliam quasi massam, aliud fermentum induxit, τὴν ἑαυτοῦ σάρκα, φύσει μὲν οὖσαν τὴν αὐτὴν, suam ipsius carnem natura quidem eandem, sed peccati immunem & vitæ plenam, & eam omnibus dedit participandam, vt ea nutriti, & priorem mortuum deponentes in vitam æternam per istam mensam admisceamur. Ad hoc enim nos ducit sacrificium illud terribile & tremendum. Si purpuram regiam manibus pollutis attingere non audeas, πῶς τὸ σῶμα τοῦ ἐπὶ πάντων θεοῦ τὸ ἄμωμον, τὸ καθαρὸν, τὸ τῇ θείᾳ ἐκείνῃ φύσει ὁμιλῆσαν, Quomodo corpus Dei qui est supra omnia immaculatum, purum cum diuina illa natura coniunctum tam illotis manibus sumemus. Homil. 27. in 1. ad Corinthios: αἵματος ἐγεύσω δεσποτικοῦ, gustasti Domini sanguinem, & fratrem ne sic quidem agnoscis, & cùm participaueris sanguinem, cùm ieiunio & sobrietati studendum tibi esset, ὑβρίζεις, contumeliosus & proteruus es. Oportet enim tunc maxime σωφρονεῖν, temperatum & modestum esse, μετὰ τὸ δέξασθαι τὸν νυμφίον, cùm sponsum accepisti. Item, & hæc facis cum mensa Christi vsus fueris, qua die ἅψασθαι γλώττης τῶν σαρκῶν αὐτοῦ κατηξιώθης, lingua contingere carnes eius dignus habitus es. καθάγνιζε σου τὴν δεξιὰν, τὴν γλῶτταν, τὰ χείλη ἅπερ ἐγένετο πρόθυρα τῇ ἐπιβάσει τοῦ χριστοῦ. Sanctifica & expia tuam manum, linguam, labia quæ fuerunt vestibula, quibus ingressus est Christus. Item, vidisti nuptias spiritales, honoratus & potitus es mensa regia, repletus es Spiritu sancto, choreas egisti cum Seraphim, τὸν δὲ χριστὸν ἔνδον ἔχων, habens autem intus Christum crapularis. Homil. εἰς τὰ βαΐα. Et quomodo stabis ante tribunal Christi μιαραῖς χερσὶ, καὶ χείλεσι καταφιλῶν αὐτοῦ τοῦ σώματος, manibus pollutis, & labiis audens attingere corpus eius, & regem quidem putido non ausis osculari ore, regem autem cœli anima polluta oscularis, βασιλέα τὸν οὐρανὸν καταφιλεῖς. Dic mihi an sustineas manibus illotis τῇ θυσίᾳ προσελθεῖν, accedere ad sacrificium. Et certè manibus tuis ad tempus tantum rex cœli tenetur, in illam autem animam integer dissoluitur. Non vides vasa ita splendentia, τὰ σκεύη οὕτως ἀπολαμπάζοντα. Illa non communicant ei quem continent, non sentiunt eum qui intus est. Nos autem certè sentimus. Non audis præconem stantem, & dicentem, ὅσοι ἐν μετανοίᾳ δεήθητε πάντες, quotquot pœnitentiam agitis orate omnes. Quotquot non communicant pœnitentes sunt. Cuius igitur rei causa dicit, abite qui non potestis orare. Item, τράπεζα πάρεστι βασιλικὴ, ἄγγελοι διακονούμενοι τῇ τραπέζῃ, αὐτὸς πάρεστιν ὁ βασιλεὺς: mensa præsto est regia, angeli ministrant mensæ, ipse rex adest, & tu stas hianti ore. Item, quemadmodum enim à mensa præsente domino, famuli qui offenderunt abesse debent, ita & hic ἐκφερομένης τῆς θυσίας, καὶ τοῦ χριστοῦ τεθυμένου, καὶ τοῦ προβάτου τοῦ δεσποτικοῦ, cum sacrificium profertur, cùm Christus immolatur, & Domini agnus, cum audieris oremus omnes communiter, cum vela & siparia reducuntur, tunc existima diduci cœlum superne, & descendere angelos, ὅταν ἀνελκύωνται τὰ ἀμφίθυρα. Homil. 30. in 2. ad Corinth. οὐχ ὡς ἔτυχε τὸ στόμα ἡμῶν τετίμηται δεχόμενον τὸ σῶμα δεσποτικόν. Non parum honoratum est nostrum os, quod accepit corpus Domini, ideo tunc maximè inter nos osculamur. Homil. 3. in Iob. ποίαν οὐχ ὑποστησόμεθα τιμωρίαν, ὅταν τὴν γλῶτταν ἣ κατηξιώθημεν σαρκὸς γεύσασθαι δεσποτικῆς, ταύτην περιίδωμεν τὰ τοῦ διαβόλου φθεγγομένην. Qualem non sustinebimus pœnam quando passi fuerimus linguam, qua gustauimus carnem Domini, loqui ea quæ sunt diaboli. Ad hæc, Transeat à me calix, Ego sum panis qui de cœlo descendi. σὺ τρέφεις τοὺς ἀνθρώπους, ἐγὼ τὴν οὐράνιον τροφὴν δίδωμι τοῖς σοῖς ἀπογόνοις. Tu nutris homines, ego celestem cibum do tuis nepotibus. παρὰ φύσιν οἱ ἄγγελοι τὰ ἀγγέλων τὰ παρὰ ἀνθρώπων ἐσθίουσι· παρὰ φύσιν ἄνθρωποι οἱ ἄνθρωποι τὰ οὐράνια λαμβάνουσι. Præter naturam angelorū angeli comedūt quæ sunt hominū. Præter naturā hominū homines comedunt cœlestia. Cibus ille non est proprius naturæ angelorum, nec hic cibus naturæ hominum. Hom. εἰς τὴν θεόσημον ταφήν· ἵνα μὴ δυνηθῶμεν μὴ μόνον τοὺς πόδας κατέχειν, καὶ τὰς χεῖρας, ἀλλὰ καὶ τὴν κεφαλὴν διὰ τῶν φρικτῶν ἐκείνων καὶ ἀπορρήτων μυστηρίων, καὶ ἐν καθαρῷ τῷ συνειδότι τὴν μετάληψιν ποιησάμενοι. Mulieres piæ post resurrectionem Christi primæ pedes Domini amplexæ sunt, adorarūnt. Id datum illorum amori & patientiæ. Et nos aliquid patiamur vt possimus non tantum Christi pedes amplecti, tenere, & manus, verum & caput per tremenda mysteria, &

in pura conscientia participes effecti eius. Homil. de incredulit. Thomæ. οὐκ ἐσμὲν ἱκανοὶ ἵνα εἰσέλθῃς ὑπὸ στέγην τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, ἀλλ' ἐπειδὴ σὺ θέλῃ κρατεῖσθαι παρ' ἡμῶν, ἐπειδὴ σὺ θέλεις ὡς φιλάνθρωπος οἰκεῖν ἐν ἡμῖν σοὶ θαῤῥοῦντες προσερχόμεθα. κελεύεις ἀναπετάσωμεν τῶν σωμάτων ἡμῶν τὰς πύλας ἃς σὺ ἐδημιούργησας. Instituit Chrysostomus communicantes, vt docet, vt dicant ante communionem, non sumus sufficientes, vt intres sub tectum nostratum animarum, sed quoniam tu vis possideri à nobis, quia vis vt hominum amans habitare in nobis, in te confidentes accedimus. Iubes vt pandamus ianuas nostrarum faucium quas tu fecisti: intrato cum benignitate vt soles. Idem de ficu quæ exaruit, Hieremias dicit, venite mittamus lignum in panem eius. Lignum est crux, panis corpus Christi. Cùm enim accepisset Dominus panem dixit, hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur. Homil. 3. in Matth. Et barbari quidem illi magi priusquam Christum viderent, tam longam exsuperarunt viam, tu verò nec videndo illos imitaris. Nam & cùm videris, ita eum relinquis, vt post illum curras ad theatra. & Christum in spiritali situm præsepio derelinquis. Si quis pollicceretur te ad regem intruducturum postponeres ludicra. At verò ex hac mensa spiritualium fons emanat bonorum, vt theatrum aspicias, sedeotem iuxta donurum cœlestium fontem Christum relinquis. Sanctus enim Christus oon aquam de fonte hoc largitur, sed sanguinem viuum, qui quaoquam est mortis Dominicæ testimonium nobis tamen causa sit vitæ. Homil. 14. ad Ephes. ἐννόησον ποῖον ἀπτέται τὸ στόμα σου, τίνων γεύεται. Cogita quæ contingerit os tuum, quæ degustarit. Non vides ista vasa nunquis audet ea in alios vsus quam sacros adhibere. Tu stas in cœlo, & contumeliosus es in fratrem. φιλήματος ἠξιώσαι δεσποτικοῦ, honoratus es osculo Domini, & lasciuis. τοσούτοις σου τὸ στόμα ἐκόσμησεν ὁ θεὸς, τροφῇ οὐκ ἔτι ἀγγελικῇ, ἀλλ' ὑπὲρ ἀγγέλων, Tot donis ornauit os tuum Deus, cibo non tantum angelico, sed supra angelos, osculo eius, complexibus eius, & petulans es. Homil. 51. in Matth. Qui dixit, hoc est corpus meum, & rem simul cum verbo confecit. Homil. 8. in epist. ad Timoth. συμβαίνει γὰρ λαικοὺς μὲν ἐν εὐλαβείᾳ ζῆν, fieri potest vt laici sanctè & consideratè viuant, Sacerdotes autem malè & nequiter. οὔτε βάπτισμα, οὔτε σῶμα χριστοῦ, οὔτε προσφορὰ δι' ἐκείνων, εἰ πανταχοῦ τὴν ἀξίαν ἡ χάρις ἐζήτει, neque baptisma, neque corpus Christi, neque sacrificium per eos fieret, si vbique gratia virtutem dignam quæreret. Nunc autem & per indignos ἐνεργεῖν, operari solet· οὐδὲν γὰρ ἄνθρωπος εἰς τὰ προκείμενα εἰσάγει, ἀλλὰ τὸ πᾶν τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως ἔργον ἐστί. Nihil enim homo in proposita inducere solet, sed omnia sunt diuinæ virtutis opus. Homil. 2. ibidem: τὸ πᾶν τῆς χάριτός ἐστι. Omne quod fit est à gratia. Sacerdotis est aperire os. Deus omnia perficit. Sacerdos σύμβολον πληροῖ μόνον, implet modo symbolum, & speciem. Homil. 4. de natura Dei, vt quo tẽpore iudex pro tribunali sedere solitus est, noxij omnes sordidati pro septis fori collocãtur. Sic patres statuerũt, vt cũ breui Christũ velut pro tribunali sessurus, in ipsisq; sacramentis apparitutus esset, homines dæmone agitati, tanquam vincti adducerentur. Homil. 24. in Acta Apostol. Dum Sacerdos benedicit cum angelis stas, cum illis cantas, Rex adest, & exercitum considera. Homil. 52. in Matth. Cùm agnum comedentes in lupos conuertamur, cùm saturati omnis carnibus vt leones rapiamus? Homil. Quod Christus Deus. Omnes se cruce signant, in sacra mensa cùm corpus Christi in mysticis cœnis fulget. homil. de sancto Philogono, hæc mensa vicem explet præsepis. Nam & hic ponitur corpus Dominicum vndique Spiritu Sancto conuestitum. Qui mysteriis initiati sunt intelligunt quæ dicuntur. Homil. 3. de natura Dei. Cùm ego concionor alter alterum impellit, vt propius adsit, cùm ipse Christus semet in sacris mysteriis ostensurus est, deserta est Ecclesia. Homil. 82. in Matth. Veniat nobis in mentem ad quem accedere constituimus, pro quibus & quid facturi. Quem Seraphim aspicere nequeunt, quem terra contremiscit, qui lucem inaccessibilem habitat, ad eum accedimus. Homil. 51. Adeamus singuli ægrotantes Christum magna cum fide. Nam si qui fimbriam eius tetigerunt omnes conualuerunt, quanto magis corroborabimur, si totum in nobis habuerimus. Cum fide autem accedere, non est tantum vt propositum corpus accipias, sed multò magis vt mundo corde tangas, vt sic adeas quemadmodum ad ipsum. Homil. 22. in Acta Apost. Quid dicis? in manibus est hostia, adsunt Angeli, adest filius Dei, cum tanto horrore astant, & putas simpliciter fieri ea, quæ pro Ecclesia, quæ pro Sacerdotibus offeruntur. Martyribus magnus honor est nominari Domino præsente, dum mors illa perficitur, & horrendum sacrificium & ineffabilia Sacramenta. Homil. ad eos qui de fer. Synax. τὸ συνειδὸς καθαρεύειν, καὶ τότε τῆς ἱερᾶς ἅπτεσθαι θυσίας. pura esse conscientia, & tunc sacrum attingere sacrificium. Impius enim ne in festo quidem debet participare sanctam illam, & tremendam carnem, μετέχειν τῆς ἁγίας ἐκείνης καὶ φρικώδους σαρκός. Ante communionem olim lauabant manus. Chrysostomus in membranis Fed. Morelli, μετὰ παῤῥησίας πνευματικῆς μεταλαμβάνειν ἀμέλει τῆς ἀναιμάκτου θυσίας μὴ τολμᾷς ἀνίπτοις χερσὶ τῆς ἱερᾶς ἅψασθαι θυσίας; Cum libertate spiritali

tali communicemus reuerenter sacrificio incruento. An auderes illotis manibus attingere sacrum sacrificium, licet multa necessitas esset, κἂν πολλὴ ἀνάγκη ἐπίκειται?

AD CAPVT LIIII.

EXERCITAT. XVI.

CASAVBONVS.

AVgustinus de peccator. meritis lib. 1. cap. 24. Optime Punici Christiani baptismum ipsum nihil aliud quàm salutem, & sacramentum corporis Christi nihil aliud quàm vitam vocant. Quid aliud etiam qui sacramentum mensæ Dominicæ vitam vocant nisi quod dictum est, ego sum panis vitæ.

BVLENGERVS.

SI sacramentum corporis Christi, est ipse Christus qui est panis vitæ, quæ te, malum, intemperiæ agunt, vt districte neges, Eucharistiam esse ipsum Christum panem vitæ, ipsum Christi corpus. Aliter à te sentit S. Ephrem ser. de Iudic. cap. 3. ἰδὲ τὸ ποτήριον τοῦ φρικτοῦ σου αἵματος, πλῆρες φωτὸς, καὶ ζωῆς· τούτῳ ἡμῖν χάρισαι σύνεσιν, καὶ φωτισμὸν, ἵνα μετὰ πίστεως πόθῳ καὶ ἁγιασμῷ προσερχώμεθα αὐτῷ. Ecce poculum tremendi sanguinis tui plenum lumine & vita. Per hoc nobis gratificaris intelligentiam, & illuminationem, vt cum fide, cum desiderio & sanctificatione ad illud accedamus. Qui accedit indigne ad mysteria, seipsum condemnat, μὴ ἁγνίσας ἑαυτὸν βασιλέα δέξασθαι ἐν τῷ νυμφῶνι, Non sanctificans se ipsum vt regem accipiat in suo thalamo. Chrysostomus ad cap. 6. Ioan. Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis καὶ γὰρ ἐπειδὴ ἔλεγον ὅτι ἀδύνατον τοῦτ᾽ ἐστι, δείκνυσιν ὅτι οὐ μόνον ἀδύνατον, ἀλλὰ σφόδρα ἀναγκαῖον. Quia dicebant fieri non posse vt caro eius manducaretur, ostendit non modo id fieri posse, verum & omnino necessarium esse vt manducetur. καθάπερ γὰρ σὺ τὸ σῶμα ἐσθίεις τὸ δεσποτικὸν, οὕτως ἐκεῖνοι τὸ μάννα, καὶ ὥσπερ σὺ τὸ αἷμα πίνεις, οὕτως ἐκεῖνοι ὕδωρ ἐκ πέτρας. Vt tu Domini corpus comedis, ita illi manna manducarunt, vt tu sanguinem Christi bibis, ita illi aquam de petra. Ad cap. 26. Matth. Diaconos monet ne indignos admittant ad corpus Christi. τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκ τῶν χειρῶν ἐκζητήσεται τῶν ὑμετέρων. Sanguis eius è manibus vestris exquiretur. Si fons tuæ fidei commissus esset, vt eum gregi putum seruares, non patereris inquinari, νυνὶ δὲ οὐχ ὕδατος ἀλλ᾽ αἵματος καὶ πνεύματος πηγὴν ἐγκεχειρισμένος, Nunc cum tuæ fidei non aquæ, sed sanguinis, & Spiritus fons commissus sit, peccatores admittis. tolerabilius est non arcere energumenos, quàm quod dicit Paulus, τὸν χριστὸν καταπατῆσαι, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγήσασθαι. Conculcare Christum, & sanguinem testamenti pollutum ducere. Homil. Quod fides mortua est sine operib. Vt cera in igne, tota in ignis substantiam transit, ita & hic existimato συναλίσκεσθαι τὰ μυστήρια τῇ τοῦ σώματος οὐσίᾳ, consumi mysteria per substantiam corporis Christi. Ideo accedentes μὴ ὡς ἐξ ἀνθρώπου νομίζετε μεταλαμβάνειν τοῦ θείου σώματος, ne quasi ex homine existimate vos participare diuinum sanguinem. Ita communicemus salutari sanguini quasi labris attingamus diuinum & impollutum Christi latus. καὶ ὡς τῆς θείας, καὶ τῆς ἀχράντου πλευρᾶς ἐφαπτόμενοι τοῖς χείλεσι, οὕτως τοῦ σωτηρίου αἵματος μεταλαβῶμεν. Ad c. 6. Ioan. Hic sanguis olim præfigurabatur semper in altaribus, Hic sanguis est honor totius orbis. Hoc redemit Ecclesiam Christus, & ornauit eam totam. Vt enim qui seruos emit dat aurum, & eos volens ornare aurum adhibet, ita Christus nos redemit sanguine, nos ornat sanguine. οἱ τούτου μετέχοντες αἵματος, qui hunc sanguinem participant stant cum angelis, ipsum enim regem induerunt. Si qui inquinant purpuram regis, itidem puniuntur ac qui discindunt, non alienum est eos qui cogitatione polluta, δεχόμενοι τὸ σῶμα ἀκαθάρτῳ διανοίᾳ, suscipiunt corpus Christi eadē pœna plecti, atque ij qui clauis dirruperunt. Ad c. 26. Matt. credamus verbis eius & ne contradicamus licet repugnet id quod dicitur nostræ ratiocinationi, & aspectui Sed eius sermo plus possit, quā visus aut ratiocinatio nostra. Sic faciamus in mysteriis, ne spectemus tantum res propositas, sed eius verbis adhæreamus. Eius enim verbum circumueniri nequit, noster sensus facile decipitur. Verbum Dei nunquam irritum est, sensus plerunque errat. Quia igitur verbum dicit, hoc est corpus meum, καὶ πειθόμεθα, καὶ πιστεύομεν, καὶ νοητοῖς αὐτὰ βλέπομεν ὀφθαλμοῖς, & persuademur, & credimus, & ista oculis intellectus cernimus. Nihil enim quod

quod ſenſu perciperetur nobis dedit Chriſtus,ſed ſignis & rebus ſenſilibus , omnia intellectilia. Sic in baptiſmo per aquam rem ſenſilem fit nobis donum,ſed intellectu percipitur quod fit, regeneratio,innouatio.Quot dicunt,velim eius formam videre , characterem, lineamenta, veſtes,calceos ἰδοὺ αὐτὸν ὁρᾷς , αὐτοῦ ἅπτῃ , αὐτὸν ἐσθίεις , Ecce ipſum vides , ipſum tangis, ipſum comedis. Velles eius veſtimenta videre , αὐτὸς καὶ ἑαυτόν σοι δίδωσι , οὐκ ἰδεῖν μόνον , ἀλλὰ καὶ φαγεῖν , καὶ ἅψασθαι. Ipſe dat ſe tibi non modo vt eum videas , ſed vt comedas & tangas. Hæc tibi ex Chryſoſtomo adſcripſi quem in amoribus habere te ſcio , quibus nihil clarius, & efficacius dici poteſt.

AD CAPVT LV.

CASAVBONVS.

ELigius qui ante annos mille viuebat. Homil. Vocatur hæc dies cœna Domini , vocatur & natalis calicis,& merito talibus præfulget vocabulis,quia hac,eademque die myſticum Paſcha Dominus cum diſcipulis celebrans,ſacramenta corporis & ſanguinis ſui illis,atque per illos nobis tradidit.

BVLENGERVS.

PVlcre id à te obſeruatum. Eligio Nouionij in Belgico epiſcopo reponam Auguſtini verba lib. 20. contra Fauſtum cap. 21. Huius ſacrificij caro & ſanguis ante aduentum Chriſti per victimas ſimilitudinum promittebatur , in paſſione Chriſti per ipſam veritatem reddebatur, poſt aſcenſum Chriſti per ſacramentum memoriæ celebratur. Ser. 2. ad Pſal. 33. Ipſe de corpore & ſanguine ſuo ſacrificium inſtituit ſecundum ordinem Melchiſedech. lib. 17. de ciuit. Dei cap. 20. Menſa quam ſacerdus noui teſtamenti exhibet de corpore & ſanguine ſuo eſt. Id eſt enim ſacrificium quod ſucceſſit omnibus ſacrificiis. Epiſt. 23. ad Bonifacium Chriſtus in ſacramento non ſolum per omnes Paſchæ ſolemnitates , ſed omni die populis immolatur. Nec vtique mentitur qui interrogatus eum reſponderit immolari. Landfrancus Epiſcopus Cantorbienſis aduerſus Berengarium mutuatur à Gregorio magno hæc verba. Sacramentum corporis Chriſti , quantum ad id ſpectat quod in cruce immolatus , eſt ipſe Dominus Chriſtus , caro eius eſt quam forma panis opertam in ſacramento accipimus , & ſanguinem eius quem ſub vini ſpecie ac ſapore potamus. Gregorius magnus lib. 4. Dialog Eius quippe caro ibi ſumitur , eius ſanguis non iam in manus infidelium , ſed in ora fidelium funditur. Penſandum eſt ergo quale ſit hoc ſacrificium , quod pro abſolutione noſtra mortem vnigeniti filij ſemper imitatur. Cyrillus Alexandr. de myſtica cœna. πίνομεν αὐτοῦ τὸ αἷμα τὸ ἅγιον εἰς ἱλασμὸν τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων , καὶ μέθεξιν τῆς ἐν αὐτῷ ἀθανασίας , πιστεύοντες ἅμα ὅτι ὁ αὐτὸς ἱερεὺς καὶ θυσία , αὐτὸς ὁ προσφέρων καὶ προσφερόμενος , καὶ προσδεχόμενος , μὴ διαιροῦντες εἰς δύο πρόσωπα τὴν θείαν, καὶ ἀδιαίρετον , καὶ πρός γε τούτοις ἀσύγχυτον ἕνωσιν τοῦ ἑνὸς τῆς παντίμου τριάδος. Bibimus eius pretioſum Sanguinem ad propitiationem noſtrarum noxiarum, & participationem immortalitatis quæ in eo eſt,credentes ſimul quod ipſe ſacerdos & ſacrificium eſt, ipſe offerens, & qui offertur, & accipitur , non diuidentes in duas perſonas diuinam , & indiuiſam,& inconfuſam vnionē vnius omni honore dignæ Trinitatis. Ait vnicā tantum eſſe perſonam verbi non duas , quæ tamen ab eſſentia ſanctiſſimæ Trinitatis realiter non ſeparetur. Idem de carne Chriſti qui vita eſt Epiſt. 2. ad Neſtorium , ζωὴ γὰρ ὢν κατὰ φύσιν ὡς Θεὸς , ἐπειδὴ γέγονεν ἓν πρὸς τὴν ἑαυτοῦ σάρκα , ζωοποιὸν ἀπέφηνεν αὐτήν , ὥστε κἂν λέγῃ πρὸς ἡμᾶς , vita enim exiſtens ſecundum naturam vt Deus quando fuit vnum ad ſuam carnem , effecit eam viuificam. Itaque quanquam dicit , Amen , Amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem filij hominis , ne putemus eum hominem eſſe quales ſumus. Quomodo enim nudi ac ſimplicis hominis caro viuifica erit ſecundum naturam ſuam , ſed carnem dicit propriam filij Dei qui propter nos homo factus , & dictus eſt. Idem contra Theodorum , quia fuit homo , κεχρημάτικε καὶ ἱερεὺς , οὐχ ὡς μείζονι Θεῷ προσκομίζων τὴν ἱερουργίαν , ἀλλ' ἑαυτῷ τε καὶ τῷ πατρὶ , τῆς πίστεως ἡμῶν τὴν ὁμολογίαν πραγματευόμενος. Fuit ac dictus eſt pontifex,non quaſi maiori Deo ſacrificium offerens, ſed ſibi & patri,confeſſionem fidei noſtræ tractans,& diſponens,

CASAVBONVS.

Paschasius Abbas Corbeiensis lib. de corpore Domini. Hoc iudicium in natali calicis mox excipitur, vt decantur, quid contemptoribus imminueat, si damnati à conscientia pedem de mensa Domini non retraxerint.

BVLENGERVS.

Diligentiam tuam in obseruando probo, non fidem. Debueras enim hæc eiusdem Paschasij subiungere. Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cœlo & in terra, & quia voluit, licet figura panis & vini hic sit, tamen omnino nihil aliud quam caro Christi & sanguis post consecrationem credenda sunt. Item, Neque ita dixit cùm fregit, & dedit eis panem, hæc est, vel in hoc mysterio est quædã virtus, vel figura corporis mei, sed ait non fictè, hoc est corpus meum, & ideo hoc est quod dixit, non quod quisque fingit. Id ipsum scribit in epist. ad Frudegardum. Anastasius de Synaxi, ἐπειδὴ γὰρ μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ὁ ἱερεὺς τυγχάνει, καὶ ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν τοῦ πλήθους τὸν θεὸν ἐξιλεοῦται, βλέπε πῶς πάντας προασφαλίζεται, καὶ διαμαρτύρεται ὥσπερ τῷ λαῷ τοιαῦτα λέγων φθεγγόμενος. ἐπειδὴ, ὦ ἄνδρες, μεσίτην με πρὸς θεὸν ὑπὲρ ὑμῶν ἐπὶ τῆς μυστικῆς ταύτης τραπέζης ἐστήσατε, παρακαλῶ σπουδάσατε καὶ ὑμεῖς σὺν ἐμοί, ἀπόθεσθε πᾶσαν τὴν βιωτικὴν ἔννοιαν. ἀκούσατε τί ὁ διάκονος ὑμῖν προσφωνεῖ λέγων· στῶμεν καλῶς, στῶμεν μετὰ φόβου, πρόσχωμεν τῇ ἁγίᾳ ἀναφορᾷ, κλίνωμεν τὰς αὐχένας, κλείσωμεν τὴν διάνοιαν, κλείσωμεν τὴν γλῶτταν, ἀνεγείρωμεν τὸν νοῦν, καὶ τὰς καρδίας, ἵνα πρὸς θεὸν τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα ἐπάρωμεν, παρέλθωμεν τὸν οὐρανόν, παρέλθωμεν τοὺς ἀγγέλους, παρέλθωμεν τὰ χερουβίμ, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν θρόνον τὸν δεσποτικὸν προσεδρεύσωμεν. ἐξομολογησώμεθα εἰς τὸ ἅγιον καὶ ὑπερουράνιον καὶ νοερὸν αὐτοῦ θυσιαστήριον. ταῦτα μαρτυρεῖ ἡμῖν ὁ ἱερεὺς λέγων, ἄνω σχῶμεν τὰς καρδίας. εἶτα τί πρὸς ταῦτα ἡμεῖς ἀποκρινόμεθα. ἔχομεν πρὸς τὸν κύριον. τί λέγεις; τί ποιεῖς; ὁ νοῦς σου πρὸς φθαρτὰ, καὶ πρόσκαιρα μετεωρίζεται, καὶ σὺ λέγεις, ἔχω πρὸς τὸν κύριον. πρόσεχε παρακαλῶ. τί ποιεῖς, ἄνθρωπε, ὁ ἱερεὺς τὴν ἀναίμακτον θυσίαν ὑπὲρ σοῦ προσφέρει τῷ δεσπότῃ, καὶ σὺ καταφρονεῖς; ὁ ἱερεὺς ὑπὲρ σοῦ ἀγωνιᾷ, καὶ ὡς ἐν δικαστηρίῳ παριστάμενος παρακαλεῖ, καὶ ἐπισπεύδει αὐτόθι τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος σοι ἐπιφοιτῆσαι, καὶ σὺ ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας οὐ φροντίζεις; οὐχ ὁρᾷς ὅτι διὰ τοῦτο ἀσπαζόμεθα ἀλλήλους, κατ' ἐκείνην τὴν ὥραν τὴν φοβερὰν ἵνα πάντα σύνδεσμον ἀδικίας, καὶ σκληρότητος ῥίψαντες ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ τῷ δεσπότῃ προσέλθωμεν. τί ποιεῖς, ἄνθρωπε, ἀγγέλων λειτουργούντων, ἑξαπτερύγων τὴν μυστικὴν τράπεζαν καλυπτόντων, τῶν χερουβὶμ παρισταμένων, καὶ τὸν τρισάγιον ὕμνον λαμπρᾷ τῇ φωνῇ κεκραγότων, κεκυφότος τοῦ ἀρχιερέως, καὶ ὑπὲρ σοῦ ἐξιλεουμένου, πάντων φόβῳ καὶ τρόμῳ διακειμένων, τοῦ ἀμνοῦ τοῦ θεοῦ σφαγιαζομένου, τοῦ ἁγίου πνεύματος αὐτόθι ἐπιφοιτῶντος, σὺ φλυαρεῖς καταφρονῶν. ἄφες οὖν μοι, δέσποτα, ὡς ἀφῆκα κἀγὼ τοῖς ὁμοδούλοις. ταῦτα λέγωμεν τῷ Χριστῷ καθ' ἑκάστην ὥραν προσευχόμενοι, καὶ κατὰ καιρὸν τῆς φοβερᾶς καὶ φρικτῆς συνάξεως παριστάμενοι. ὅτε γινώσκει ὁ ἱερεὺς μετὰ τὸ ἁγιασθῆναι τὴν θυσίαν ἐκείνην τὴν ἀναίμακτον, ἀνυψοῖ τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς, καὶ πᾶσιν αὐτὸν ἀποδεικνύει. εἶτα ἐκφωνεῖ ὁ διάκονος καὶ λέγει, πρόσχωμεν, ὅπερ ἐστὶ, προσέχετε αὐτοῖς, φησι. ἰδοὺ πρὸ βραχέος συνεύξασθε λέγοντες· ἔχομεν πρὸς τὸν κύριον τὰς καρδίας· εἶτα ἐπάγει ὁ ἱερεὺς, καὶ λέγει, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις· τί φησιν; ὁρᾶτε ἀγαπητοὶ πῶς τῇ μεταλήψει τῶν θείων μυστηρίων προσέρχεσθε. ἐπεὶ καὶ ἄγγελος θεοῦ ἐστιν ὁ προσφέρων τὴν ἀναίμακτον θυσίαν σὺ δὲ ἀναξίως προσέρχῃ, οὐδαμῶς σε ὁ ἄγγελος τῶν ἁμαρτημάτων καθαρίσει. Item, κἂν τὸ θεῖον εὐαγγέλιον μείζονα πλεονάσῃ, εὐθὺ ἀγανακτοῦμεν καὶ προσκοπτόμεθα, κἂν ὁ τὰς εὐχὰς ποιῶν ἱερεὺς ταύτας μικρὸν παρεκτείνῃ, στενάζομεν καὶ ὀλιγωροῦμεν, κἂν ὁ τὴν ἀναίμακτον θυσίαν προσφέρων πρὸς βραχὺ βραδύνῃ ἀκηδιῶμεν νυστάζοντες, καὶ χασμώμενοι. ἐξαιρέτως δὲ ἐν τῇ θείᾳ ἱερουργίᾳ τῶν ἀχράντων μυστηρίων συντόνως διατιθέναι ὀφείλοντες, καὶ μετὰ φόβου, καὶ τρόμου παρίστασθαι τῷ δεσπότῃ ἐν τῇ τοιαύτῃ συνάξει. ἕτεροι δὲ τὴν μυσταγωγίαν τῆς θείας λειτουργίας καταλείψαντες. Item, καὶ αὐτῶν ἱερέων τὴν θυσίαν προσφερόντων ἐν τῇ συνάξει, ἀπασχολοῦνται. Itẽ, ὕδατι μικρῷ τὰς χεῖρας ἀπονιπτόμενοι, οὕτω τὸ ἅγιον ἐκεῖνο σῶμα, καὶ τὸ θεῖον αἷμα τὸ ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας ῥεῦσαν ἀκάθαρτοι καὶ ἐρρυπωμένοι ἑαυτοὺς προσάγομεν. οὐχ ὁρᾷς πῶς ὁ Ἰούδας ἀναξίως καὶ δολίως τοῦ σώματος μεταλαβὼν δεσπ. λύκου δίκην κατεκρίθη, καὶ χώραν πλείονα δέδωκε τῷ πονηρῷ. φησὶ γὰρ καὶ λαβὼν τὸ ψωμίον, &c. ἆρα ἐρρυπωμέναις καὶ ἐσπιλωμέναις χερσὶν ἐτόλμας ἅψασθαι τῶν βασιλικῶν ἱματίων, καὶ τί λέγω βασιλικῶν; οὐδὲ τῶν σῶν ἱματίων ἅψῃ εὐθέως τὰς χεῖρας ἔχων, ἀλλὰ πρότερον πλυνάμενος, καὶ ἐκμάξας αὐτὰς, τότε τῶν σῶν ἱματίων ἥψω. τί οὖν, οὐδὲ ὡς ἱματίοις εὐτελέσι καὶ ἐνδύμασι προσάγεις τῷ Χριστῷ τὴν τιμήν. Item, αἰτησώμεθα συγγνώμην, ἵνα προσιόντες τοῖς μυστηρίοις προσέλθῃς, ἵνα καθαρῷ συνειδότι τοῦ σώματος, καὶ τοῦ αἵματος μεταλάβῃς, ἵνα σοι εἰς κάθαρσιν, καὶ μὴ εἰς κατάκρισιν γένηται. Quia enim mediator Dei & hominũ est Sacerdos, & pro remissione peccatorũ multitudinis Deũ propitiat, vide quomodo omnino anteoccupat & testificatur, veluti populo talia quædã dicẽs Quoniã, ô viri, cõciliatorẽ me, & mediatorẽ ad Deũ pro vobis in hac mystica mẽsa cõstituistis, vos exhortor studiũ & diligẽtiam mecũ & vos adferte, abscedite ab omnibus cogitationibus vitæ mortalis. Audite quid dicat vobis Diaconus, ste-

mus pulchrè, stemus cum tremore, attendamus sanctæ oblationi, submittamus ceruices, claudamus cogitationem, claudamus linguam, alas demus menti nostræ, & cordi, vt ad Deum mentis nostræ oculum attollamus. Transcendamus cœlũ, transcendamus Angelos & Cherubin, & ad ipsum thronum Domini accurramus. Confiteamur ad sanctum, & supercœleste & intellectile ipsius altare. Hæc testatur nobis Sacerdos dicens, Sursum corda. Deinde quid nos ad ista respondemus. Habemus ad Dominum. Quid ais? quid facis? Mens tua ad corruptibilia, & temporaria temerè attollitur, & tu dicis, habeo ad Dominum. Attende horror te. Quid agis homo. Sacerdos incruentum sacrificium pro te offert Domino, & tu negligis? Sacerdos pro te laborat, & vt in iudicio adstans aduocat & accelerat ab alto gratiam Spiritus Sancti, & tu de tua salute solicitus non es. Non vides quia propter hoc nos inuicem complectimur illa hora tremenda, vt omne vinculum iniquitatis, & duritiæ cum abiecerimus puro corde ad Dominum accedamus. Quid facis homo angelis ministrantibus. Seraphim sex alis mysticam mensam tegentibus, Cherubim astantibus, & clara voce ter sanctum acclamantibus, pontifice latenre, & pro te Deum propitiante, omnibus cũ metu & tremore ministrantibus, agno nei immolato, Sancto Spiritu ex alto aduentante non exhorrescis, sed negligis. Dimitte mihi, Domine, vt ego dimisi conseruis meis. Hoc dicimus Christo qualibet hora precantes, & tempore metuendæ, & tremendæ Missæ adsistentes. Cuius rei gnarus Sacerdos post sanctificatum sacrificium incruentum attollit panem vitæ, & omnibus illum ostendit. Postea exclamat Diaconus, & ait, attendamus, quod est, attendite vobis ipsis. Ecce paulò ante comprobastis dicentes. Habemus ad Deum corda. Deinde adiicit Sacerdos, & dicit, Sancta Sãctis. Quid ait? videte carissimi quomodo ad communionem mysteriorum acceditis. Quoniam & si angelus esset is qui offert incruentũ sacrificiũ, & tu indignè accedas, angelus expiare ac purgare peccata tua non posset. Item, & si Euangelium maiorem habeat lectionem, irascimur, & circũspectamus, & si Sacerdos qui facit preces illas paulò longius producit, tristamur & contemnimus, & si is qui incruentũ sacrificium offert, tantillũ moretur, nauseamus dormitantes & hiantes. Præcipuè autẽ in diuina liturgia impollutorũ mysteriorũ attenti cùm esse debeamus, & cum metu & tremore assistere Domino in tali collecta. Alij autem mystagogiam ac celebrationem diuinæ liturgiæ cùm dereliquerint. Iẽ, & Sacerdotibus sacrificium offerentibus in collecta, tumultuantur aut attenti non sunt. Aqua exigua manus lauantes, ita sanctum corpus & sanguinem qui fluxit pro mundi salute impuri & sordidi nobis ipsis admouemus: Non vides quomodo Iudas indignè & dolosè corpus participãs Domini statim iudicatus est, & maiorem locum dedit Diabolo? Ait enim, & cùm accepisset buccellam, An manibus sordentibus, & inquinatis augeas vestes regias attingere? Quid dico regias? Ne tuas quidem vestes attigeris sordidas manus habens, sed prius laueris, & extersceris eas, & ita vestes tuas tetigeris. Quid igitur? Ne tantũ quidem honorẽ Christo habes quantum vestibus tuis? Veniam peccatorum tuorum exposce Deum, vt decenter ad mysteria accedas, vt puta conscientia communices corpori & sanguini, vt tibi fit in purgationem non in iudicium. Hæc verba paulò prolixiùs ascripsi, quia veterem sacræ liturgiæ & communionis ritum sub oculos subiiciunt, & veram ac realem præsentiam corporis Christi disertè protestantur.

AD CAPVT LVI.

CASAVBONVS.

Diximus veterem Ecclesiam appellasse cœnam Dominicam etiam sacrificium propter memoriã sacrificij semel in cruce facti, & oblati, qua de re in dissertatione de sacrificio Christianorum dicemus.

BVLENGERVS.

ALiquoties id inculcasti, totiésque ostendi te falsum obtrudere, quoties de sacrificio cœnæ Dominicæ loqui tus es, cùm veteres patres Christum Dominũ re vera corpus suum in suprema cœna immolasse, & hoc sacrificium instituisse, quod hodieq; ad altare Sacerdotes in corpore & sanguine celebrãt, docere probaui. Anastasius ser. de Synaxi, ἀναφέρειν, Greg. Nazian. θυσίαν ἀναίμακτον vocat, alij προσφέρειν, συνάγειν, λειτουργίαν, θῦμα. Sed audiamus eos loquẽtes. Aug. ex Amb. ser. de verb. Domini in Euãg. Lucæ. Ergo tu audis quod quotiescunq; offertur sacrificiũ, mors Domini, resurrectio Domini, eleuatio Dom. significetur, & remissio peccatorũ. In ser. de sacr altaris iteratur quotidie hæc oblatio, licet Christus semel passus sit, quia quotidie peccamus, & ideo quia quotidie labimur, Christus pro nobis mysticè immolatur. ser. 11. de sãctis, vidi

animas

animas occisorum sub ara. Sub ara, inquit, in qua Deo sacrificium celebratur, in qua offeruntur hostiæ, in qua Dominus est sacerdos. Plura supra ex Augustino attuli. Epistol. ad Paulinum 59. Vouentur omnia quæ offeruntur Deo, maxime sancti altaris oblatio, quo sacramento prædicatur nostrum aliud votum maximũ, quo nos nouimus esse in Christo mansuros, vtique in compage corporis Christi, cuius rei sacramentum est, quod vnus panis, vnum corpus multi sumus. Ideo in huius sanctificatione, & distributionis præparatione existimo Apostolum iussisse propriè fieri προσευχὰς id est, orationes, vel, vt alij perum interpretati sunt, adorationes: hoc est enim ad votum quod vsitatius in scripturis nuncupatur. Interpellationes autẽ, siue, vt vestri codices habent, postulationes fiunt cum populus benedicitur. Tunc enim antistites velut aduocati susceptos vos manus impositione, misericordissimæ offerunt potestati. Quibus peractis & participato tam sancto sacramento gratiarum actio cuncta concludit. Græci dicunt ἱερατεύειν, προσκομίζειν. Cyrill. Alexand. lib. de obedientia, ostendit Christum & hoc sacrificium facere, & non tantum patri, verum & sibi ipsi offerre, quà Deus est. ἀλλ' ὅπως ἱερατεύει μὲν ἀνθρωπίνως, ἦ μεσίτης τέθειται θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. μεσιτεύει γὰρ πᾶς ἱερεὺς. τὸ δὲ τῆς θυσίας τρόπον, οὐχ ὡς καθ' ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς ἱερέων προσκομίζει δουλοπρεπῶς, μηδὲν αὐτὸς ἀποκερδαίνων εἰς τὸ λαβεῖν αὐτήν· ἀλλ' ἑαυτῷ πραγματεύεται, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ θεῷ πατρί. Vide quomodo vt homo sacerdotem agit, & sacrificat, & mediator positus est hominum, & Dei. Omnis enim sacerdos est mediator. Sacrificium autem non vt vnus aliquis simplex homo offert seruiliter, nihil ipse accipiens de sacrificio, sed sibi ipsi sacrificium procurat, & per se, & in se Deo Patri. Theodoretus super Exod. Vt nos cum agnum Domini sacrificamus, cognosceremus antè descriptum fuisse typum. Hæc autem vniuersa mysteriorum nostrorum sunt ænigmata. Nam & nos vngimus agni nostri sanguine non tantum limen, sed vtrumque postem purgantes & sacrificantes. Siquidem & in veritate post salutare baptisma agni immaculati sumptio & participatio peragitur. Idem lib. de dubiis script. ὁ μελχισεδὲκ τῆς δεσποτικῆς ἀρχιερωσύνης τύπον, διὰ δὴ καὶ ἄρτους τῷ ἀβραὰμ, καὶ οἶνον, καὶ σῖτον ἀντέδωκεν, ὡς τοιαῦτα τυχόν τινα προσφέρειν εἰωθὼς τῷ τῶν ὅλων θεῷ. οὐδὲ γὰρ κἂν τούτῳ δειχθῆναι τὸν τύπον. Melchisedech habuit typum sacerdotij Domini, ideo & panes Abraamo, & vinum, & seuum rependit, vt solitus talia offerre Deo. Nam & in hoc Melchisedech ostenditur esse typus Domini. Ibidem vocat hierurgiam, ἡμεῖς δὲ τὴν ἔνδον διανέμεσθαι λειτουργίαν ἐπιτελοῦμεν, θυμίαμα, καὶ λυχνιαῖον φῶς προσφέροντες τῷ θεῷ, καὶ τὴν μυστικὴν τῆς ἁγίας τραπέζης ἱερουργίαν. Nos autem intus liturgiam distribuendam curamus, suffitum, & lumen lychnorum offerentes Deo, & mysticum sanctæ mensæ sacrificium. Liturgiam posuit pro communione. Alibi vocat θυσίαν λογικὴν καὶ πανάγιαν. Ad hæc verba, sanguinem testamenti. πάλιν τὴν διαφορὰν ἔδειξεν, ὅτι ὁ μὲν υἱὸς, ὁ δὲ δοῦλος, κἀκεῖναι μὲν ἀλόγων θυσίαι, αὕτη δὲ λογικὴ καὶ πανάγια. Rursum ostendit quid inter Mosen & Christum interesset, quia Christus Dei filius est, Moses seruus, & illa sacrificia erant irrationalium, sacrificium autem Eucharistiæ, rationale, & omnino sanctum. Item c. 20. vitæ patrum. Iussit vasa sacra afferri in locum sacrum vbi erat clausus Maris, & pro altari, vsus Diaconorum manibus mysticum, diuinum, & salutare obtulit sacrificium. Gregorius Turonensis, sancta solemnia vocat lib. de Miraculis cap. 85. Dum sacra solemnia ad memoriam Martini agerentur, oblatis super altare sacris muneribus, mysterióque corporis & sanguinis Christi palla ex more coöperto. Gregorius magnus quotidianæ immolat onis sacrificium dixit lib. 22. Moral. c. 11. Illi esurientem animam suam desiderant quotidianæ immolationis sacrificio de eius carnibus satiare. Item, sacras hostias offerre. Hom. 37. in Euang. Mittamus ad hanc legationem nostram flendo, tribuendo, sacras hostias offerendo. Singulariter namque ad absolutionem nostram cum lacrymis & benignitare mentis, sacri altaris hostia suffragatur. Alibi missarum sacrificia. lib. 3. Dial. c. 3. Sanctus Agapitus missarum sacrificia exorsus, sacrificium in conspectu Dei omnipotentis immolauit. Quo peracto ab altari exiens claudum erexit, cùque ei Dominicum corpus in os mitteret. Hom. 37. super euang. Cassio episcopo mos erat quotidianas Deo hostias offerre. lib. 4. Dial c. 55. 58. 59. Greg. magnus per dies 30. Missæ sacrificium offerri fecit, donec per salutaris hostiæ oblationem. lib 11. Ep c. 57. Tempore quo Ianuarius sacrificium celebrat. lib. 3. epistol. 1. Pallium ad sacra Missarum solemnia vtendum transmisimus. Ioan. Diac. lib. 2. c. 17. Gelasianum codicem de Missarum solemnibus. lib. 7. ep. Indict. 2. ca. 63. Quia alleluia dici ad Missas extra Pentecostes tempora fecistis. In quotidianis Missis alia quæ dici solent tacemus Orationem Dominicam idcirco mox post precem dicimus, quia mos Apostolorum fuit, vt ad ipsam solummodo orationem oblationis hostiam consecrarent. Isidorus lib. de Officiis cap. 19. Sacrificium quod à Christianis Deo offertur primum Christus Dominus noster & magister instituit, quando commendauit Apostolis corpus & sanguinem suum priusquam traderetur, &c. Quod quidem sacramentum Melchisedech Rex Salem figuraliter in typum corporis & sanguinis Christi primus obtulit, primúsque mysterium tanti

Gg 2 sacrifi

ſacrificij imaginarie idem expreſſit, præferens ſimilitudinem Domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti ſacerdotis æterni, ad quem dicitur, Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Hoc ergo ſacrificium Chriſtianis celebrare præceptum eſt, relictis ac finitis Iudaicis victimis &c. Hoc itaque fit à nobis, quod pro nobis ipſe Dominus fecit quod in veſperam obtulit. Sic enim Chriſtum oportebat id implere circa veſperam diei, vt Dominus ipſa hora oſtenderet veſperam mundi. Proinde autem non communicauerunt ieiuni Apoſtoli, quia neceſſe erat vt Paſcha illud typicum antea impleretur, ſic & denuo ad verum Paſchæ ſacramentum tranſirent. Hoc enim myſterium tunc factum eſt, quo primũ diſcipuli corpus & ſanguinẽ Domini noſtri non acceperunt ieiuni, ab vniuerſa autem Eccleſia nunc à ieiunis ſẽper accipitur. Sic enim placuit Spiritui Sancto per Apoſtolos, vt in honore tanti ſacramenti in os Chriſtiani ieiuni prius Dominicum corpus intraret, quam cæteri cibi. Panis enim quem frangimus corpus eſt Chriſti, qui dicit, ego ſum panis viuus &c. vinum autem ſanguis eſt. Hæc autem duo ſunt viſibilia, ſanctificata tamen per Spiritum ſanctum in ſacramentum diuini corporis tranſeunt. Græci προσφορὰν indigerant. Clemens Rom. lib. 8. Conſtit. c. 13. καὶ καταπέμψῃς τὸ ἅγιόν σου πνεῦμα ἐπὶ τὴν θυσίαν ταύτην, ὅπως ἀποφήνῃ τὸν ἄρτον τοῦτον σῶμα τοῦ χριστοῦ σου, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο αἷμα τοῦ χριστοῦ σου. ὁ μὲν ἐπίσκοπος διδότω τὴν προσφορὰν λέγων, σῶμα χριστοῦ, καὶ ὁ δεχόμενος λεγέτω ἀμήν. Et mittas Spiritũ tuum ſanctum in hoc ſacrificium, vt faciat hunc panem corpus Chriſti, & poculum hoc ſanguinem Chriſti. Epiſcopus det oblationem dicens, corpus Chriſti, & qui accipit dicat Amen. προσφορὰν poſuit pro Euchariſtia. Item c. 57. οἱ μὲν τῇ προσφορᾷ τῆς εὐχαριστίας σχολαζέτωσαν, ὑπηρετούμενοι τῷ κυρίου σώματι μετὰ φόβου. Diaconi incumbant oblationi Euchariſtiæ miniſtrantes corpori Domini. Vocat προσφορὰν τῆς εὐχαριστίας. S. Iacobus in Liturgia dicit Chriſtũ σφαγιάζεσθαι, immolari. ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου σφαγιασθεὶς ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. Ecce agnus Dei, filius patris, qui tollit peccatũ mundi, immolatus pro vita mundi. Clemens lib. 7. c. 2. θυσίαν vocat. ὅπως ἀμώμητος ᾖ ἡ θυσία ἡμῶν, καὶ εὐπρόσφορος θεῷ τῷ εἰπόντι περὶ τῆς ἐκκλησίας, ὅτι ἐν παντὶ τόπῳ μοι προσενεχθήσεται θυμίαμα, καὶ θυσία καθαρά. Vt irreprehenſibile ſit noſtrum ſacrificium, & acceptum Deo dicenti de Eccleſia, In omni loco mihi offeretur thymiama & oblatio pura. Item θυσίαν λογικὴν, ἀναίμακτον, μυστικήν. lib. 6. c. 2. ἀντὶ θυσίας τῆς δι' αἱμάτων λογικὴν, καὶ ἀναίμακτον, καὶ τὴν μυστικὴν, ἥτις εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου συμβόλων χάριν ἐπιτελεῖται τοῦ σώματος αὐτοῦ, καὶ τοῦ αἵματος. Pro ſacrificio cruento inſtituit ſacrificium rationale, incruentum, myſticum quod in mortem Domini per Symbola perficitur corporis & ſanguinis eius. Alij προσφερομένας θυσίας. Iuſtinus Dialog. in Tryphon. περὶ τῶν ὑφ' ὑμῶν τότε προσφερομένων θυσιῶν λέγει ὁ θεὸς διὰ μαλαχίου. De ſacrificiis quæ nunc à nobis proferuntur dicit Deus per Malachiam. περὶ τῶν ἐν παντὶ τόπῳ ὑφ' ἡμῶν τῶν ἐθνῶν προσφερομένων αὐτῷ θυσιῶν, τουτέστι τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας καὶ τοῦ ποτηρίου. De ſacrificiis quæ in omni loco à nobis qui ſumus ex gentibus ei offeruntur, id eſt, de pane Euchariſtiæ & poculo. Irenæus dixit offerre. lib. 4. cap. 34. Quomodo conſtabit eis eum panem in quo gratiæ actæ ſint corpus eſſe Domini ſui, & calicem ſanguinis eius, ſi non ipſum fabricatoris filium dicant, id eſt, verbum eius per quod lignum fructificat. Offerimus enim ei quæ ſunt eius congruenter, communicationem & vnitatem prædicantes carnis & ſpiritus. Quemadmodum enim qui eſt de terra panis percipiens inuocationem Dei iam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia ex duabus rebus cunſtans, terrena & cœleſti, ſic & corpora noſtra percipientia Euchariſtiam iam non ſunt corruptibilia. Offeremus autem ei non quaſi indigenti, ſed gratiam agentes donationi eius, & ſanctificantes creaturam. Concil. Niceno προσφέρειν eſt ſacrificare, cap. 18. διακόνους μὴ ἐξουσίαν ἔχοντας προσφέρειν τοῖς προσφέρουσι πρεσβυτέροις διδόναι τὸ σῶμα χριστοῦ ἀπρεπές. Indecorum eſt vt Diaconi qui offerendi poteſtatem non habent, presbyteris qui ſacrificare poſſunt corpus Chriſti dent. Loadicena Synodo, τὴν ἁγίαν προσφορὰν ἐπιτελεῖσθαι, ſacram oblationem perficere. Chryſoſtomus homil. 24. in 1. Corinth. ἀντὶ τῆς τῶν ἀλόγων σφαγῆς ἑαυτὸν προσφέρειν. Ibi multo magis tremendum, & magnificentius ſacrificium inſtituit, ἱερουργίαν, & pro immolatione brutorum ſeipſum offerri iuſſit. Baſilius in Liturgia προσφέρειν, & ἱερουργῆσαι dicit eodem ſignificatu. Da gratiam ἱερουργῆσαί τὸ ἅγιον, καὶ ἄχραντόν σου σῶμα, καὶ τίμιον αἷμα, σὺ γὰρ εἶ ὁ προσφέρων, καὶ προσφερόμενος, vt poſſim ſacrificare ſacrum & immaculatum tuum corpus, & pretioſum ſanguinem. Tu enim es qui offers, & offerris. Synodo Trullana, τὴν ἀναίμακτον τῆς προσφορᾶς θυσίαν, incruentum oblationis ſacrificium. Nicæna Syn. cap. 13. προσφορὰ dicitur communio corporis Chriſti, ſeu Euchariſtia quæ datur ægroto. Cyrillus catech. 4. ὁλοκαύτωσιν, θυσίαν, θύτην, θύεσθαι, ἀναφέρεσθαι dixit. Ambroſ. lib. 5. ep. 28. ad Theodoſium, offerre ſacrificium non audeo ſi volueris aſſiſtere. epiſtol. 33. Ego manſi in munere, Miſſam facere cœpi, dum offero. orare in oblatione

ipſa

ipsa Deum cœpi in 1. orat. ad miss. oblationes nostras corpus & sanguinem tuum efficias. Eusebius lib. 1. demonstrat. Euang. cap. 10. θῦμα vocat, & θυσίαν· τοῦτο δῆτα τοῦ θύματος τὴν μνήμην ἐπὶ τραπέζης ἐκτελεῖν διὰ συμβόλων, τοῦ τε σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ σωτηρίου αἵματος, θυσίας κατὰ θεσμοὺς τῆς καινῆς διαθήκης παρειληφότες. Huius sacrificij in cruce facti memoriam, in mensa perficere per symbola & signa; sacrificium corporis eius & salutaris sanguinis secundum leges noui testamenti cùm acceperimus, rursum à Dauide Propheta dicere docemur, parasti in conspectu meo mensam aduersus tribulantes me, impinguasti in oleo caput meum, & calix tuus inebrians quam præclarus. Disertè in his mysticum significat chrisma, καὶ τὰ σεμνὰ τοῦ Χριστοῦ τραπέζης θύματα δι' ὧν καλλιεροῦντες τὰς ἀναιμάκτους καὶ λογικὰς αὐτῷ τε προσηνεῖς θυσίας διὰ παντὸς βίου τῷ ἐπὶ πάντων προσφέρειν θεῷ, διὰ τοῦ πάντων ἀνωτάτω ἀρχιερέως αὐτοῦ δεδιδάγμεθα. Et veneranda mensæ Christi sacrificia per quæ bellè sacrificantes, ac perlitantes incruenta, & rationalia, ipsique accepta sacrificia toto vitæ tempore Deo Optimo Maximo per Pontificem omnium maximum offerre docti sumus: Οὐκοῦν καὶ θύομεν, καὶ θυμιῶμεν, τοτὲ μὲν τὴν μνήμην τοῦ μεγάλου θύματος κατὰ τὰ πρὸς αὐτοῦ παραδοθέντα μυστήρια ἐπιτελοῦντες. Igitur & sacrificamus, & vaporamus thura, tunc quidem memoriam magni sacrificij perficientes secundum mysteria ab ipso tradita: θύομεν τὸ ἔνθεον, καὶ σεμνόν, καὶ ἱεροπρεπὲς θῦμα. θύομεν καινῶς κατὰ τὴν καινὴν διαθήκην τὴν καθαρὰν θυσίαν. Sacrificamus diuinum, & venerandum, & Deo conueniens sacrificium. Sacrificamus nouo ritu secundum nouum testamentum purum sacrificium. Notato mihi verba efficacissima, τὸ καλλιερεῖν, θύειν τὸ ἔνθεον, σεμνόν, ἱεροπρεπὲς θῦμα, τὰς ἀναιμάκτους, λογικάς, θεῷ προσηνεῖς θυσίας. Chrysostomus homil. de prodit. Iudæ, θυσίαν φρικτήν, ἁγίαν προσφοράν. Horrendum sacrificium, tremendam oblationem. Idem προσφορὰν posuit pro Eucharistia. Homil. 21. ad Hebræos, πῶς οὖν δέξῃ τὴν ἱερὰν προσφορὰν αἵματι ἀνθρωπίνῳ φοινίξας τὴν γλῶτταν. Quomodo accipies sacram oblationem, cum linguam humano sanguine rubefeceris. Orat. catech. 2. pro iis qui in peccatis mortui sunt δοῦναι ἐλεημοσύνας, καὶ προσφοράς. Eleemosynas dare, & sacrificia Missarum. Cyprianus dixit offerre epist. 10. Communicent cum lapsis, & offerant, & Eucharistiam tradant. ep. 67. Sacrilega contra verum Sacerdotem sacrificia offerre. ep. 10. Iam cum lapsis communicare cœpisse. & offerre pro illis. Theodoret. Dial. 1. & 2. τὸ προσφερόμενον δῶρον πρὸ τῆς ἱερᾶς ἐπικλήσεως, Donum prolatum ante sanctam inuocationem, panem intelligit. Trull. Syn. can. 32. Ἀρμένιοι οἶνον μόνον ἐν τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ προσάγουσιν, ὕδωρ αὐτῷ μὴ μιγνῦντες, οἱ τὴν ἀναίμακτον θυσίαν ἐπιτελοῦντες· ὑδροπαραστάται μόνῳ ὕδατι χρώμενοι. Armenij vinum solum in sacra mensa offerunt, aquam non admiscent, qui incruentum sacrificium faciunt. Hydroparastatæ sola aqua vtuntur. προσάγειν posuit pro offerre. Ibidem προσφορὰ pro cõmunione. τῷ λαῷ τὰς προσφορὰς μεταδιδόναι. Populo cõmunionem dare. Germanus Patriarcha dixit ζωοθυτικῶς· ἡ ἁγία τράπεζά ἐστιν ἀντὶ τόπου τῆς ταφῆς ἐν ᾧ ἐτέθη ὁ Χριστός, ἐν ᾗ πρόκειται ὁ ἀληθινὸς καὶ οὐράνιος ἄρτος, ἡ μυστικὴ καὶ ἀναίμακτος θυσία, τὴν ζωοθυτούμενος τὴν σάρκα αὐτοῦ, καὶ τὸ αἷμα. Sancta mensa est pro loco sepulturæ, in quo positus est Christus, vbi propositus est verus & cœlestis panis, mysticũ & incruentũ sacrificium, quo viuus immolatus carnem suam, & sanguinẽ in cibum & potum vitæ æternæ proposuit fidelibus. Hieronymus ad c. 1. epist. ad Titum. Quid de episcopo sentiendum est, qui quotidie pro sui populi peccatis illibatas Deo oblaturus est victimas. Epist. 124. ad Euagrium agens de ordine Melchisedech, qui pane & vino simplici, puróque sacrificio, Christi dedicauerit Sacramentum. lib. 3. Dialog. contra Pelag. cap. 5. Docuit Apostolos vt quotidie in corporis illius sacrificio audeãt. epist. 17. ad Marcel. Melchisedech in typo Christi panem & vinum obtulit & mysterium Christianorum in Saluatoris corpore & sanguine dedicauit, nequaquam irrationabilibus victimis immolandis, sed oblato pane & vino, id est, corpore & sanguine Domini. Idem festiuitatem agni immaculati vocat. Ad cap. 41. & 44. Ezechiel. vbi mysterium corporis & sanguinis sui tradidit discipulis, & æternam nobis agni immaculati reliquit festiuitatem. Augustinus lib. de fide ad Petrum, Nullatenus dubites ipsum vnigenitum Deum verbum carnem factum se pro nobis obtulisse sacrificium & hostiam Deo in odorem suauitatis, &c. cui tempore noui testamenti sacrificium panis & vini sancta Ecclesia Catholica per vniuersum orbem terræ offerre non cessat. Supra ex Augustino plura adscripsi. Basilius in Esaiam, Ita vt non celebremus Pascha in fermento malitiæ, sed in azymis synceritatis, θυομένου πρὸς ἑσπέραν, τουτέστιν ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος τοῦ ἀληθινοῦ προβάτου Χριστοῦ, οὗ ἡ σὰρξ ἀληθής ἐστι βρῶσις, Cùm sub vesperam, id est, in consummatione sæculi immolatus sit vera ouis Christus, cuius caro verus cibus comeditur. Gregorius Nazianzenus, Χριστοῦ θυσίαν ἀναίμακτον, Steleutico 1. ὁ κατὰ τοῦ Χριστοῦ θυσίας καὶ τὰς χεῖρας ἀφαγνίζει, τῆς ἀναιμάκτου θυσίας ἀποκαθαίρων δι' ἧς ἡμεῖς κοινωνοῦμεν καὶ τῶν παθημάτων καὶ τῆς θεότητος. Tu contra sacrificium Christi: & è manibus suis sanctitatem eluit, expurgans eas à sacrificio incruento per quod nos communicamus & eius passio-

nibus, & diuinitati. Stelitcutico 1. οὐκ ἔτι μιαίνουσι αἵμασι μιαρῷ τὰ τῆς ἐπωνύμου θυσιαστήρια, καὶ ἀναιμάκτου θυσίας, Non amplius polluunt sanguine polluto altaria cognomen ferentia purissimi & incruenti sacrificij, ἐπωνύμου θυσιαστηρίου. serm. de Paschate, ἀδιστάκτως φάγε τὸ σῶμα, πίνε τὸ αἷμα, εἰ τῆς ζωῆς ἐπιθυμητικῶς ἔχεις, μήτε τοῖς περὶ σαρκὸς ἀπιστῶν λόγοις. Sine dubitatione comede corpus, bibe sanguinem, si vitam desideras, neque fidem denegato sermonibus de carne. Eusebius Emissenus homil. 1. de Paschate, ac post Dominici corporis sacrificium prophanis altaribus nouam de se hostiam Christo oblaturus infertur. Idem homil. 5. de Paschate. Hic Melchisedech, cuius genealogia, vel origo notitiam illius temporis latuit, oblatione panis & vini hoc Christi sacrificium præsignauit. Epiphanius lib. 2. Panarij, Ita & Dominus filius Dei ab æterno, factus propter nos homo ex Maria sacerdotium Patri offert, cùm massam φύραμα, ex humana natura acceperit, ἵνα ὑπὲρ ἡμῶν ἱερεὺς κληθῇ κατὰ τὴν τάξιν μελχισεδὲκ vt pro nobis Sacerdos constituatur secundum ordinem Melchisedech cui non successor, μόνα γὰρ τὰ ὑπὲρ ἡμῶν δῶρα προσφέρων εἰς τὸ διηνεκὲς, πάντα μὲν τὰ ἄλλα προσενέγκας, manet enim dona pro nobis offerens in perpetuum, primùm quidem cùm seipsum protulerit, vt dissolueret sacrificium veteris legis cùm perfectius viuens sacrificium pro vniuerso mundo sacrificauerit; ipse victima, ipse sacrificium, ipse Sacerdos, ipse altare, ipse Deus, homo, rex, ipse Pontifex, ipse ouis, ipse agnus, καὶ τῆς ἱερωσύνης αὐτοῦ τὸ ἀμετάθετον ἑδραίωμα εἰς τὸν αἰῶνα ἀπαράβατον, ipse omnia pro nobis factus, vt nobis omnimodo vita fit, & sacerdotij sui immutabile firmamentum in æuum efficiat, non amplius per semen successiones partiens, sed per iustitiam seruari in Spiritu Sancto dans. Quum enim Abraham 80. annorum esset, aut 90. plus minus, Melchisedech ei obuius factus est, & obtulit ei panem & vinum, præfigurans mysteriorum ænigmata antitypa Domini nostri dicentis, Ego sum panis viuus (puto legendum ἀντίτυπα τοῦ σώματος τοῦ κυρίου, quia statim subiicit de antitypis sanguinis) & antitypa sanguinis qui fluxit ex latere eius percusso ad purgandos immundos Mater nostra Ecclesia quæ fert nobis vuam benedictionis quotidie, & potum quo labores soluuntur, sanguinem Christi gratificans, αἷμα χριστοῦ χαριζομένη, merum verum. Chrysostomus homil. aduersus Iudæos, sacrificium Melchisedech ad sacrificium quod Christus in postrema cœna instituit, refert. Prudent. de miraculis,

Vidit anguis immolatam
Corporis sacri hostiam.

Chrysostomus homil. 24. in 1. ad Corinth. θυσίαν ἱερὰν καὶ φρικώδη vocat, sacrificium sacrum & tremendum, in quo τὸ σῶμα τὸ ἄμωμον, τὸ καθαρὸν, καὶ τῇ θείᾳ ἑνώσει φύσει ὁμιλῆσαν θεῷ, λαβεῖν τῇ χειρί. Corpus illud immaculatum, purum cum diuina nexum natura tangitur, & manibus accipitur. lib. 3. de Sacerdot. Cùm videris Dominum immolatum, propositum, & Pontificem instantem sacrificio, & alia plura quæ supra adscripsi. Hesychius lib. 2. cap. 8. Leuitic. Sanctificationem mystici sacrificij, & à sensibus ad intelligibilia translationem ei qui verus est Sacerdos, videlicet Christo oportet dari, id est, ipsi de eis miraculum cedere & imputare, quia per eius veritatem, & prolatum ab eo verbum quæ videntur, tam sanctificata sunt, quàm omnem carnis excedunt sensum. Gregorius 1. homil. 22. in Euangel. & libr. 6. Dialog. cap. 58. Quis fidelium habere dubium possit in ipsa immolationis hora ad Sacerdotis vocem cœlos aperiri, in illo Iesu Christi mysterio angelorum, choros adesse. Andreas Episcopus Cretæ ἀθύτως θύεσθαι dixit, quod & in concil. Nicæno dicitur, vt supra ostendimus. εἰ τοίνυν οὕτω σήμερον τῷ χριστῷ ὑπαντήσαιμεν, si ita hodie Christo occurrentes nos ipsos ὑποκλινόμενοι, summiserimus, ac deiecerimus, poterimus & ipsi omnino διὰ παντὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀθύτως θυόμενον pro nobis incruento modo immolatum (θύεται γὰρ ἐν ἀντιτύποις ὑπὲρ ἡμῶν συμβόλοις ἱεροθυτούμενος) ὅλον αὐτὸν ἐν ἡμῖν ὑποδέξασθαι καὶ εὐσταθῶς οἰκειώσασθαι, ὡς ἄρτον μὲν ἐσθιόμενον, εἰς ἀμνὸν δὲ νοούμενον (Immolatur enim in symbolis antitypis pro nobis sacro ritu immolatus) totum ipsum in nobis recipere, & essentialiter inhabitantem habere, vt panem quidem manducatum, sed vt agnum intellectu apprehensum. Concorditer prædicunt verba Domini, & vim sanctificantem iis quæ dicuntur, immittunt. Et verba, hoc est corpus meum propriam seruare confitemur virtutem, & diuini sacerdotij potestatem ostendimus perfectiuam esse omnis mysterij. In 7. Synodo act. 6. tom. 3. Nunquam inuenies neque Dominum, neque Apostolos, neque patres incruentum illud sacrificium quod a Sacerdote offertur imaginem dixisse, verum corpus, & ipsum sanguinem. Ignatius epist. ad Smyrnens. εὐχαριστίας, καὶ προσφορὰς οὐκ ἀποδέχονται, Eucharistias & oblationes non admittunt, quia non confitentur Eucharistiam esse carnem seruatoris nostri Iesu Christi quæ pro nobis passa est. Dicit r. facere, conficere corpus. Cyrillus lib. 8. cap. 15. M s Ecclesiæ, de hoc solo frument grano corpus Christi conficet. Hieronymus epist. 1. ad Heliodor. cap. 1. Christi corpus sacro ore conficiunt.

epist. 128.

epist. 128. ad Fabiolam. Et paratus sit offerre victimas pro populo sequester Dei, & hominum, & carnes agni sacro ore conficiens, quia sanctum Dei oleum super eum est. Christum autem magnum sacerdotem esse qui ore sacerdotis mysteria τελεσουργεῖ, & corpus suum facit, docui supra ex partibus. Chrysost. de mystica cœna. Hoc est corpus meum, τοῦτο τὸ ῥῆμα τὰ προκείμενα μεταρρυθμίζει. Hoc verbum proposita dona transformat. Homil. 2. in ep. 2. ad Timoth. τὰ δὲ πάντα ὁ θεὸς ἐργάζεται. Omnia in hoc mysterio Deus facit. Hieron. ad cap. 45. Ezechiel. principe nostro hæc cuncta pro nobis offerente, & primum pro se ipso: suscepit enim corpus humanum. Augustinus lib. 3. de Trinit. cap. 4. Quod cum per manus hominum per illam visibilem speciem perducatur, non sanctificatur vt sit tam magnum sacramentum nisi operante inuisibiliter spiritu Dei, cum hæc omnia quæ per corporales motus in illo opere fiunt Deus operetur. Germanus Patriarcha, Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus. τοῦτο τὸ πνεῦμα διὰ τῆς χειρὸς τοῦ ἱερέως καὶ τῆς γλώττης τὰ μυστήρια τελεσουργεῖ. Hic spiritus per manus sacerdotum & linguam mysteria perficit. & de Christo, Hic est sacerdos. Non enim postquam semel se obtulit & sacrificauit desiit sacerdotium, ἀλλὰ διηνεκῆ ταύτην λειτουργεῖ λειτουργίαν. Sed perpetuum hoc miuisterium implet. Sacerdotes autem in Ecclesia esse qui corpus Christi offerant patres vbique docent. Hieron. ad cap. 44. Ezechiel. Quomodo sibi sacerdotale, & pontificale assumunt fastigium, & audent offerre victimas Deo cultores quondam idolorum. Ad cap. 60. Esa. Offerent super placabili altari meo. Proprie super his intelligitur, qui de gentibus electi in sacerdotium ministri sunt saluatoris. Dialog. in Luciferan. Hilarius cum Diaconus de Ecclesia recessetit, neque Eucharistiam conficere potest episcopos & presbyteros non habens, & cum iam homo mortuus sit, cum homine pariter interiit & secta, quia post se nullum clericum Diaconus potuit ordinare. Ecclesia autem non est, quæ non habet sacerdotes. lib. 1. contra Iouinianum sacerdoti cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia semper orandum est.

CASAVBONVS.

Latria est adoratio vni Deo debita. Apud Eusebium lib. 4. de vita Constantini, διὰ τῆς λατρείας τοῦ θεοῦ παρέσται, pro, conuenite ad Synaxin. Concil. Ephesino p. 180. ἀναίμακτον τελοῦμεν λατρείαν, incruentum cultum peragimus. Epiphanius, λατρείας οἰκονομίας, cultum dispensationis vocat.

BVLENGERVS.

O Prime, ad patrum mentem, non ad tuam. Nam tu in eodem vestigio semper hæres, nec gradum promoues, ita te tua symbola ligant. Ad patres prouoco. Ambros. lib. de Myster. initiat. cap. 9. Ergo didicisti quod ex pane fiat corpus Christi, & quod vinum & aqua in calicem mittitur, sed fit sanguis consecratione verbi cœlestis. Sicut mortis similitudinem sumpsisti, ita etiam similitudinem pretiosi sanguinis bibis, vt nullus horror cruoris sit, & pretium tamen operetur redemptionis. Didicisti ergo quia quod accipis corpus est Christi. cap. 4. lib. 5. de sacram. Ante verba Christi calix est vini & aquæ plenus, vbi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur, qui plebem redemit. Ergo vides quantis generibus potens est sermo Christi vniuersa conuertere. Deinde ipse Dominus Iesus testificatur nobis, quod corpus suum accipiamus & sanguinem, nunquid debemus de eius fide & testificatione dubitare set. 18. ad Psal. 118. Caro Dei cibus mihi, & Dei sanguis est potus lib. 1. de Virginib. Virgo nuptias refugiens altare amplexa dicit matri, Non melius mater tu me, quam altare velabis, quod sanctificat ipsa velamina. Plus talis decet flameus, in quo caput omnium Christus quotidie consecratur. Id est, velamen illud quo altare tegit, mihi erit pro flameo nuptiali. lib. 1. de Sacrament. cap. 2. Considera qualis est locus vbi suscipis sacramenta cœlestia. Si hic corpus Christi, hic angeli constituti sunt. lib. de Benedict. Patriarch. Hodieque dat nobis eum panem quem ipse quotidie consecrat sacerdos. Ad Psal. 118. vt corpus edas Domini Iesu, in quo est remissio peccatorum. Suscipe Dominum Iesum hospitio tuo, vbi corpus eius, ibi Christus est. lib. de viduis. Ne febrienti manu corpus Christi attingas. Ad cap. 7. ep. 1. ad Corinth. abstinentes ab vxoribus suis, vt possint dignius accipere corpus Domini in præparat. ad Missam. Cum qua reuerentia & puritate diuinum hoc sacrificium celebrari debet, vbi caro tua in veritate sumitur, vbi sanguis tuus in veritate bibitur. lib. de Benefic. cap. 45. Cui commisisti Dominici sanguinis dispensationem, consortium tui sanguinis negas? ait Laurentius ad Sixtum. Iuuencus lib. 4. Histor. Euang.

—— —— Sanctúmque precatus,
Discipulos docuit proprium se tradere corpus.
Gratis sanctificat verbis, potúmque ministrat,
Edocuitque suum se dimisisse cruorem.
Atque ait, hic sanguis populis peccata remittet,
Hunc potate meum.

Optatus lib. 6. Quid enim est altare nisi sedes & sanguinis, & corporis Christi. Quid vos offenderat Christus, cuius illic per certa momenta corpus & sanguis habitat. Calices Christi sanguinis portatores. Basilius in Regulis breuioribus cap. 172. Cum quo metu, aut qua fidei certitudine, ποίᾳ πληροφορίᾳ, aut qua animi affectione μεταλαμβάνειν τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου, participare debeamus corpus & sanguinem Christi. De metu docet Apostolus dicens, qui manducat aut bibit indigne, certitudinem facit fides verborum Christi dicentis, hoc est corpus meum. Eusebius Emisse. æqualis temporum Ambrosij Dominica 2. post Epiphaniam. Quando vero ad Christi sacramentum accedimus, & fragilitatem nostram consideramus, quid aliud dicit vnusquisque nostrûm, nisi non sum dignus vt intres sub tectum meum, non sum dignus vt corpus & sanguinem tuum suscipiam in ore meo. Dominica in ramis palm. Ecce sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, panem & vinum virtute ineffabili in sui corporis & sanguini substantiam conuertit. Gregorius Nyssenus, Panis est initio communis, sed vbi eum mysterium sacrificauerit, corpus Christi & dicitur, & est. Prudentius in Apotheosi,

—— —— —— Feritasque Geloni
Libatura sacros Christi de sanguine potus.

Optatus lib. 2. cum Donatistæ obiecissent canibus Christi corpus, Dominos, inquit, suos Sancti corporis reos laniarunt. Eudocia in centonib.

Εὔχετ' δὴ ἀναστὰς μέσῳ ἕρκει, λεῖβε δ' οἶνον,
οὐρανὸν εἰσανιδὼν καὶ φωνήσας ἔπος ηὔδα.
οὐκ ἐμὸν αἷμα πίνοντες ἀλύξονται περὶ θυμῷ,
ἀθάνατοι δ' ἔσονται, καὶ ἀγήραοι.

Precatus est autem exsurgens in medio ædium septo, & libauit vinum, intuens cœlum, & dixit verbum loquutus: non tristabuntur qui meum sanguinem biberint in animo suo, sed erunt immortales, & sine senectute. Nonnus in Ioannem:

ζωὴ γὰρ πέλεν ἔδαρ ἐτήτυμον, ἡμετέρη σάρξ,
αἷμα δ' ἐμὸν νημερτὲς ἔφυ ποτόν. ὃς δέ κεν ἀνὴρ
σαρκὸς ἐμῆς γεύσαιτο, καὶ αἵματος ἐν ἑνὶ θεσμῷ.

Mea caro est vita, cibus verus, sanguis meus verus potus. qui meam carnem gustarit, & sanguinem in vna lege,

ἐξ ἐμέθεν ζώσει ἐμὸν δέμας ἀλαπάζων.

ex me viuet meum corpus comedens.

AD CAPVT LVIII.

Missæ vocabulum à B. Iacobo institutum Hierosolymis, aut multo ante Hieronymi ætatem vsurpatum esse probari auctoribus locupletibus, & melioris notæ non potest. Hoc tibi assentior. Sed Missæ appellatione significari, dimissionem populi, ἄφεσιν λαῶν, iam olim docuit Illustrissimus Cardinalis Bellarminus, & nos ipsi ante 15. annos in responso illo quod ad Plessæi Mornaiaci librum de Eucharistia primi fecimus. Vbi admonuimus non lectionibus fidelis vt vis, sed post sermonem ab Episcopo, vel sacerdote de rebus fidei habitum, antequam oblatio fieret, catechumenos & energumenos dimitti solitos. Augustinus ser. 237. post sermonem Missa fit catechumenis, manebunt fideles. Aliam ἀπόλυσιν, & missionem fuisse solemnibus interuenti sacrificij peractis, quæ dicta fidelium Missa ἀπόλυσις λαῶν, ἀπόλυσις λαοῖς apud Apuleium Milesia 11. Augures ex templo dixere, in Iudiciis Ilicet, vt Seruius ad lib. 6. Virgil. Clemens lib. 8. Constitut. Apost. ca. 41. ἀπολύεσθε ἐν εἰρήνῃ. Incusabantur enim ij qui ante missionem datam excederent. Chrysost. ser. de Synaxi, ἐπειδὰν ἴδῃς τὸ φρικτὸν τοῦ Χριστοῦ μυστήριον ἐπιτελούμενον, καταλιμπάνεις ἐν μέσῳ πάντα, καὶ ἀναχωρεῖς. Ibi tu interea dum tremenda Christi mysteria etiam num celebrantur, relinquis in medio omnia, & abscedis vocem Missæ sub annum 250. cognitam fuisse indicat Cornelius Papa in epistola

ad Lu

ad Lupicinum Vreniensem, quam falsi inscribere non audes. Frequens sub Ambrosio vox, & in sequentibus sæculis fuit. In Liturgia Chrysostomi, ὁ ἱερεὺς ἀπόλυσιν ποιεῖ, Sacerdos dimittere populum dicitur, & longè ante apud clementum, ἀπολύεσθε, vt ostendi. Ambrosius lib. 5. epist. 55. Missam facere cœpi, orare in oblatione. Hieronymus ad cap. 11. Prouerb. Sunt qui de leuioribus peccatis cum quibus obligati defuncti sunt, absolui possunt Missarum celebrationibus. Concil. Agath. can. 31. Missas die dominico seculares audiant, nec ante Sacerdotis benedictionem egrediantur. Concil. Carthag. 4. can. 84. Episcopus nullum prohibeat vsque ad Missam catechumenorum, neque hæreticum, neque Iudæum. Augustinus serm. de temp. 91. In lectione quæ nobis ad Missas legenda est audituri sumus. serm. 251. de tempore. Potentes istius mundi cogunt Presbyterum vt abbreuiet missam. Isidorus lib. 6. Etymolog. cap. 19. missa catechumenorum, quia post Euangelij lectionem catechumeni dimittuntur, missa fidelium ad finem vsque. Victor lib. 2. de Vandal. persecut. Reperti sunt missas in sortibus Vandalorum egisse. Sanctus Leo epist. 81. cap. 2. Cassianus lib. 3. de op. canonico. Paulinus & Sulpitius in libris de vita Martini, missæ nomen celebrant. Sulpitius ad agenda missarum solemnia procedere. Gregorius Magnus libr. 3. Dialog. cap. 3. missarum solemnia exorsus sacrificium in conspectu Dei omnipotentis immolauit. lib. 4. Dialog. cap. 55. 58. 59. missæ sacrificium offerri per salutaris hostiæ oblationem. lib. 3. epist. cap. 1. Pallium ad sacra missarum solemnia vtendum transmisimus. Ioannes Diaconus lib. 2. cap. 17. de vita Sancti Gregorij. Gelasianum codicem de missarum solemnibus. Iulianus antecessor Nouella 7. λειτουργίαν missam interpretatur. Sanctus Gregorius libro 7. epistol. indict. 2. capi. 63. Qui alleluya dici ad missas extra Pentecostes tempora fecistis. Beda lib. 4. de histor. Anglor. pro absolutione animæ eius missas sæpius facere curauit: item, pro me crebras missas facit: pro se Missarum solemnia fuerant celebrata. A tertia hora quando Missæ fieri solebant, sæpissimè vincula soluebantur. Gregorius Turonensis libro 2. de miraculis Sancti Martini, Dum sancta solemnia ad memoriam Sancti Martini agerentur. B. Cyprianus de lapsis, vbi verò solemnibus adimpletis calicem Diaconus offerre præsentibus cepit. Dictum est & κυριακὸν, in Actis Datiui Martyris, Cùm interrogatus vtrum in collecta fuisset, profiteretur constanter & diceret, se Dominicum cum fratribus congrua religionis deuotione celebrasse. Item, respondit Presbyter Saturninus, securi Dominicum celebrauimus. Intermitti Dominicum non potest. Emeritus dixit, in domo mea egimus Dominicum. Quasi Christianus sine Dominico esse possit κυριακὸν τελεῖν, quasi κυριακὸν δεῖπνον, dominica cœna. Paulus 1. Corinth. 11. Conuenientibus vobis in vnum iam non est Dominicam cœnam manducare. Ponitur & κυριακὸν pro Ecclesia. Dominicum aureum Antiochiæ fuit à Constantino magno exstructum, vt Sozomenus & Eusebius. Concilium Neocæsareense can. 5. κατηχούμενος εἰσερχόμενος εἰς τὸ κυριακὸν, ἐν τῇ τῶν κατηχουμένων τάξει στήκῃ, Catechumenus ingressus in Ecclesiam stabit in catechumenorum ordine. Cyrillus catech. 18. κἂν ποτε ἐπιδημήσῃς ἐν πόλεσι, μὴ ἁπλῶς ἐξέταζε ποῦ τὸ κυριακόν ἐστι. Si quando in vrbem aliquam veneris, ne simpliciter inquire vbi est Dominicum. Cyprianus epist. 63. Dominicum pro cœna Domini posuit, se collectam & Dominicum egisse. & lib. 3 de operibus, Nunquid Dominicum post cœnam celebrare debemus. lib. de cœna vocat sacramentum omnia consummans. Tertullianus, Dominica solemnia, libr. de fuga, quomodo colligimus, quomodo Dominica solemnia celebramus. Augustinus in breuiculo dixit, audire sacrum. item ostendit quid differant collecta, & Dominicum. Tertul. lib. de fuga, Dominicum conuiuium celebrare. Augustinus in breui. collat. contra Donatistas collectam & Dominicum agere. Ambrosius epist. 33. Missam facere. Leo epist. 88. Nec publicè quidem in Missa quenquam pœnitentem reconciliare Apud Leonem in Tacticis constitut. 12. §. 115. missæ videntur preces fuisse, quas milites mane, post prandium sub vesperam in exercitu facerent. χρὴ εἴτε ἐν φοσσάτῳ ἄγεται τὸ βάνδον, ἤτοι τὸ τάγμα, &c. πρωΐας εἰς αὐτὸν τὸν ὄρθρον πρὸ παντὸς πράγματος, καὶ εἰς ἑσπέραν ὁμοίως μετὰ τὸ δεῖπνον καὶ τὰς μίσας, τὸ τρισάγιον ψάλλεσθαι. Oportet siue in fossato agit signum militare, vel cohors, aut legio, mane sub diluculum ante omne aliud negotium, & vespere post prandium & missas & trisagium hymnum cani. Idem Mauricius lib. 1. & 7. Strategic & Leo constitut. 11. §. 18. ἑσπερινὰς μίσας, vespertinas Missas, id est preces. Constantinus in Tacticis, μίσαι τῆς ἑσπέρας, Missæ vespertinæ. Bene tibi sit, qui falsi arguas eos à quibus Ambrosium missam pro Liturgia ad sanctam Eucharistiam vsurpasse negatur. verba eius sunt epist. 13. ad Marcellinam, Ego mansi in munere, missam facere cœpi, orare in oblatione. Post lectiones atque tractatum dimissis catechumenis. Idem sermone 34. Moneo vt qui iuxta Ecclesiam est, & sine graui impedimento potest, quotidie audiat

Missam, & qui potest omni nocte ad matutinũ cõueniat. In quadrages. verò moneo, vt die omni, aut saltem vt dixi omni dominica offeratis & cõmunicetis. Eusebius hist. eccl. lib. 7. cap. 9. ἐκκλησίας ἐπακούειν, missam audire. Verba Cæsarij Arelatensis Episcopi homil. 12. Quæ recitas ascribam, si diligenter attenderitis, cognoscetis, quod non tunc fiunt Missæ quando diuinæ lectiones in Ecclesia recitantur, sed quando munera offeruntur, & corpus vel sanguis Domini consecratur. Nam lectiones siue propheticas, siue Apostolicas, siue Euangelicas etiam in domibus vestris aut ipsi legere, aut alios legentes audire potestis. Consecrationem verò corporis aut sanguinis Christi non alibi nisi in domo Dei audire, vel videre poteritis. Ideo qui vult Missas ad integrum cum lucro animæ suæ celebrare, vsquequo oratio Dominica dicatur & benedictio populo detur, humiliato corpore, & compuncto corde se debet in Ecclesia tenere. Probas deinde Missam interdum accipi pro solemni aliqua festiuitate. lib. 2. Capitularis Caroli Magni cap. 18. Spatium vsque ad Missam Sancti Martini dare decreuimus. cap. 20. Ita vt ad Missam Sancti Andreæ restaurati fiant. Quod Græci dicunt συνάγειν, ἐκκλησιάζειν, Latini dixere Missas tenere. In indiculo Legatorum Hormisdæ Papæ qui describitur apud Baronium in anno DXVIII. Num. 137. Si Hæretici non fuit, quomodo ante duas hebdomadas quam nos venissemus, statuerunt omnes in vnum, ne quis Missas foras ciuitatem teneret, sed hic omnes, &c.

CASAVBONVS.

Restabat vt ad secundam partem Baronianæ digressionis, quæ est de transsubstantiatione accederemus, & quæ fuerit veteris Ecclesiæ fides super eo articulo expenderemus, sed cum nostra ad eam partem responsio, itemque de sacrificio Christianæ Ecclesiæ in molem multo maiorem quàm initio putaramus excreuerit, disputationes illas separatim edere satius visum est.

BVLENGERVS.

Si omnia quæ Patres de transsubstantiatione & sacrificio corporis & sanguinis Christi scripserunt in vnum contulisti, scriptionem tuam in maximam molem excreuisse necesse est. Sponsione certarim vel in caput ipsum, quæ longè grauissima est sponsio, te ad verba patrum quibus substantiam panis & vini in substantiam corporis & sanguinis Christi vi verborum Domini quæ à Sacerdote proferuntur transire, conuerti, mutari, μετατίθεσθαι dicunt, μεταστοιχειοῦσθαι, μεταποιεῖσθαι, transfigurari, μεταρρυθμίζεσθαι, μεταβάλλεσθαι, nihil aliud respondere, quàm Patres corpus & sanguinem Christi, pro symbolis & signis corporis & sanguinis posuisse, sacrificium pro Sacramento vsurpasse. Hæc adhuc tota illa 16. exercitatione solutio tua fuit, hæc vnica responsio. Quam vt inanem, friuolariam, & absurdam esse, vt omnes intelligant, præter ea loca Patrum quæ de transsubstantiatione supra adscripsi, nonnulla alia subiiciam, & arbitrij faciam æqui lectoris, quomodo exaudiri debeant.

DE TRANSSVBSTANTIATIONE.

Transsubstantiationis vocabulum ante quadringentos annos Ecclesiæ Latinæ ignotum fuit, res ipsa qua substantia panis & vini vi verborum Christi in substantiam corporis & sanguinis Christi transit, &, vt loquitur Gregorius Nyssenus, μεταρρυθμίζεται, à primis Christianæ Ecclesiæ incunabulis, & ipsis natalibus notissima. Quod Doctissimus & Illustrissimus Cardinalis Bellarminus suis illis incomparabilibus in hoc argumentum libris luce clarius effecit. Sed audiamus ante alios Cyprianum libr. de cœna Domini. Iste panis quem Dominus Discipulis suis porrigebat non effigie, sed natura mutatus omnipotentia verbi factus est caro, & sicut in persona Christi humanitas videbatur, latebat diuinitas ita sacramento visibili inuisibiliter diuina se infundit substantia. Origenes in Lucam, ἔδει γὰρ ἤδη διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν ἡμῖν γενέσθαι θεοπρεπῶς, quia oportuit Christum per Spiritum Sanctum in nobis esse quomodo Deo dignum est, & admisceri nostris corporibus per sanctam eius carnem & sanctum sanguinem, vt ne carnem & sanguinem in sacris mensis proposita cernentes obstupesceremus, condescendens vt Deus nostris infirmitatibus, in ea quæ habuimus in viuificam

benedictionem

benedictionem, vt in pane & vino, immittit virtutem vitæ, & transfert ea, μεθίστησι, in energiam, & efficaciam vitæ, vt habeamus ea in participationem viuificam. & corpus vitæ inuenitur in nobis semen viuificum. Verba Græca supra ascripsi. Ambros. c. 9. de iis qui myst. init. & lib. 4. de sacram. c. 4. dixit panem in corpus mutari, de pane carnem fieri verbis consecrationis. Supra verba adscripsi Euseb. Emissen. de corpore Christi panem in carnem conuerti. Gaudentius æqualis temporum Ambrosij, Ipse naturarum creator & Dominus, qui producit de terra panem, de pane rursus quia & promisit & potest, efficit proprium corpus, & qui de aqua vinum fecit, de vino sanguinem suum fecit. Strabus ad c. 11. 1. ad Cor. Non incerta relinquentes quod ex auctoritatibus certum est, profitemur scilicet substantiam panis & vini in substantiam corporis & sanguinis Dominici conuerti, modum vero conuersionis nos ignorare non erubescimus fateri. Quæ autem remanent de priori substantia accidentia, scilicet color, sapor, forma, pondus, nec ipsum Christi corpus afficiunt, nec in eo fundantur. Euseb. Emisse. inuisibilem sacerdotem visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui secreta potestate conuertere. Durandus ad lib. 4. Magis. Sentent. q. 1. 11. 1 r. De modo autem per quem corpus Christi est realiter in hoc sacramento dictum sit in generali, quod non est ibi circumscriptiuè, nec definitiuè, sed ratione ordinis, quem habet ad species panis virtute diuina, propter conuersionem substantiæ panis in substantiam corporis Christi, propter quam corpus Christi vt substantia habet immediatum ordinem ad species, sub quibus substantia panis in corpus Christi conuersa est. & est eis realiter præsens, licet eis non afficiatur tanquam præsentibus. Dices auctores istos esse nuperos, & nouitios. Ambros. lib. 4. c. 4 de sacram. vbi accesserit consecratio de pane fit caro Christi. Ergo didicisti quod ex pane fiat corpus Christi, & quod vinum & aqua in calicem mittuntur. Sed fit sanguis consecratione verbi cœlestis. &c. Theophylactus in cap. 26. Mat. μεταποιεῖται γὰρ ἀπορρήτοις λόγοις ὁ ἄρτος οὗτος διὰ τῆς μυστικῆς εὐλογίας καὶ ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰς σάρκα τοῦ κυρίου. Transformatur enim panis iste verbis ineffabilibus per mysticam benedictionem & aduentum Spiritus sancti in carnem Domini. καὶ νῦν ὁ ἄρτος εἰς σάρκα μεταβάλλεται τοῦ κυρίου. Et nunc panis mutatur in carnem Domini. Idem in cap. 6. Ioannis. Et nunc panis in carnem Domini mutatur. καὶ πῶς φησι, οὐχὶ καὶ φαίνεται ἡμῖν ἡ σάρξ, ἀλλ' ἄρτος. διὰ τὸ μὴ ἡμᾶς ἀηδίζεσθαι πρὸς τὴν βρῶσιν· εἰ μὲν γὰρ φαίνοιτο. Et quomodo non apparet nobis caro, sed panis? Ne nauseemus ad cibum. Si enim appareret caro, grauiter affecti essemus, & moleste ad eam sumendam: Nunc autem Dominus condescendens, & se accommodans ad nostram imbecillitatem, talis nobis videtur mysticus cibus, qualis nobis in vsu esse solet. Samonas Episcopus Gazæ. ἐπικλήσει ἁγίᾳ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κάτεισι, per sanctam inuocationem sanctus Spiritus descendit, & superuenit in proposita Dona, & igne suæ diuinitatis panem & vinum in corpus & sanguinem Christi mutati: quomodo fieri potest vt oratio & inuocatio diuinæ virtutis super pane facta, mutet ipsum in carnem viuentem? Ipse Deus natura existens statim sanctificauit diuina sua virtute & gratia panem, dicens, hoc est corpus meum. Si enim ex nihilo mundum fecit, οὐ δύναται τὸν ἄρτον εἰς τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα μεταποιῆσαι, non potest panem in proprium corpus transformare, & vinum aqua mixtum in sanguinem. Ambrosius lib. de iis qui init. myster. cap. 9. & lib. 4. de sacram. cap. 4. & 5. Forte dicas meus est panis vsitatus. Sed panis iste panis est ante verba sacramentorum, vbi accesserit consecratio de pane fit corpus Christi. Forte dicas aliud video quomodo tu mihi asseris quod corpus Christi accipiam. Quantis vtimur exemplis, vt probemus non hoc esse quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit, maioremque vim esse benedictionis quàm naturæ, quia benedictione ipsa etiam natura mutatur. Augustinus dist. 2. de Consec. c. 71. Christus ipse est qui per Spiritum sanctum hanc substantiam efficit carnem, & transit vinum in sanguinem. lib. de corpore & sang. Domini, qui tribuitur Augustino. Non dubitare debet aliquis, cum panis & vinum consecrantur, transire in veram substantiam Christi (transire illud non est in textu, sed omnino addendum est) ita vt non remaneant substantiæ panis & vini, cum multa alia etiam in operibus Dei minus miranda sint. Hominem enim substantialiter mutat Deus in lapidem, vt vxorem Loth, in paruo artificio homines fœnum & filicem in vitrum. Nec credendum est quod substantia panis & vini remaneat, sed panis in corpus Christi, & vinum in sanguinem conuertitur, solummodo quantitatibus panis & vini remanentibus. Auctor disputationis Ecclesiæ & Synagogæ æqualis temporum Augustini, Sic ergo credimus quod ante consecrationem panis & vinum est, post consecrationem corpus Christi verum, sanguis Christi verus est, non tantum verum sacramentaliter, sed etiam verum essentialiter. Cum autem dicimus corpus Christi & sanguinem, non corpus exsangue intelligimus, nec sanguinem à corpore diuidimus sicut est fusus è corpore, vel stillans aut manans à vulnere, sed id ipsum totum indiuisum in vtraque

specie credimus, totum simul in cœlis, & vbicumque conficitur à ministris, vel contrectatur ab hominibus Christianis. Qualiter autem fieri possit vt transeat substantia panis in substantiam corporis & sanguinis Christi, & si ratione comprehendere non possumus, pure tamen credere debemus. Ante benedictionem Dominus quidem panem accepit, fregit, dedit discipulis, non iam panem simplicem, sed corpus suum & sanguinem. Qui conuertit aquam in vinum, poterit etiam substantiam panis conuertere in corpus suum. Eleganter vt omnia Petrus Reuennas ser. 5. de filio prodigo. Ipse dixit, ego sum panis qui de cœlo descendi. Ipse est panis qui satus in virgine, fermentatus in carne, in passione confectus, in fornace coctus sepulcri, in Ecclesiis conditus, illatus altaribus cœlestem cibum quotidie fidelibus subministrat. Hugo de S. Victore lib. 2. de Sacram. c. 9. per verba sanctificationis vera panis & vera vini substantia in verum corpus & sanguinem Christi conuertitur, sola specie vini & panis remanente, & substantia in substantiam transeunte. Cyrill. Hierol. Catech. 5. Precamur hominem amantem Deum vt mittat sanctum suum Spiritum ἐπὶ τὰ προκείμενα, ἵνα ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον σῶμα χριστοῦ, τὸ δὲ οἶνον αἷμα χριστοῦ· πάντως γὰρ, in res propositas, vt faciat panem corpus Christi, & vinum sanguinem Christi. Omnino enim quicquid attigerit Spiritus sanctus illud sanctificatum est & mutatum, τοῦτο ἡγίασαι, καὶ μεταβέβληται. Apud Basilium in Liturgia. Diaconus ait sacerdoti, benedic Domine sanctum panem. Respondet sacerdos, hunc panem ipsum corpus Christi, hunc calicem ipsum pretiosum sanguinem Domini effusum pro mundi vita, μεταβαλὼν τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ, mutans per spiritum tuum sanctum. Eusebius Emissen. Domin. 2. post Epiphan. Nisi enim panis & vinum in eius carnem & sanguinem verterentur, nunquam ipse corporaliter manducaretur & biberetur. Mutantur enim ista in illa, comeduntur, & bibuntur illa in istis, quod qualiter fiat ipse solus nouit, qui omnia potest., & omnia nouit. Dixit eum tunc per se, dicit & modo per suos ministros, hoc est corpus meum: & tanta est eius verbi virtus & efficacia, vt statim fiat quod dicitur. Similiter autem dum dicit, hic est sanguis meus, mox in eius sanguinem vinum conuertitur. Hic est igitur sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remiss. peccato. Hic, inquit, sanguis meus qui fundendus est, non alius iste, & alius ille, sed vnus, idemque & iste & ille. Cras igitur fundetur ex hoc meo latere, quem vos modo bibitis, & videtis in calice. Theodoret. Dialog 1. qui dicitur ἄτρεπτος. ὥσπερ γὰρ ἡμεῖς τὸν μυστικὸν τῆς ἀμπέλου καρπὸν μετὰ τὸν ἁγιασμὸν αἷμα δεσποτικὸν ὀνομάζομεν. Vt enim nos mysticum vitis fructum post sanctificationem sanguinem Domini vocamus, &c. Voluit enim eos qui sacris mysteriis participant non attendere naturam eorum quæ videntur, ἀλλὰ διὰ τῆς τῶν ὀνομάτων ἐναλλαγῆς πιστεύειν τῇ ἐκ τῆς χάριτος γεγενημένῃ μεταβολῇ. Sed per mutationem nominum credere mutationi quæ per gratiam facta est. Idem Dialog. 2. Vtitur voce μεταποιήσεως· κἂν γὰρ πεισθῇς. Si credideris quod verum sit corpus Christi, καὶ προσκομίσῃς τῷ θυσιαστηρίῳ πρὸς μεταποίησιν. Et attuleris ad altare vt transformetur. Proclus vixit anno Christi 418. Is in tractatu de Liturgia his verbis vtitur: Hoc est corpus meum, per hæc verba expectabant Spiritum sanctum, ὅπως τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ θείᾳ τὸν προκείμενον εἰς ἱερουργίαν ἄρτον καὶ οἶνον ὕδατι μεμιγμένον αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ αἷμα καὶ τὸ σῶμα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ι. Χ. ἀποφήνῃτε, καὶ ἀναδείξῃ. Vt diuina eius præsentia propositum ad sacrificium panem & vinum aqua mixtum illud ipsum corpus & sanguinem seruatoris nostri Iesu Christi faciat, & ostendat. Germanus Patriarcha, τὸ δὲ σφραγίσαι τὰ θεῖα δῶρα ἵνα τῇ ἐπιφοιτήσει καὶ ἐνδόξῳ παρουσίᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος μεταβάλῃ καὶ ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον αὐτὸ τὸ τίμιον σῶμα τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ. Signare autem cruce diuina dona, vt aduentu & gloriosa præsentia sancti Spiritus mutet & faciat panem ipsum corpus magni Dei & seruatoris nostri Iesu Christi. Nicolaus Episcopus Metonen, διὰ τοῦτο ἄρτος καὶ οἶνος τὰ μυστικὰ ταῦτα παραλαμβάνεται σύμβολα, τὰ διὰ τῆς πνευματικῆς ἁγιστείας εἰς σῶμα χριστοῦ μεταποιούμενα. Ideo panis & vinum mystica hæc assumuntur symbola, quæ per mysticam sanctificationem & cerimoniam in corpus Christi mutantur. τὴν μυστικὴν ταύτην καὶ ἀναίμακτον ἱερουργίαν, καθ' ἣν τὸν ἄρτον καὶ τὸ ποτήριον καθαγιάζομεν εἰς τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ κυρίου μεταποιεῖσθαι πιστεύομεν. Mysticum hoc sacrificium secundum quod panem & calicem consecrata in corpus & sanguinem Domini transformari credimus. Cum ipse dixerit, hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, τί διστάζεις, τί τῷ παντοδυνάμῳ ἀδυναμίαν προσάπτεις; οὐκ αὐτός ἐστι ὁ ἐκ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα παραγαγὼν, ὁ εἷς τῆς τρισυποστάτου θεότητος ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων σαρκωθεὶς, καὶ ὁ τὸν ἄρτον εἰς τὸ αὐτοῦ σῶμα μεταβάλλεσθαι, προστάξας. Quid dubitas, quid affingis omnipotenti impotentiam? Non ipse est qui ex nihilo omnia in rerum naturam produxit, vnus è tribus personis diuinitatis, qui extremis temporibus corporari voluit, qui iussit panem in suum corpus mutari. Germanus Patriarcha Constantinopolitan. Bedæ temporum æqualis, Damasceno superior,

superior, & Marcus Ephesi Episcopus dicunt, ἐνεργείᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος μεταποιεῖν ἤδη τὰ δῶρα πρὸς αὐτὸ τὸ πρωτότυπον ἐκεῖνο σῶμα καὶ αἷμα τὸ δεσποτικόν. Energia & virtute Spiritus Sancti transformare dona in ipsum prototypum corpus & sanguinem Domini. Marcus ille arbitrabatur transsubstantiationem non fieri vi verborum Domini, hoc est corpus meum, quod multi è Græcis impiè tenuerunt, sed per Spiritum sanctum, qui conceptis verbis certa prece aduocabatur: qui error iam olim damnatus est. Et Græci tamen & Latini semper tenuerunt ministerio Sacerdotis ad altare panem in corpus, vinum in sanguinem virtute Dei conuerti. Ioannes Damascenus lib. 4. cap. 14. Et nunc interrogas quomodo panis fit corpus Christi, & vinum aqua mixtum sanguis Christi. Dico tibi & ego: Spiritus sanctus superuenit, & ista diuina mysteria supra rationem & cogitationem facit corpus Christi. Panis & vinum sumitur. Nouit Deus humanam imbecillitatem plerumque auersari ea quæ in vsu non sunt. Condescendens igitur hominum imbecillitati per ea quæ naturæ consueta sunt facit quæ sunt supra naturam. Et quia hominibus solemne est comedere panem, & bibere vinum aqua mixtum, συνεζεύξεν αὐτοῖς τὴν αὐτοῦ θεότητα καὶ πεποίηκεν αὐτὰ σῶμα καὶ αἷμα αὐτοῦ. αὐτὸς ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος μεταποιοῦνται εἰς σῶμα καὶ αἷμα θεοῦ, copulauit illis suam ipsius deitatem, & fecit ea corpus & sanguinem suum. Ipse panis & vinum conuertuntur in corpus & sanguinem Dei, Theophylactus ad Matthæi verba, Panem nostrum quotidianum da, &c. Corpus Christi est panis quotidianus. in cap. 26. Matth. Cùm autem dixerit, Hoc est corpus meum, ostendit quod panis sanctificatus in altari est ipsissimum corpus Domini, & non antitypum. Non enim dixit hoc est antitypum, sed hoc est corpus. ἀῤῥήτῳ γὰρ ἐνεργείᾳ μεταποιεῖται κἂν φαίνηται ἡμῖν ἄρτος. ἐπεὶ γὰρ ἀσθενεῖς ἐσμὲν, καὶ οὐκ ἂν ἐδεξάμεθα κρέας ἐσθίειν ὠμὸν, καὶ ἀνθρώπου σάρκα, διὰ τοῦτο ἄρτος μὲν ἡμῖν φαίνεται, σὰρξ δὲ τῷ ὄντι ἐστί. Ineffabili enim virtute transformatur licet videatur panis. Quando enim sumus imbecilli, & non admitteremus carnem crudam comedere, & hominis artus, ideo panis quidem nobis ostenditur. Caro autem re vera est, in cap. 14. Marci. Hoc est corpus meum. Hoc quod nunc accipitis. οὐ γὰρ ἀντίτυπος τοῦ κυριακοῦ σώματός ἐστιν ὁ ἄρτος, ἀλλὰ εἰς αὐτὸ ἐκεῖνο μεταβάλλεται τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. Neque enim panis figura est corporis Domini, sed in ipsum illud corpus Christi mutatur. Quia enim panis & vinum nobis vsitata sunt, & carnem hominis & sanguinem videntes non sustinuissemus, sed obstupuissemus, ideo accommodans se ad nostram imbecillitatem hominum amans Deus τὸ μὲν εἶδος ἄρτου καὶ οἴνου φυλάττει, εἰς δύναμιν δὲ σαρκὸς καὶ αἵματος μεταστοιχειοῖ, speciem panis & vini retinet, sed in virtutem carnis & sanguinis transelementat. Veteres omnes primitiuæ & insequentis Ecclesiæ patres in superioribus dissertationibus tam studiosè variis locis recensuimus, verba eorum tanta fide recitauimus, interpretati sumus, vt mihi vereri non sit, ne plura in hoc argumentum è patribus, & lectiora proferre possis. Minus vereor vt offuciæ tuæ tam disertis patrum verbis caliginem offundant, aut suffuso sepiæ atramento vim eorum eludant. Quod si recentiores audire operæ est, Hugo de sancto Victore vir doctiss. & sanctissimus lib. 2. de Sacramentis cap. 9. verba eius sic habent, Nec sic in pane corpus Christi consecrari dicimus, vt de pane corpus Christi accipiar, nec quasi nouum corpus subito factum de mutata essentia, sed in ipsum corpus mutatam (panis) essentiam. Nec ipsam substantiam panis in nihilum redactam, quia desiit esse quod fuit, sed mutatam potius qua cœpit esse aliud quod non fuit. Quia, vt ait Tertull. lib. in prax. transfiguratio est interemptio pristini. Omne enim quodcũque transfiguratur in aliud desinit esse quod fuerat, & incipit esse quod non erat. Quare Ambrosius pro transsubstantiatione dixit trãsfigurationem lib. de incarnat. cap. 4. nam etsi offeras transfigurandum corpus altaribus, quia vi verborum Christi, panis substantia desinit esse id quod fuerat, in locum substantiæ panis succedit substantia corporis Christi vi conuersionis, eadem, inquam, substantia corporis quæ ex sanguine B. Virginis Mariæ conflata est. Ideo dixit Cyrillus Alexandrin. lib. 8. in Ioann. cap. 8. Christus nulli semini se comparat nisi frumento: Vnde mos cepit de hoc solo grano confici corpus Christi. Cyprianus lib. de cœna dixit creari corpus Christi, sed impropriè, pro confici: quia creatio fit de nihilo. Qui vsque hodie veracissimum & sanctissimum corpus suum creat, & sanctificat, & benedicit, & piè sumentibus diuidit. Irenæus libr. 5. cap. 2. Eum calicem qui est creatura suum sanguinem, qui effusus est, ex quo auget nostrum sanguinem, & eum panem qui est creatura, suum corpus confirmauit. Quando ergo mixtus calix, & fractus panis percipit verbum Dei, fit Eucharistia sanguinis & corporis Christi. D. Thomas 3. par. quæst. 75. ad 4. Cùm in hoc sacramento sit verum corpus Christi nec incipiat ibi esse de nouo per motum localem, cùm etiam nec corpus Christi sit ibi sicut in loco, necesse est dicere quod ibi incipiat esse per conuersionem substantiæ panis in ipsum. Scotus lib. 6. distinct. quæst. 4. 11. & 3. Respondeo quod communiter tenetur, quod nec panis ma-

net, nec annihilatur, vel resoluitur in materiam primam, sed conuertitur in corpus Christi. Apud Gratianum dist. 2. de consecratione, sunt plures canones ex Ambrosio & Augustino. Corpus Christi & veritas & figura est. Veritas dum corpus Christi & sanguis virtute Spiritus Sancti in virtute ipsius ex panis & vini substantia efficitur, figura verò est id quod exterius sentitur. Consule si vis reliquos canones eadem distinctione.

DE CORPORE CHRISTI IN EVCHARISTIA.

De sacrificio corporis & sanguinis Christi in Eucharistia horribilem, vt ait Catullus, & sacrum libellum pollicetis. Ipse non polliceor, sed & supra iam præstitisti, & præsto, tam accurate, vt nihil è patribus (absit verbo inuidia) commodius à te in hoc argumentum afferri possit, quàm quæ à me adhuc allata sunt. Sed libet mihi è Tertull ad exercēdas aures tuas pauca subiicere quæ ad sacrificium corporis Christi in Eucharistia, & veritatem faciant, quæque supra delibauimus. Itaque & sacrificamus pro salute Imperatoris, sed Deo nostro & ipsius, sed quomodo præcepit Deus, pura prece. lib. de cultu fœminar. cap. 11. aut sacrificium offertur, aut Dei verbum administratur. Aliud igitur Tertulliano sacrificium, aliud verbi administratio. Missam designare videtur lib. de orat. his verbis, Post transacta solemnia dimissa plebe. Apologet. cap. 39. Coitionem Christianorum, communicationem orationis, & conuentus, & omnis sancti commercij, cœtus & congregationes, mysteria & diuina, antelucanos cœtus lib. 2. ad vxor. nocturnas conuocationes, solemnia, conuiuium Dominicum, Dei cœnam, conuentum & solemnia, orationes diuinas. libro de Anima, & de ieiunio, lib. de orat. oblationem, oblationes lib. de cast. oblationem per Sacerdotem. lib. de orat. sacrificium, sacrificij participationem, sacrificiorum orationes, lib. 2. ad vxorem sacrificia sine scrupulo. lib. de oratione, sacrificiorum orationibus interuenire, oblationes reddere, offerre, & commemorare per Sacerdotem, adsignare & transigere orationem, Dominicum officium facere. lib. de corona milit. & de velaod. virgiolb. offerre & oblationes facere. lib. de Monogamia, corpus Domini initiare. lib. 1. aduersus Marcionem in carmine, offerri calicem. lib. de cultu fœminarum sacrificium offerri. lib. de orar. cap. 15. ne prius ascendamus ad altare cap. 14. si ad aram Dei steteris quomodo audebit orationem dicere ad altare. In Apologet postquam manualem & lumina lib. de pudicitia meminit vasorum sacrorum, calicum, & patenarum: præcedant ipsæ picturæ calicum vestrorum. At ego pastoris eius picturam haurio, quæ non potest frangi. lib. de exhortat. ad castit. ostendit quod non oporteat per laicum, sed per Sacerdotem offerri sacrificia. lib. de præscript. Et laicis sacerdotalia munera iniungunt, & quod alius illis Episcopus hodie, cras alios, hodie Diaconus, qui cras lector, hodie Presbyter qui cras laicus. in Apologet. Episcopi, Presbyteri, Diaconi. lib. de corona militis, Eucharistiam nec nisi de manu præsidentium sumimus lib. de castitate, Ecclesiæ auctoritatem constituisse differentiam inter ordinem & plebem, & honorem per honoris consensum sanctificatam à Deo. lib. de anima Psalmi canuntur, petitiones delegantur. In Apologet. coimus ad literarum diuinarum commemorationem. lib. de anima, prout scripturæ leguntur, aut ad locutiones proferuntur, id est, sermo & tractatus ad populum. Apologet. cap. 2. & 39. Deum inuocamus, Deum verum, Deum vnum, Deum de Deo, lumen de lumine, sumpta sunt hæc ex symbolo. lib. 1. aduersus Marcion. Super alienum panem alij Deo gratiarum actionibus fungitur. Eucharistiam designat. lib. de spectaculis, Ex ore quo amen in sanctum protuleris, gladiatori testimonium reddere, εἰς αἰῶνας (id est, in secula seculorum) alij omnino dicere nisi Deo & Christo. lib. 2. ad vxor. Christi inuocatio, diuina benedictio. lib. de ieiunio, Nobis omnis dies etiam vulgata consecratione celebratur. lib. de pudicit. sacramentum benedictionis. cap. 2. de orat. nos Dominum adoramus, scilicet post consecrationem, quia illo libro ritum liturgiæ in Africa expressit. lib. 3. aduersus Marcionem. Sacrificium mundum gloriæ scilicet relatio, & benedictio, & laus & hymni, de Malachiæ vaticinio loquens. Nos verò manus non tantum attollimus, sed etiam expandimus diuina passione modulantes σταυροειδῶς manus expandebat Sacerdos offerens. lib. de orat. cap. 14. Quæ oratio cum diuortio sancti osculi integra? Quem Domino facientem impedit pax? Quale sacrificium est à quo sine pace receditur? lib. 2. ad vxor. de cibo de poculo inuadere. De cuius manu desiderabit. (vet. glos. desiderata λειτουργίας τελετῶν) de cuius poculo participabit. Non sciet maritus quid secreto ante omnem cibum gustes, & si sciuerit, panem non illum esse credit, qui dicitur. lib. de Monogam. Et

illi plane dabunt viros, & vxores, quomodo buccellas. cap. vlt. lib. de orat. Quod statio soluenda sit accepto corpore Domini, accepto corpore Domini & reseruato. Rotomagensi Concil. sublata consuetudo tradendi corpus in manus communicantium eodem cap. vltimo corpore Domini non solui ieiunium ostendit. lib. aduers. Iudæos, sic enim Christus reuelauit panem corpus suum appellans. lib. 4. aduers. Marc. Ita & nunc sanguinem suum in vino consecrauit. lib. de pudicitia, atque ita exinde opimitate Dominici corporis vescitur, Eucharistia scilicet. Exhortat. ad castit. Etiam repete apud Deum, pro cuius spiritu postules, pro qua oblationes annuas reddas. Stabis ergo ad Deum cum tot vxoribus, quot illas oratione commemoras, & offeres pro duabus, & commemorabis illas duas per sacerdotem, & ascendet sacrificium tuum libera fronte, Cyprianus ep. ad Cæcilium. in calice Dominico sanctificando & plebi ministrando non hoc faciunt quod Iesus Christus Dominus & Deus noster sacrificij huius auctor. Sed hæc à nobis non vno loco supra satis explicata sunt. Si quid exciderar, id reuocemus. Augustin. ser. de sacram. Fidelium, Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Hoc quando caperet caro, quod dixit panem carnem? Vocatur caro quod non capit caro. Et ideo magis non capit caro, quia vocatur caro. Hoc enim exhorruerunt, hoc ad se multum dixerunt, Hoc non posse fieri putarunt. Caro mea est, inquit, pro mundi vita. Norunt fideles corpus Christi, si corpus Christi esse non negligunt. Epistola ad Iulianum 211. Vnusquisque antequam corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi accipiat seipsum probet. Quando enim cum accipere debemus, antea ad confessionem & pœnitentiam recurrere debemus. Sermone de verbis euangel. Quem Beda citat. Quando Christus manducatur, vita manducatur, nec occiditur vt manducetur, sed mortuos viuificat. Quando manducatur reficit, & non deficit. lib. 1. de peccator. merit. cap. 20. & 24. Dominum audiamus dicentem de sacramento mensæ suæ, quo nemo nisi rite baptizatus accedit. Nisi manducaueritis carnem meam, &c. Quid vltra quærimus? Quid ad hoc respondere poterunt nisi pertinacia pugnaces neruos aduersus constantiam perspicuæ veritatis intendant. Ac per hoc etiam pro paruulorum vita caro data est, quæ data est pro sæculi vita. Etsi non manducauerint carnem filij hominis, nec ipsi habebunt vitam. Maximus Taurinensis Episcopus sub annum 410. Virgo veluti cælitus veniens cunctis Ecclesiarum populis cibum dulciorem melle defluxit, quem qui edere, & manducare neglexerit, vitam in semetipso habere non poterit. lib. 2. Dialog. Gregor. c. 24. Quibus vir Dei manu sua protinus communionem Domini corporis dedit, dicens ite, atque hoc dominicum corpus super pectus eius cum magna reuerentia ponite, & sic sepulturæ eum tradite. Homil. 22. in euangel. Carnes agni cum lactucis agrestibus sunt edendæ, vt cum corpus redemptoris accipimus, pœnitentiæ lacrymæ de peccatis fundamus. Ad cap. 2. libr. 1. Reg. Quod tamen contra negligentes sacri altaris ministros, atque audaces Dominici corporis susceptores dici non inconuenienter potest. Homil. 40. in euangel. Romulus exitum suum Dominici corporis sumptione muniuit. Augustin. ad cap. 10. Epist. 1. Corinth. Nisi manducaueritis carnem. Ergo de corpore & sanguine suo dedit nobis salubrem refectionem. Inuitauit Dominus seruos, & præparauit eis cibum seipsum. Quis audeat manducare Dominum suum? Et tamen ait, qui manducat me viuit propter me. Quando Christus manducatur vita manducatur. Per partes manducatur & manet integer totus. Theophyl. in cap. 6. Ioan. ὥσπερ οὖν καὶ τὴν πνευματικὴν βρῶσιν τῆς τοῦ κυρίου σαρκὸς οὐ νοεῖ, ὡς μὴ μεταλαμβανόμενοι ἀμέτοχοι ἔσονται τῆς αἰωνίου ζωῆς, ὡς μὴ παραδεξάμενοι τὸν Ἰησοῦν τὴν ὄντως ζωὴν ἀληθινήν. οὐ γὰρ ψιλοῦ ἀνθρώπου σάρξ ἐστιν ἡ ἐσθιομένη, ἀλλὰ θεοῦ καὶ θεοποιεῖν δυναμένη, ὡς ἀνακραθεῖσα θεότητι. Vt igitur non intelligit spiritalem esum Dominicæ carnis, quam qui non participant, vita æterna priuabuntur, vt qui Christum non receperint, qui est vera vita. Non enim caro quæ comeditur est hominis nudi, sed Dei, quæ sumentem Deum efficere potest cum sit admixta Deitati. Ad hæc verba exiuit aqua & sanguis, ὅταν οὖν προσέρχῃ τῷ ποτηρίῳ τῆς κοινωνίας τοῦ αἵματος τοῦ χριστοῦ, ὡς ἐξ αὐτῆς τῆς πλευρᾶς πίνειν οὕτω διάκεισο. Cum igitur accedis ad sacrum calicem communionis sanguinis Christi, ita affectus esto, quasi ex ipso latere Christi biberes. Sacerdotes vi verborum Christi corpus eius sacrosanctum conficere supra docuimus, & denuo docemus ex Augustin. libr. de Ecclesiasticis dogmatib. Hoc sacramento non in merito consecrantis, sed in verbo efficitur creatoris, nec bonorum dispensatorum meritis ampliatur, nec malorum attenuatur. De Trinit. lib. 3. cap. 4. Illud corpus & sanguinem Christi dicimus, quod ex fructibus terræ acceptum, & prece mystica consecratum rite sumimus ad salutem spiritualem in memoriam pro nobis Dominicæ passionis. In Psal. 39. Quam datum est quod promissum, ablata sunt verba promissiua, data sunt completiua. Sacri

ua. Sacrificia ergo illa tanquam verbo promissiua ablata sunt. Quid est ergo quod datum est completiuum? Corpus quod nostis, quod non omnes nostis, quod vtinam qui nostis, omnes non ad iudicium noueritis. Sacrificium, inquit, & oblationem noluisti. Quid ergo nos hoc tempore sine sacrificio dimissi sumus? absit. Corpus autem perfecisti mihi. Ideo illa noluisti, vt hoc perficeres. Perfectio promissorum abstulit verba promittentia. Hoc promittebatur quibusdam signis, ablata sunt signa promittentia, quia exhibita est veritas promissa. In hoc corpore sumus, huius corporis participes sumus. Quod accipimus nouimus, & qui non nostis noueritis. Et cum didiceritis non ad iudicium accipiatis. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Perfectum est nobis corpus, perficiamur in corpore. Gelasius epist. ad Maiorinum, Comperimus autem quod quidam sumpta tantummodo corporis sacri portione à calice sacrati cruoris abstineant. Paschasius Corbeiensis lib de corpore Domini c.1. Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cœlo & in terra, & quia voluit licet figura panis & vini hic sit, tamen omnino nihil aliud quàm caro Christi & sanguis post consecrationem credenda sunt.

QVI PRIMI CHRISTI CORPVS IN EVCHARISTIA NEGARINT.

IPsi Christi Domini discipuli, & Capharnaitæ Christo carnis suæ esum & sanguinis purum commendanti, vel sine denegarunt, vel auersati in deterius cœperunt, Ioan. 6. Inter eos princeps Iudas, de quo Christus, sunt quidam ex vobis qui non credunt, vt Chrysosto. Hom. 46. in Ioan. cuius verba supra recitauimus. Ignatius epist. ad Smyrnenses, Quoidam sua ætate fuisse ait, qui Eucharistias & sacrificia non admitterent, quia Eucharistiam Christi Domini corpus esse negarent. Videntur fuisse Saturniani, & Marcionistæ. Verba Ignatij Græca supra dedimus. Massaliani, qui & Euchetæ, & Enthusiastæ apud Theodoretum lib. 4. Histor. Eccl. cap. 11. sacrificia sustulerunt, Christi carnis inutilem esum esse pronuntiarunt. Verba supra præmisimus. Aetate Augustini quidam vibicus Romæ vrbis incola, in Eucharistia esse nudum panem docuisse videtur, vt Augustinus epist 86. Nestorius ætate Cyrilli Alexandrini Christi carnem in Eucharistia viuificam esse, & cum verbo Dei coniunctam negauit, vt ex Synodo Ephesina supra ostendimus, Anathemate 11. Aetate Damasceni, & Theophylacti quidam reperti qui Eucharistiam simplicem figuram, & typum corporis Christi esse dicerent, vt Damascen. lib. 4. cap. 14. Quod idem ætate Caroli magni Ioannes quidam Scotus tenuit, qui concilio Vercellensi damnatus est vt ait Landfrancus lib. de Sacramento Euchar. contra Berengarium. Postea sub annum 886. Bertramus, Berengarius sub annum 1050. Henriciani, Petrobusiani sub annum 1131. In Flandria iussu Comitis Philippi cæsi qui idem sentiebant. Anno 1216. Quæsitum Constantinopoli an corpus Christi in Eucharistia esset incorruptibile, vt Nicetas lib. 3. de gestis Angeli Alex. cuius verba supra ascripsimus. Anno 1208. eundem errorem exercarunt Albigenses in Vasconibus & Tholosanibus. Sub annum 1350. Valdenses sub annum 1370. Ioannes Vvicleff, Hieron. Praguensis, Ioannes Hussius, in quos Concilio Constantiensi animaduersum, superiori sæculo Lutherus, Caluinus, & alij.

EXPLICATIO CAPITIS 6. S. IOANNIS.

IN huius capitis explicatione partiarij nostri multa turbant, & in partes abeunt. Nihil opportunius fieri posse arbitror quam si nude & simpliciter, quid de eo patres senserint, exposuero. Verba in quibus vitilitigant, & offucias faciunt, hæc sunt. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Caro enim mea vere est cibus &c. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum: quanquam Christus videt eos super eius verbis anxios, dubios, & minus æquis auribus tam noua & inaudita accipientes, non mollit aut mutat orationem, sed pergit porro & ait, Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in illo. Multi ergo audientes ex discipulis eius dixerunt, Durus est hic sermo, & quis potest eũ audire. &c. Dixit eis Iesus, hoc vos scandalizat.

Si

Si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius? Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam. Verba quæ ego locutus sum vobis, Spiritus & vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Respondit Simon Petrus, Domine, ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes. Et nos credidimus. Incusat Christus eos qui verbis suis non credunt. Petrus se credere profitetur. Iudas non credidit. S. Augustinus ibidem. Videte quemadmodum Petrus dante Deo recreante Spiritu Sancto intellexit, Vnde? Nisi quia credidit, verba vitæ æternæ habes, vitam æternam habes in ministratione corporis & sanguinis tui. Sanctus Chrysostomus ait Christum miracula patrasse priusquam apud eos de carne sua manducanda, & sanguine bibendo ageret, vt eos veluti per gradus ad fidem huius mysterij adduceret. διὰ γὰρ τοῦτο προλαβὼν ἐθαυματούργησε τὸ παράδοξον ἐκεῖνο, ἵνα διδαχθέντες μηκέτι ἀπιστῶσι τοῖς μετὰ ταῦτα λεγομένοις. Ideo ante verba hæc miraculum illud in panibus patrarat, vt re docti fidem iis quæ postea dicturus erat non negarent. Euthymius, non dixit panis quem do, caro mea est pro mundi vita, sed quem dabo. Daturus enim erat in vltima cœna, quando sumptum panem actis gratiis fregit. Augustinus tractatu 29. in Ioannem. Panis quem ego dabo, &c. Hoc quando caperet caro, quod dixit panem carnem. Vocatur ergo caro quod non capit caro. Chrysostomus, ἐπειδὴ γὰρ ἐπεζήτουν τροφὴν σωματικὴν αὐτὴν τὴν σωματικήν, &c. Quia instabant petentes ab eo cibum corporeum, & memoriam cibi qui maioribus eorum datus erat, reuocabant, & manna magnum aliquid esse arbitrabant; ostendens illa omnia typum fuisse & vmbram, veritatem autem rerum præsentem esse, meminit cibi spiritalis. Quod autem carnem aliquis manducasset, nemo adhuc dixerat; & tamen credebant, & sequebantur, & fatebantur eum verba vitæ æternæ habere. Ad hæc verba, abierunt retro. Hoc per illorum vecordiam ipsis accidit. ὅταν γὰρ ἡ ζήτησις ὅπως εἰσέλθῃ, συνεισέρχεται καὶ ἀπιστία. Quando de Deo quæritur, quomodo aliquid efficere possit, ingreditur & infidelitas. Ita & Nicodemus turbabatur dicens, quomodo potest homo redire in vterum matris vt renascatur? Ita & isti turbantur dicentes. Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? Si enim quæris quomodo, cur non dixisti, quomodo panes quinque ita multiplicauit? Vnum corpus sumus, & membra corporis eius, & ex ossibus eius. Vt igitur non tantum per caritatem vnum corpus cum eo essemus, sed etiam ipsa re in illam carnem admisceremur, per cibum quem nobis largitur id efficitur, volens nobis testari amorem quo nos complectitur. Ideo miscuit seipsum nobis, & corpus suum eum nostro fermentauit, ac iunxit, vt vnum cum eo essemus quasi corpus cum capite coniunctum. Hoc enim eorum est qui valde inter se amant. Hoc igitur Iob significans dicebat de seruis suis quibus erat carissimus, eos vt amorem suum testarentur dixisse, quis nobis det vt de carnibus eius impleamur. Ideo fecit & hoc Christus, vt ad maiorem nos sui amorem traheret, & suum in nos amorem significans, qui non tantum se videndum præbuit amantibus, verum & tangendum, & comedendum, vt dentes in eius carnem infigerent, & cum eo necterentur, & omnem amorem implerent. Qui genuerunt sæpè dant filios suos aliis alendos. Ego non ita, inquit, sed carne mea meos alo. Meipsum vobis in cibum appono, omnes cupiens esse ingenuos & nobiles, præbens vobis spem bonam de futuris. Qui enim hic vobis seipsum dat, quanto magis in futuro æuo daturus est. Volui vobis frater esse, propter vos hominis corpus indui, rursum vobis carnem & sanguinem, per quem sum vobis consanguineus, trado. Hic sanguis imaginem regiam vobis florentem facit. Hic sanguis dat formam & speciem admirabilem. Hic non patitur vt animæ vestræ nobilitas marcescat, qui eam semper irrigat & alit. Sanguis enim qui vobis fit ex cibis vulgaribus non statim efficitur, sed aliquid aliud. Hic autem non sic, sed statim animam irrigat, & magnam quandam virtutem indit. Hic sanguis mysticus pellit dæmones, & longè amolitur. &c. Quæ supra posui. εἰ γὰρ τύπος αὐτοῦ τοσαύτην ἴσχυεν ἰσχὺν ἔν τε τῷ ναῷ τῶν ἑβραίων, ἔν τ' αἰγύπτῳ μέσῃ ταῖς φλιαῖς ἐπιχριόμενος, πολλῷ μᾶλλον ἡ ἀλήθεια. Si figura eius tantum potuit in templo Hebræorum, & in media Ægypto liminibus illitum, quanto magis poterit veritas? Animaduerte ex Chrysostomo sanguinem agni figuram fuisse sanguinis, Christi in Eucharistia. At figura inquit, inferior est ea re quæ figuratur. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? καὶ γὰρ ἐπειδὴ ἔλεγον ὅτι ἀδύνατον τοῦτό ἐστι, δείκνυσιν ὅτι οὐ μόνον οὐκ ἀδύνατον, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀναγκαῖον. Etenim quoniam dicebant fieri non posse vt carnem suam comedendam daret, ostendit non modo fieri posse, verum & maxime esse necessarium. Augustinus sermone 2. de verbis Domini. Cùm ergo commendans talem escam, & talem potum diceret, nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis, & hoc diceret de vita, quis alius quam ipsa vita. Erit autem illi homini mors non vita, qui mendacem putauerit vitam. Ad id, Hoc vos scandalizat? Quid

Ii sibi vult

sibi vult, hoc vos scandalizat? Putatis quia de hoc corpore meo quod videtis partes facturus sum, & membra mea concisurus, & vobis daturus. Quid si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius. Iste qui integer ascendere potuit, consumi non potuit. Ergo & de corpore & sanguine suo dedit nobis salubrem refectionem, & tam magnam breuiter soluit de sua integritate quæstionem. Tunc autem hoc erit, id est, vita vnicuique, si quod in sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritualiter manducetur, spiritualiter bibatur. Audiuimus enim ipsum Dominum dicentem, Spiritus est qui viuificat. Ipsi dicebant, durus est hic sermo. Durus est duris, incredibilis sed incredulis. Chrysostomus ad hæc, Quid si videritis filium hominis ascendentem, &c. τί οὖν ἀπορίας ἀπορίαις συνάπτει; μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τῷ μεγέθει τῶν δογμάτων καὶ τῷ πλήθει αὐτοὺς ἐπαγαγεῖν βούλεται. ὁ πεισθεὶς ὅτι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκε, καὶ ἐκεῖ ἀναβήσεται, εὐκολώτερον ἂν πιστεύσει τοῖς λεγομένοις. Quid igitur? an dubitationes dubitationibus adnectit? Absit. Sed multitudine dogmatum, & magnitudine ipsos ad credendum adducere vult. Qui credit ipsum de cœlo descendisse, & in cœlum iterum ascensurum, facilius crediturus est quæ ab ipse de carne sua manducanda dicuntur. Euthymius, turbabantur nec poterant sermoni credere quod hoc impossibile videretur. Nam cum omnia secundum naturam inquirerent, nihil quod supra naturam erat admittebant. Illi quidem hoc impossibile iudicabant, ipse verò omnino possibile ostendit, neque id tantum, sed etiam necessarium. Addit autem & de sanguine significans de pane & poculo, quæ daturus erat in vltima cœna. Ad id verus est cibus. Hoc dixit confirmans quod non ænigmaticè, neque parabolicè loqueretur. Quemadmodum ego viuo quia natus sum à viuente patre, ita & qui edit me, ipse quoque viuet, eo quod me, qui vita sum, ederit, vitamque participauerit. Qui potest hanc carnem reddere cœlestem vt cœlum ascendat, potest vtique & ipsam cibum efficere hominum. Augustinus tractat. 26. in Ioannem. Vt autem quispiam viuat propter me, participatio facit qua manducat me. Tractatu 27. O Domine, magister bone, quomodo caro non prodest quidquam, cum tu dixeris, nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit in se vitam? An vita non prodest quidquam? Propter quid sumus quod sumus, nisi vt habeamus vitam æternam, quam tua carne promittis? Quid est ergo, non prodest quidquam caro? Non prodest quidquam quomodo illi intellexerunt? Carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur. Sic dictum est, caro non prodest quidquam, quomodo dictum scientia inflat sola sine caritate, sic sola caro non prodest quidquam, sine spiritu? Accedat spiritus ad carnem sicut caritas ad scientiam, & prodest plurimum. Nam si caro non prodesset, verbum caro non fieret, vt habitaret in nobis. Tertullianus lib. de resurrectione carnis. Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt. Merito, sola per seipsa, vt ostenderet adhuc Spiritum illis non esse. Spiritus enim est qui viuificat in regnum Dei, caro nihil prodest sola. Cyprianus de cœna Domini. Abierunt retro existimantes hoc eo modo dici, vt carnem eius vel assam, vel elixam, sectámque membratim edere docerentur. Sed in cogitationibus huiusmodi caro & sanguis non prodest quidquam, quia verba hæc, Spiritus & vita sunt, nec carnalis sensus ad intellectum tantæ profunditatis penetrat, nisi fides accedat. Chrysostomus, Spiritus est qui viuificat, &c. ὃ δὲ λέγει τοῦτό ἐστι· πνευματικῶς δεῖ τὰ περὶ ἐμοῦ ἀκούειν. Quod dicit eiusmodi est, spiritaliter exaudienda sunt quæ de me dico, Qui enim carnaliter accipit, nullum fructum refert. Erat autem carnale dubitare quomodo de cœlo descenderit, καὶ πῶς δύναται ἡμῖν τὴν σάρκα δοῦναι φαγεῖν. Et quomodo potest nobis suam carnem dare manducandam? ista omnia carnalia sunt. Quomodo igitur ait, caro non prodest quidquam? οὐ περὶ τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς λέγων μὴ γένοιτο, ἀλλὰ περὶ τῶν σαρκικῶς ἐκλαμβανόντων τὰ λεγόμενα. πῶς ἂν οὐδὲν ὠφελεῖ ἡ σάρξ, ἧς ἄνευ ζῆν οὐκ ἔνι· ὁρᾷς ὅτι τὸ ἡ σάρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδὲν, οὐ περὶ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ εἴρηται, ἀλλὰ περὶ τῆς σαρκικῆς ἀκροάσεως. Non de sua carne loquitur, absit: sed de iis qui carnaliter accipiunt, quæ dicuntur. Quid autem est carnaliter intelligere, simpliciter vt res dicuntur, neque aliud quidpiam, φαντάζεσθαι, imaginari. Quomodo igitur, caro non prodest quidquam sine qua viuere non est? Vides quoniam non de sua carne dixit, sed de carnali audientia. Ad id, Caro mea verè est cibus. βούλεται πιστώσασθαι αὐτοὺς περὶ τῶν εἰρημένων, ὥστε μὴ νομίζειν αἴνιγμα εἶναι τὸ εἰρημένον, ἀλλ' εἰδέναι ὅτι πάντως δεῖ φαγεῖν τὸ σῶμα· οὕτω φησίν. Vult eos confirmare, & certiores facere de fide eorum quæ dicta sunt, ita vt non putent ænigma esse quod dictum est, sed scire, quia omnino comedere oportet eius corpus. Deinde ait, qui manducat carnem meam in me manet & ego in eo, quod dicit, vt cum ipso se admisceri ostendat, δηλῶν ὅτι ἐν αὐτῷ ἀνακιρᾶται. Theophylactus in cap.

in cap. 6. Ioannis. Manifeſtè hic loquitur de myſtica participatione corporis ſui, Panis quem ego dabo caro mea eſt. Attende autem quod panis in myſteriis qui à nobis editur, non eſt antitypum carnis Chriſti, ſed ipſa Domini caro. Non enim dixit panis quem ego dabo eſt antitypum carnis meæ, ſed caro mea. μεταποιεῖται γὰρ ἀπορρήτοις λόγοις ὁ ἄρτος οὗτος διὰ τῆς μυστικῆς εὐλογίας. Transformatur enim hic panis ineffabilibus verbis, per myſticam benedictionem, & aduentum Spiritus ſancti in carnem Domini. Et ne quem turbet quod panem credimus eſſe corpus. Nam cum ipſe inter homines ageret, panis quem comedebat in eius carnem mutabatur. Et nunc panis in carnem Domini mutatur. Et paulo poſt. καὶ οὐδὲν πνευματικῶς ἐκλαμβάνοντες, ἀλλὰ πάντα κατὰ τὸ φαινόμενον. Et nihil ſpiritaliter accipientes, ſed omnia ſecundum id quod apparet. Quoniam enim carnem audiebant, exiſtimabant quod eos eſſe carniuoros, & αἱμοβόρους ſanguinis potores cogeret. Nos autem ſpiritaliter intelligentes, non ſumus ſarcophagi, ſed magis ſanctificamur per hunc cibum. ἡ δὲ σάρξ, τουτέστι τὸ σαρκικῶς ταῦτα ἐκδέχεσθαι, Caro, hoc eſt, carnaliter iſta accipere non prodeſt quidquam, ſed magis ſcandali cauſa eſt. Verba quæ loquor ſpiritus & vita ſunt, nihil habentia carnale, καὶ ζωὴν περιέχοντα αἰώνιον, & vitam conciliantia æternam. Ad hæc, Qui manducat carnem meam, &c. Hic diſcimus myſterium communionis. Qui enim manducat carnem Domini, & bibit ſanguinem eius, in ipſo Domino manet, & Dominus in eo. συνανακιρνᾶται γὰρ ξένη καὶ ὑπὲρ λόγον γίνεται, ὥστε εἶναι τὸν θεὸν ἐν ἡμῖν, καὶ ἡμᾶς ἐν τῷ θεῷ. οὐκ ἀκούεις φρικτὸν ἄκουσμα, οὐ θεὸν ψιλὸν τρώγομεν, ἀναφὴς γάρ ἐστι καὶ ἀσώματος. Admixtio enim noua & ſupra rationem & orationem efficitur, ita vt Deus ſit in nobis, & nos in Deo. An non audis tremendam auditionem, Non Deum nudum & ſimplicem comedimus, quia tangi nequit & incorporeus eſt, & neque oculis, neque dentibus capi poteſt, & rurſus non comedimus nudi ac ſimplicis hominis carnem, quia nihil iuuare poteſt, ſed quando Deus tibi adiunxit carnem per ineffabilem commixtionem, viuifica eſt caro, vt Dei verbi caro. Vt ergo ait, viuo propter patrem, vt genitus à patre qui vita eſt, ita qui manducat me viuet per me, ἀνακιρνώμενος, καὶ ὥσπερ μεταστοιχειούμενος εἰς ἐμὲ τὸν ζωογονεῖν ἰσχύοντα, admixtus & quaſi tranſelementatus in me, qui poſſum viuum generare. Chryſoſtomus ad cap. 6. Ioann. Durus eſt hic ſermo. οὐχ ὅτι ζωὴν ἐπήγγελλε, ἀλλ' ὅτι σωθῆναι ἀδύνατον τὸν μὴ φαγόντα αὐτοῦ σάρκα. τί οὖν ἐστι σκληρός, δυσπαράδεκτος. Non quia promittebat vitam, ſed quia ſeruari is non poteſt qui carnem Chriſti non comederit. Quid eſt igitur durus ſermo? Qui ægre admittitur. Origenes in Iohannem. ἄρτον ἀληθινὸν τὴν ἑαυτοῦ σάρκα μεταφορικῶς καλεῖ, ὡς ἐσθιομένην μέλλοντος ἐν τῷ μυστηρίῳ τούτῳ παραδίδοσθαι. Panem verum carnem ſuam metaphorice vocat, vt quæ comeditur, cum ipſe eam in myſterio daturus eſſet. Item, τὴν σάρκα αὐτοῦ καλεῖ διὰ τὸ ἐσθίεσθαι ἐν τοῖς μυστηρίοις. φησὶ γὰρ ὁ ἄρτος ὃν ἐγὼ δώσω. τὴν μυστικὴν βρῶσιν καὶ πόσιν τοῦ σώματος καὶ αἵματος αὐτοῦ αἰνιττόμενος. φύσει γὰρ ζωὴ ὢν ὁ λόγος ἐποίησε καὶ τὴν ἀνθρωπίνην αὐτοῦ σάρκα ζωοποιόν. Carnem ſuam vocat quia comeditur in myſticis. Ait enim, panis quem ego dabo, myſticum cibum & potum corporis & ſanguinis ipſius ſignificans. Cum enim verbum ſit natura vita, carnem ſuam humanam fecit viuificam. Diſtingui tamen debet verbum à carne, vt ait Ambroſius libr. de Incarnatione capite 4. Nam etſi credas à Chriſto carnem eſſe ſusceptam, & offeras transfigurandum corpus altaribus, non diſtinguas tamen naturam diuinitatis, & corporis, & tibi dicitur ſi recte offers, non recte autem diuidas, quieſce, peccaſti. Origenes in Ioann. cap. 6. ἐπειδὴ ἀνθρωπινώτερον ἤκουον τῶν λόγων μὴ νοοῦντες τὰ λεγόμενα, σκληρὸν εἶναι τὸν λόγον αὐτοῦ ἔλεγον· ἐνόμιζον γὰρ αὐτὸν μείζονα τῆς οἰκείας ἀξίας φθέγξασθαι, καὶ τὸ σαρκοφάγους καὶ αἱμοβόρους τοὺς ἀκούοντας αὐτοῦ ποιεῖν. Quoniam nimis pro humano ingenio ſermonem audiebant, non intelligentes ea quæ dicebantur: dicebant eius ſermonem eſſe durum. Putabant enim eum dicere quæ maiora eſſent ſua dignitate, & velle eſſe carniuoros & ſanguinis potatores auditores ſuos. ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστι. εἰ καὶ ἀσθενὴς ἡ τῆς σαρκὸς φύσις εἰς τὸ δύνασθαι ζωοποιεῖν, ἀλλ' οὖν ἐνεργήσει τὸ ζωοποιὸν ἔχουσα λόγον. ὥσπερ υἱὸν ἀνθρώπου, ἐπειδὴ γέγονεν ἄνθρωπος, οὕτω πάλιν ἀπὸ τοῦ ἰδίου πνεύματος, πνεῦμα ἑαυτὸν ὀνομάζει διὰ τὴν ἄκραν ἕνωσιν· ἐπειδὴ γὰρ οἰκεῖ ἐν τῇ σαρκὶ ὁ λόγος ὅς ἐστι πνεῦμα, ποιεῖ αὐτὴν ζωοποιόν. οὐ γὰρ ἡ σὰρξ φησὶ ὠφέλειαν παρέχεται, ἀλλ' ἡ θεία καὶ ἀσώματος φύσις ἡ ἑνωθεῖσα σαρκὶ τῇ σαρκὶ τὴν ζωὴν δωρεῖται. Quod dicit tale eſt. Etſi imbecilla eſt carnis natura, vt poſſit viuificare, hoc tamen efficiet coniuncta cum verbo, viuifico. Quemadmodum autem filium hominis ſe appellat quia homo eſt, ita rurſus à proprio ſpiritu ſe ipſum appellat ſpiritum, propter ſummam vnionem. Quia enim habitat in carne verbum, qui eſt ſpiritus, facit eam viuificam. Caro, inquit, non prodeſt quidquam, ſed diuina natura coniuncta carni, ei vitam dat. In can. prima quidem hæreſis diſt. 2. de Conſec. Cum videritis filium hominis aſcendentē vbi erat prius, certe vel tūc videbitis, quia non eo modo quo putatis erogat corpus ſuum.

Chrysost. carnem dixit carnaliter audire, καὶ αὐτοὺς αἰνιττόμενος ὅτι ἀεὶ σαρκικῶν ἐπεθύμουν, δέον πνευματικῶν ἐφίεσθαι. Significans eos carnalia semper desiderare, cum debeant expetere spiritalia. Vides verba ipsa non fuisse scandalo ipsis, ἀλλ' ἡ [illegible], καὶ ἡ ῥᾳθυμία, καὶ ἀγνωμοσύνη τῶν ἀκουόντων. Sed incuria, indiligentia, incogitantia audientium. Alij enim carnaliter audiebant, οἱ δὲ τῇ πίστει πάντα ἐπιτρέποντες, omnia alij fidei permittebant. Theophylactus, Non credunt Iudæi, ideo vtuntur voce, quomodo, quæ est ab incredulitate, & infidelitate. Quando enim infidelitatis rationes in mentem subeunt, tunc & vox, quomodo, subit pariter. Ideo ipse volens ostendere quia hoc non est impossibile, sed & valde necessarium, & non potest aliter haberi vita subiicit, nisi quis manducauerit carnem. δεῖ τοίνυν ἡμᾶς ἀκούσαντας ἐὰν μὴ φάγωμεν τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ οὐκ ἔχομεν ζωήν, ἐν τῇ μεταλήψει τῶν θείων μυστηρίων πίστιν ἔχειν ἀδίστακτον, καὶ μὴ ζητεῖν τὸ πῶς. ὁ γὰρ ψυχικὸς ἄνθρωπος, τουτέστιν ὁ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις, καὶ ψυχικοῖς, ἤτοι φυσικοῖς ἑπόμενος οὐ δέχεται τὰ ὑπὲρ φύσιν καὶ πνευματικά. Oportet igitur nos cum audierimus nisi manducemus carnem Domini vitam non habituros, in participatione sacrorum mysteriorum habere fidem indubitatam & non quærere quomodo. Animalis enim homo, hoc est qui sequitur rationes humanas animales, & naturales non suscipit quæ sunt supra naturam & spiritalia. Item, hic addiscimus mysterium communionis. Qui enim comedit carnem & bibit sanguinem Domini in ipso manet Domino, & Dominus in eo. Chrysostomus, χρὴ δὲ μὴ οὕτω κρίνειν τοῖς ὁρωμένοις, ἀλλὰ πάντα τὰ μυστήρια ἐν τοῖς ἔσωθεν ὀφθαλμοῖς κατ[illegible]. τοῦτο γάρ ἐστι πνευματικῶς. Quid est intelligere carnaliter, intueri tantum in ea quæ proposita sunt, nec aliquid amplius imaginari. Oportet autem non ita iudicare per ea quæ videntur, sed omnia mysteria interioribus oculis intueri. Hoc est enim spiritualiter. Origenes in cap. 6. Ioann. Qui manducat carnem meam. Oportebat enim eum per Spiritum sanctum in nobis esse θεοπρεπῶς, dignè Deo, & admisceri nostris corporibus sanctam eius carnem. Græca verba supra posuimus. Idem ad Luc. 22. ἵνα εἰς μέθεξιν ζωοποιὸν ἔχωμεν αὐτά, καὶ σπέρμα ζωοποιὸν ἐν ἡμῖν εὑρεθῇ τὸ σῶμα τῆς ζωῆς. Vt in participationem viuificam ea habeamus, & semen viuificum inueniatur in nobis corpus vitæ. Chrysost. ad id, verba quæ locutus sum Spiritus & vita sunt, τουτέστι μὴ ὑπολάβῃς τῇ τῶν πραγμάτων ἀκολουθίᾳ καὶ τῇ τῶν γινομένων ἀνάγκῃ τῶν ῥημάτων τῶν ἐμῶν διδασκαλίαν· οὐ τοιαῦτα τὰ πνευματικά· οὐκ ἀνέχεται δουλεύειν νόμοις τοῖς ἐπὶ γῆς. Hoc est, ne doctrinam verborum meorum ex consueto rerum ordine, & necessitate eorum quæ fiunt æstimato. Spiritalia huiusmodi non sunt, non seruiunt legibus terrestribus. Origenes in Ioann. μὴ οὖν τοῖς σαρκικοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρᾶτε τὰς δεδομένας παρ' ἐμοῦ τροφάς, ἀλλὰ τοῖς νοητοῖς· ὁ γὰρ νοῦς λόγου ὑπέρτερα πάντα ταῦτα νῦν καὶ λόγον. Idem ad cap. 14. Marci διδάσκει μὴ πρὸς τὴν φύσιν ἀφορᾶν τῶν προκειμένων, ἀλλὰ διὰ τῆς γενομένης ἐπ' αὐτοῖς εὐχαριστίας ταῦτα ἐκεῖνα εἶναι πιστεύειν. ὁ γὰρ ζωοποιὸς τοῦ θεοῦ λόγος ἑνώσας ἑαυτὸν τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ καθ' ὃν οἶδε τρόπον αὐτὴν ζωοποιὸν ἀπέφηνεν. ἔφη γὰρ, ὁ ἄρτος ὃν ἐγὼ δώσω. Docet non ad naturam aspiciendum eorum quæ proposita sunt, sed per benedictionem quæ super ipsis facta est, illa ipsa esse credere. Verbum enim Dei viuificans cum seipsum cum propria carne coniunxerit, quomodo scit ipsam viuificam effecit. Ait enim, panis quem ego dabo. August. tract. 27. in Ioan. Caro non prodest quomodo in macello venditur, sed quomodo spiritu vegetatur. Sic dictum est caro non prodest quidquam, quomodo dictum est scientia inflat. Et quid est scientia inflat? Sola sine caritate. Ideo enim adiungit Apostolus, caritas vero ædificat. Adde ergo scientiæ caritatem, & vtilis erit scientia. Sic etiam nunc caro non prodest quidquam, sed sola caro. Accedat spiritus ad carnem, sicut caritas ad scientiam, & prodest plurimum. Nam si caro non prodest, verbum caro non fieret, vt habitaret in nobis. Tertul. lib. de Resurrect. carnis. Quia durum existimauerunt sermonē eius præmisit, spiritus est qui viuificat, atque ita subiungit. Caro nihil prodest ad viuificandum scilicet. Exsequitur etiam quid velit intelligi spiritū. Verba quæ locutus sum vobis spiritus sunt, vita sunt. Sicut & supra, Qui audit sermones meos, & credit in eū qui me misit, habet vitā æternam. Itaque sermonem constituens viuificatorem, quia spiritus & vita sermo. Item, caro & sanguis regnum Dei hæreditate possidere non possunt, merito sola & per seipsa, vt ostenderet adhuc spiritum illis non esse. Spiritus est enim qui viuificat in regnum Dei, caro nihil prodest. Prodesse tamen illis aliud potest spiritus, & per spiritum opera quoque spiritus. Cyprianus libr. de cœna Domini. Quod quidam quia non credebant, nec poterant intelligere, abierunt retro. quia horrendum eis & nefarium videbatur vesci carne humana, existimantes hoc eo modo dici, vt carnem eius vel elixam, vel assam, sectamque membratim edere docerētur, cum illius personæ caro, si in frusta partiretur, non omni humano generi posset sufficere. Sed in cogitationibus huiusmodi caro & sanguis non prodest quidquam, quia, sicut ipse magister exposuit, verba hęc, spiritus & vita sunt, nec carnales sensus ad intellectum tantæ profunditatis penetrant, nisi fides accedat. Cyril. Catech. 4. Illi quidem non audientes spiritaliter ea quę dicebantur scandalisati

abierunt

abierunt retro, νομίζοντες ὅτι ἐπὶ σαρκοφαγίαν αὐτοὺς προτρέπει). Existimantes se ad sarcophagiam vocari. Satis opinor ista sunt, vt omnes partiariorum offuciæ discutiantur, qui corpus Christi Spiritu tantum & fide, cum ipsa re à pane benedicto absit, & in cœlo apud Patrem agat se accipere existimant. Iudæi fide in deserto manducauerunt carnem Christi, non ipsa re, nos non fide tantum, sed ipsa re. Fides est hypostasis rerum sperandarum, vt supra ostendimus, quia efficit vt res quas credimus in animo nostro per speciem quandam, non tamen re vera vt in se ipsis existunt, subsistant. Theodoretus ad Hebræos 11. ἡ πίστις ἔλεγχος οὐ βλεπομένων. τὰ γὰρ οὐχ ὁρώμενα διὰ ταύτης ὁρῶμεν, καὶ πρὸς τὴν τῶν ἐλπιζομένων θεωρίαν ὀφθαλμὸς ἡμῖν γίνεται, καὶ δείκνυσιν ὡς ὑφεστῶτα τὰ μηδέπω γεγενημένα. τῶν νεκρῶν ἁπάντων ἐν τοῖς τάφοις ἔτι κειμένων ἡ πίστις ἡμῖν προζωγραφεῖ τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν κόνεως τῶν σωμάτων ἀθανασίαν παρασκευάζει φαντάζεσθαι. Fides est argumentum apparentium. Quæ enim non videntur per eam videmus, & oculus nobis est ad contemplationem eorum quæ speramus, & ostendit ea quæ nondum fuerunt quasi iam sint. Fides omnium mortuorum qui in tumulis adhuc sunt nobis resurrectionem ante depingit, & nos imaginari facit immortalitatem cineris corporum. Theophylactus ad cap. 2. epist. ad Hebr. Fides est argumentum, hoc est, demonstratio & manifestatio rerum quæ non sunt conspicuæ. Facit enim fides vt illa mente nostra cernamus haud secus ac si præsentia essent. Si igitur tanta, taliáque potest fides, quid cupitis ea bona corporaliter, & re ipsa sensibili videre, vt excidatis à fide. Bene igitur Cyrillus catech. 4. μὴ πρόσεχε ὡς ψιλῷ τῷ ἄρτῳ, καὶ τῷ οἴνῳ. σῶμα γὰρ καὶ αἷμα Χριστοῦ κατὰ τὴν δεσποτικὴν τυγχάνει ἀπόφασιν. Ne attendas quasi nudo ac simplici pani ac vino. Sanguis enim & corpus est Christi, secundum quod Dominus declarauit. αὐτοῦ οὖν ἀποφηναμένου, καὶ εἰπόντος περὶ τοῦ ἄρτου τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα, τίς τολμήσει ἀμφιβάλλειν λοιπόν. Cùm igitur asseuerauerit & dixerit ipse de pane, hoc est corpus meum, quis audebit deinceps de ea re dubitare. Cyril. Alexand. lib. 8. cap. 13. in Ioannem. Accipite & manducate, hoc est enim corpus. Perspicis quia sine fide quærentibus mysterij modum nequaquam explicauit, credentibus autem etiam non quærentibus exposuit. &c. Euthymius in cap. 26. Matth. Hoc facite in meam recordationem; hoc, inquit, nouum mysterium, & non illud vetus. Siquidem vetus illud mysterium in recordationem inductũ est salutis Hebræorum primogenitorum in Ægypto, & libertatem Hebræorum. Hoc autem in recordationem Domini. per tale enim sacrificium reminiscimur quod corpus suum in mortem pro nobis tradiderit. Basil. serm. 1. de baptis. & de definit. 21. Ethicor. Hoc facite in meam commemorationem ita interpretatur, vt communicantes meminisse debeant obedientiæ quæ ad finem vsque vitæ Christo exhibenda est, quamque ipse præstitit patri. Carnem autem per seipsam nihil prodesse ostendit. τὸν δὲ λόγον τῆς μνήμης τῆς μέχρι θανάτου ὑπακοῆς τοῦ κυρίου μὴ πληρῶν οὐδὲν ἔχει ὄφελος κατὰ τὴν ἀπόφασιν τοῦ κυρίου εἰπόντος, ὅτι ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν. προσέθηκε δὲ καθ' ἑαυτῆς. Qui non implet rationem memoriæ obedientiæ Domini vsque ad mortem nihil iuuatur, secundum declarationem Domini dicentis, Caro non prodest quidquam per se. ποίῳ λόγῳ δεῖ ἐσθίειν τὸ σῶμα, καὶ πίνειν τὸ αἷμα τοῦ κυρίου εἰς τὴν ἀνάμνησιν τῆς κυρίου μέχρι θανάτου ὑπακοῆς. Qua ratione oportet comedere corpus, & bibere sanguinem Christi? in recordationẽ Domini obedientiæ vsq; ad mortem, vt qui viuũt non sibi amplius viuant, sed ei qui pro nobis mortuus est. Idem ait Christum bis dixisse Amen, vt se carnem suam verè dare manducandam ostenderet. χρεία τρέφεσθαι ἡμᾶς τροφὴν ζωῆς αἰωνίου, ἣν ἵνα παρέδωκεν ἡμῖν πάλιν ὁ αὐτὸς μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ ζῶντος, καὶ πάλιν προσθεὶς τὸ ἀμὴν δεύτερον, πρὸς βεβαίωσιν τῶν ἐπιφερομένων, καὶ πληροφορίαν τῶν ἀκουόντων φησὶν, ἀμὴν, ἀμὴν λέγω. Opus est vt alamur nos cibo vitæ æternæ, quem dedit nobis ipse vnigenitus filius Dei viui, rursum addens secundum Amen, vt confirmaret ea quæ illaturus, & postea dicturus erat, & audientes certos verborum suorum veritatis efficeret, dicit, Amen, Amen dico vobis, nisi quis manducauerit carnem meam. Inepriunt, qui obijciunt non fieri commemorationem rei præsentis, & ex eo colligunt verum corpus Christi in Eucharistia præsens non esse, quibus respondeo nos vt sæpè aliquid facimus in commemorationem Dei vbique præsentis, sed ita præsentis, vt oculorum nostrorum sensum fugiat, ita & Christi præsentis commemorationem in Eucharistia facere, sed ita præsentis, vt sensum oculorum effugiat. Ais denique, omnes Hæreticos in iis quæ expedire non possunt, ad omnipotentiam Dei confugere, in cuius vmbra delitescimus, cùm dicimus, Christi corpus eodem puncto temporis in pluribus locis esse, extensum vt locum occupet non esse, & cætera eius generis quæ verè & eruditè explicata sunt ab Illustrissimo Cardinal. Bellarmino. Vno verbo aio, voluntatem Christi ex huius verbis elici, dixit is qui à mendacio liber est, Hoc est corpus meum, & quia dixit voluit, & quia voluit potuit. Tertullianus in prax. Etenim posse velle est, & non posse nolle, quod voluit potuit, & ostendit. Non quodcunque potest, statim id vult, sed quod vult, id omnino potest. Tertullianus ibidem. Potuit Deus

hominem pennis ad volandum instruxisse, quod & miluis præstitit, Non tamen quia potuit statim & fecit. Potuit & praxeam, & omnes pariter Hæreticos statim destruxisse, non tamen quia potuit & fecit. Deus non potest mori, peccare, non esse, contradicentia denique non potest, quia vt ait Theodoretus Dialogo 3. Hæc non posse infinitæ potentiæ signum est, non imbecillitatis, posse autem impotentiæ, non potentiæ. Hieronymus epist. ad Eustochium de custodia virginitatis. Cùm omnia possit Deus suscitare virginem non potest post ruinam. Augustinus in Enchirid. ad Laur. cap. 9. Omnipotens Deus, quia quicquid vult potest. lib. 15. de Trinit. cap. 14. Magna illius verbi potentia est non posse mentiri, quia non potest esse illic est & non, sed est, est. Idem legendus est lib. 5. de ciuitate Dei, cap. 10. lib. 22. cap. 11. Ecce qualibus argumentis omnipotentiæ Dei humana contradicit infirmitas, quam possidet vanitas.

DE MANNA, ET PETRA DE QVA IVDAEI BIBERVNT. I. CORINTH. X.

Omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt, bibebant autem de spiritali consequente eos petra. 1. Corinth. 10. Eandem fide escam manducauerunt non re, eandem spiritualem, ait Augustinus, non corporalem: manducarunt illi manna, nos corpus Christi. Ambrosius libr. de his qui initiantur mysteriis. Considera nunc vter præstantior sit, panis Angelorum, an caro Christi, quæ vtique corpus est vitæ. Manna illud de cœlo hoc supra cœlum, illud cœli, hoc Domini cœlorum, illud corruptioni obnoxium, hoc incorruptibile. Illis aqua de petra fluxit tibi sanguis è Christo, istos ad horam satiauit aqua, te sanguis diluit in æternum. Iudæus bibit & sitit, Tu cùm biberis sitire non poteris, & illud in vmbra, hoc in veritate. Chrysostomus ad cap. 6. Ioann. Vt tu corpus Domini manducas, ita illi manna, & vt tu sanguinem bibis, sic illi aquam de petra. Origenes in Marcum, ἀληθινόν. φησὶ τὸν ἄρτον, οὐχ ἐπειδὴ ψευδὲς ἦν τὸ τοῦ μάννα θαῦμα, ἀλλ' ἐπειδὴ τύπος αὐτὸ τούτου. Verum ait panem, non quia miraculum in mãna falsum fuit & mendax, sed quia illud figura erat huius. Oecumenius in epist. 1. ad Corinth. Comedebant illi manna. ὥσπερ ἡμεῖς τὸ σῶμα χριστοῦ· πνευματικὸν πόμα, εἰ καὶ τὸ ἐκ τῆς ἀκροτόμου πέτρας ἀναβλύσαν ὕδωρ, ὥσπερ ἡμεῖς τὸ αἷμα χριστοῦ. Potum spiritalem vt aquam ex prærupta scaturientem petra, sicuti nos sanguinem Christi. Prosper in prima parte de promissionibus & prædict. cap. 37. Iubetur populus mane panem, in vesperum carnes accipere, sed hæc figuræ nostræ fuerunt. Panem illum sanctum qui de cœlo descendit suscepit primo populus manducandum, postea carnem Christi in passione consectam, de qua ipse Dominus dicit, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam æternam in vobis. Transitus verò ipse mysticus sic fuit, agnum sine macula anniculum iussione diuina per tabernacula occidendum, ac de eius sanguine postes linienдos, non comminuendum os ex illo, cum picridibus & azymis succinctis lumbis in omni festinatione comedendum, nihil ex eo relinquendum in mane. Quæ omnia figurata dum fuerunt quomodo sint impleta euangelica auctoritas narrat, quæ nobis carnes agni vsque in resurrectionem comedendas præcepit. Sanctus Timothæus æqualis temporum Prosperi, Theodoreti, & Augustini lib. 2. de Ecclesia Catholica. Iudæi per mare transierunt ad eremum, nos per baptisma introiuimus in regnum. Iudæi manna manducauerunt, nos Christum, Iudæi corpus auium, nos corpus Dei, Iudæi pruinam cœli, nos Deum cœli. Augustinus in tract. 26. ad Ioannem. Omnes eandem escam spiritalem manducauerunt. Spiritalem vtique eandem, nam corporalem alteram, quia illi manna, nos aliud. Et omnes eundem potum spiritalem biberũt, aliud illi, aliud nos, sed specie visibili quidem, tamen hoc idem significatione, virtute spiritali. Quomodo enim eundem? bibebant, inquit, de sequenti petra: petra autem erat Christus. Eundem potum spiritalem biberunt, spiritalem eundem, nam corporalem non eundem. Quid enim illi bibebant? Videre ergo fide manente signa variata. Ibi petra Christus, nobis Christus in altari Dei ponitur. Et illi pro magno sacramento eiusdem Christi biberunt aquam profluentem de petra, nos quid bibamus norunt fideles. Theodoret. in 1. Corinth. 10. ἐμιμεῖτο δὲ καὶ ἡ πέτρα τὴν τοῦ δεσπότου πλευράν, ἀνέβλυσε γὰρ αὐτοῖς παρ' ἐλπίδα τὰ νάματα. Petra imitabatur latus Domini: præter spem enim illis ebullauit flumina. Theophyl. ad cap. 6. Ioann. δεικνύων αὐτοῖς ὅτι πάντα ἐκεῖνα τύπος ἦν καὶ σκιά, τὰ δὲ νῦν παρ' αὐτοῦ χορηγούμενα, ταῦτα ἐστιν ἀλήθεια. Quia cibi corporei continentem mentionem faciebant,

faciebant,& manna in medium proferebant,hæc dicit,ostendens illis,ista omnia fuisse typum & vmbram,& ea quæ ipse nunc introduceret,esse veritatem.

CHRISTVM ESSE IN EVCHARISTIA, PLVRIBVS EODEM TEMPORE IN LOCIS, SINE EXTENsione in ordine ad locum.

CHristi Domini corpus eodem temporis puncto pluribus in locis offerri ostendit sanct. Ambros.ad c.10.ep.ad Hebr. In Christo semel oblata est hostia potens ad salutem sempiternam.Quid ergo nos?nonne per singulos dies offerimus? offerimus quidem,sed recordationem facientes mortis eius,& vna est hæc hostia,non multę.Quia semel oblata est in sancto sanctorum.Hoc autem sacrificiũ exemplar illius est.Id ipsum semper offerimus, nec nunc quidem alium agnum cras,alium hodie,semper id ipsum.Ideo sacrificium hoc vnum est.Alioqui plures essent Christi,quia pluribus in locis offertur.Quod non ita est.Sed vnus vbique est Christus,& hic plenus existens,& illic plenus,vnum corpus.Samonas Episcopus Gazæ, speculum si quis ad solum alliserit,& in multa fragmenta disruperit,in quoque fragmine expressum cernet vultum suum;οὕτω καὶ ἡ σὰρξ Χριστοῦ ὁλόκληρος ἐν ἑκάστῳ κλάσματι.Sic& caro Christi integra est in quoque fragmento.Chrys.lib.3.de Sacerd.Qui sedet in dextera patris, in dexteris peccatorum reperitur. Greg.Nysse.de Paschate,sicut diuinitus replet mundum,& tamen vnus est,ita innumerabilibus locis consecratur,& tamen vnum corpus est. Chrysost. hom. 17. ad Heb. Idem agnus eodem tempore pluribus locis offertur. Augustin.ad Ps.33.Christum Dominum ait seipsum portasse manibus suis cum diceret;hoc est corpus meum.Idem li.de cura pro mortuis c.16. Animæ sanctorum pluribus in locis adsunt ad preces sanctorum per omnipotentiam Dei.Hugo Victor.li. 2.de sacram.c.11.quęrit,quî fieri possit vt vnũ corpus eodem tempore diuersis in locis vere sit, quem adito.Quærit idem cur locum non occupet,sitque veluti in puncto. Afferam è patribus quæ ab aliis,opinor,prætermissa sunt.Nazianz.siue quis alius est auctor Trag. Christi patientis,

ἔστηκεν ἰδὲ δεσπότης θυρῶν ἔσω
ὄντως μεγίστου θαύματος τό δ' ἄξιον.
πῶς, πῶς πάρεστι τῶν θυρῶν κεκλεισμένων,
τάχ' ὡς ἀνέστη τοῦ τάφου κεκλεισμένου,
καὶ πρὶν προῆλθεν ἐκ πυλῶν τῆς παρθένου
ἄλυτα τηρῶν κλεῖθρα μητρὸς παναγνοῦ.

Stetit ecce Dominus intra ianuas,reuera hoc dignum est maximo miraculo. Quomodo adest foribus clausis? Forte sicut surrexit è tumulo clauso, & antea exiuit è portis virginis, seruans claustra indissoluta matris castissimæ.Idem in Carminibus,

ὡς κλεῖθρα παρθένια μηδαμῶς λύσας ἐξῆλθεν.

Vt claustra virginalia cum minime soluisset exiit. Athanasius Hom.εἰς τὴν καινὴν κυριακήν.ὤφθη δὲ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων. ὁ γὰρ τὸν ᾅδην δείξας ἀτείχιστον, οὐκ ἐδεῖτο θυρῶν πρὸς τὴν εἴσοδον.ὅπου γὰρ προστάττει θεὸς τῆς συνηθείας ἀργοῦσιν οἱ νόμοι· ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἐβάδιζε πρότερον, καὶ ἡ ῥεῦσα φύσις τοῖς τῆς σαρκὸς ποσὶν ὑπεστρώννυτο, καὶ βήμασι ποδῶν ἐμετρεῖτο τὰ κύματα, καὶ τὸ πέλαγος πρὸς τὴν χρείαν εἰς ἔδαφος μετεπήγνυτο. Item, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων εἰσέρχεται, ἵνα οἱ περὶ τῆς ἀναστάσεως ἀπιστοῦντες ἐκπλαγῶσι τὴν εἴσοδον, χειραγωγηθῶσι πρὸς τὸ θαῦμα τῶν θαυμάτων. Visus est autem foribus clausis. Qui enim ostendit infernum muris discinctum esse, non egebat ianuis ad ingressum:vbi enim imperat Deus consuetudinis feriantur leges.Prius in mari ingressus erat,& fluens natura pedibus carneis se substrauit, & ingressu pedum fluctus Christus dimetiebatur, & mare in solum ad eius vsum defigebatur.Item,Ianuis clausis ingreditur, vt qui de resurrectione dubitant,admirarentur ingressum,& manu ducerentur ad miraculum miraculorum.Chrysost. hom. de prodit. Iudæ. εἰσῆλθε πάλιν πρὸς αὐτοὺς ὁ σωτὴρ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, εἰσῆλθεν ἡ θύρα τῆς ζωῆς διὰ τῶν κεκλεισμένων θυρῶν, εἰσῆλθεν ὡς οἶδεν αὐτὸς ὁ θεοῦ λόγος. Ingressus rursum ad eos seruator ianuis clausis,ingressa est ianua vitæ per fores clausas,ingressus est vt ipse Dei sermo nouit. ὥσπερ γὰρ ἐγεννήθη, καὶ τὰς πύλας τῆς παρθενίας οὐκ ἔφθειρεν, οὕτως ἔσω τῆς οἰκίας ὤφθη, καὶ τὰ κλεῖθρα οὐκ ἤνοιξε· καὶ ὥσπερ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ κεκλεισμένου τάφου, οὕτως εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ τὰς θύρας οὐκ ἀνεπέτασεν· ἠθέλησε γὰρ, καὶ τὸ κωλῦον οὐδέν· ἠθέλησε, καὶ πάντα συνέδραμε θεῷ ὄντι· οὕτω καὶ ἡ γέννησις αὐτοῦ πάντα λόγον νικᾷ, καὶ ἡ τοῦ μνήματος ἔξοδος πᾶσαν ὑπερβαίνει διάνοιαν, καὶ ἡ πρὸς μαθητὰς αὐτοῦ εἴσοδος; ἀπόρρητός ἐστι καὶ ἀνέκφρασος· κἄν τις εἴποι, πῶς γὰρ ἠδύνατο κεκλεισμένων θυρῶν σῶμα παρελθεῖν ἔγκηρον, ἐρῶ κἀγὼ, πῶς ἠδυνήθη καταγαγεῖν ὁ ἄγγελος τὸν Ἀβακοὺμ εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων, καὶ πάλιν ἀναγαγεῖν, καὶ τὰς ἐπικειμένας σφραγῖδας ἐῤῥωμένας καταλιπεῖν. Sicut enim natus est Christus

ftus, & portas virginitatis non corrupit, ita repertus eft in cubiculo, & clauftra non aperuit. Et vt egreffus eft ex monumento claufo, ita intrauit in domum, & ianuas non expandit. Voluit enim, & nihil fuit quod impediret. Voluit, & omnia cum Deo concurrerunt. Ita & natiuitas eius omnem rationem exfuperat, & egreffus è monumento omnem cogitationem tranfcendit & initus ad difcipulos ineffabilis eft, & inexplicabilis. Quod fi quis dicat quomodo potuit corpus folidum & tumens per claufas portas fe penetrare, dicam & ego, quomodo angelus potuit Abacum prophetam demittere lacum leonum, & educere rurfum figillo faluo & integro operculi quo lacus tectus erat. Hilarius lib. 3. de Trinit. Integra funt omnia, & obferuata, fed ecce affiftit medius, cui per virtutẽ fuam omnia funt peruia. Nihil cedit ex folido, neque per naturam fuam aliquid tanquam lapfu infenfibili ligna & lapides amittunt. Corpus Domini à fefe non deficit, vt fefe refumat ex nihilo. Auguft. l. 22. ciuit. c. 8. Non credunt hoc qui etiam Dominũ Iefum per integra virginalia matris enixũ, & ad difcipulos fuos ianuis claufis ingreffum fuiffe non credunt. Chryf. de incredul. Thomæ. ὅτι γὰρ εἰσῆλθε πρὸς τοὺς μαθητὰς δεδίδαγμαι, Didici eũ ad difcipulos ingreffum, quomodo ingreffus fit non didici: ὑμνῶ τὸν εἰσελθόντα, οὐ πολυπραγμονῶ τῆς εἰσόδου τὸν τρόπον. Laudo eum qui intrauit, curiofe non inquiro quomodo intrarit. Credo incuriofe iis quæ fcripta funt, & feruor, σώζομαι. Epiphanius εἰς τὴν θεόσωμον ταφὴν τοῦ κυρίου. εἰ δὲ μυθικῶς ταῦτα, ἀλλ' οὐ πιστῶς ἀκούεις, καὶ κατηγοροῦσί σε αἱ ἄλυτοι σφραγῖδες τοῦ δεσποτικοῦ τῆς ἀναστάσεως χριστοῦ μνήματος. ὥσπερ γὰρ ἐσφραγισμένων τῶν παρθενικῶν μὴ παρανοιχθέντων κλείθρων τῆς παρθενικῆς φύσεως χριστὸς ἐκ παρθένου γεγέννηται, οὕτως ἀδιανοίκτων ὄντων τῶν τοῦ τάφου σφραγίδων ὁ χριστὸς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως πεπέρακται. Si autem fabulæ loco id audis nec credis, arguunt te falfi figilla imperrupta, & integra Dominici fepulcri cum refurrexit. Vt enim ex virgine natus eft clauftris fertilibus, & bene fatis claufis, imperruptis virginalis naturæ, ita non apertis figillis monumenti Chriftus ex mortuis fufcitatus egreffus eft. Item, πύλας παραδείσου ἀνοίξας, τὰς δὲ πύλας τῆς παρθένου μὴ διαῤῥήξας, ἀλλὰ πύλας τοῦ ᾅδου συντρίψας, καὶ πύλας τῆς βασιλείας ἀνθρώποις ἀνοίξας, τὰς δὲ πύλας τοῦ τάφου, καὶ σφραγῖδας ἀδιανοίκτους σώζων. Portas paradifi cum aperuiffet, & portas virginis non difrupiffet, fed portis inferni contritis, portas monumenti, & figilla claufa relinquens. Ioannes Epifcopus Theffalonicenf. homil. de refurrect. ὁ γὰρ κύριος ἀφθαρσίᾳ λοιπὸν τὸ ἴδιον σῶμα ὡς θεὸς διαλαμπρύνων, καὶ ὄντος τοῦ λίθου εἰς τὸ μνημεῖον ἐξῆλθεν, ὥσπερ καὶ τῇ ἑσπέρᾳ τῆς κυριακῆς αὐτῆς τῶν θυρῶν κεκλεισμένων εἰσῆλθε πρὸς τοὺς μαθητάς. Dominus enim immortalitate proprium corpus vt Deus exornans, exiit è monumento quod lapide opertum erat, vt & vefpere Dominicæ ianuis claufis ingreffus eft ad difcipulos. Ambrofius lib. 1. de Inftit. Virgin. cap. 7. Quæ eft hæc porta nifi Maria? Ideo claufa, quia virgo. Porta igitur Maria per quam Iefus intrauit in hunc mundum, quando virginali fufus eft partu, & genitalia virginitatis clauftra non foluit. Ita & Hieron. in cap. 44. Ezechiel. & Auguftinus epift. ad Volufian. Ipfa virtus diuina per inuiolata matris vifcera membra infantis eduxit, quæ poftea per claufa oftia membra iuuenis introduxit. Hic fi ratio quæritur non erit mirabile, fi exemplum pofcitur non erit fingulare. Demus aliquid Deum poffe, quod nos fateamur inueftigare non poffe. In talibus rebus tota ratio facti eft potentia facientis. Ambrof. epift. 81. Eufebius Emiff. ferm. 2. de Natali Domini. Fulgentius de laudib. Mariæ. Origen. homil. in Vigil. Pafchæ. Gregorius Nyffenus hom. εἰς ὑπαπαντήν. Cyrillus Hierofoly. de occurfu Chrifti & Simeonis. Chryfoft. hom. 2. in Symbolum. Theodoretus Dialogo 2. D. Leo fermon. 2. de Natiuit. Domini & epiftol. 85. Ambrofius in cap. 12. Luc. Mirum quomodo fe natura corporea per impenetrabile corpus infuderit, inuifibili aditu, vifibili confpectu, tangi facilis, difficilis æftimari. Hieronym. epiftol. ad Pammachium. Porro quod claufis ingreffus eft oftiis einfdem virtutis fuit, cuius & ex oculis euanefcere. Quin & ante refurrectionem cum eduxiffent eum de Nazareth, vt præcipitarent de fupercilio montis tranfiuit per medios, id eft, elapfus eft de manibus eorum. Dices, Cafaubone, Quorfum tot verba patrum fuper ea re, quam in controuerfiã non voco. Vtinã non vocares. Confectũ effet Chrifti corpus in Euchariftia ita effe, vt locum non impleat. Omnino Chriftus ianuis claufis ingreffus eft ad difcipulos, exiuit è claufo B. Virginis vtero, è claufo monumento penetrauit omnes cœlos, vt ait Apoftolus. Idem Chriftus eft in Sacramento Euchariftiæ non per penetrationem, non per remotionem quantitatis, aut in fe aut in ambiente, fed per modum facramentalem cui conuenit vt quantitatis corporis Chrifti fit, & contineatur fub fpeciebus per modum fubftantiæ fine commenfu rationis, vt loquitur S. Thomas. Credis verba Dei vera effe, Ioel 3. dicentis, Congregabo omnes gentes in vallem Iofaphat, omnes qui fuere, qui funt, qui futuri funt homines tremendo illo extremi iudicij die congregandi funt, vt iudicem pronuntiantem audiant. Vallis illa non ad duo milliaria patet. Dic mihi qui locus in valle tam angufta omnibus corporibus

fanis

ſatis eſſe poſſit? Poſt ſententiam latam omnia corpora damnatorum terræ mole ſunt obruenda, & in terræ viſceribus locus aliquis eſt, vbi vera hominum corpora torqueri debeant. Ita literæ ſacræ docent. Quem locum tot corporum capacem in centro terræ eſſe putas, quæ tanto numero eſſe non dubito, vt ſi hodie exiſterent vniuerſam terram implere poſſent? Agnoſce poteſtatem Dei, & tace.

AQVAM VINO IN CALICE

SACRO MISCENDAM.

DVæ ſectæ in diuerſa olim ſuper calice Domini abiere, quarum altera fuit Armeniorum, altera eorum qui dicti ὑδροπαραστάται. Hodie patriarij noſtri, vt pridem Armenij, nihil aquæ ſacro calici admiſcent. Quos damnat Cyprianus lib. 3 epiſt. 2. Tamen quoniam quidam vel ignoranter, vel ſimpliciter in calice Dominico ſanctificando, & plebi miniſtrando non hoc faciūt quod Ieſus Chriſtus Dominus & Deus Noſter ſacrificij huius auctor & doctor fecit, admonitos nos ſcias vt in calice offerendo Dominica traditio ſeruetur, vt calix qui in commemorationem eius offertur mixtus vino offeratur. Aqua in parte inuenimus calicem mixtum fuiſſe, quem Dominus obtulit, & vinum fuiſſe, quod ſanguinem ſuum dixit, vnde apparet ſanguinem Chriſti non offerri ſi deſit vinum calici, nec ſacrificium Domini cum legitima ſanctificatione celebrari niſi oblatio & ſacrificium noſtrum reſponderit paſſioni.

Dices, Cyprianum dicere vinum fuiſſe quod ſanguinem ſuum dixit. Vinum fuit ante verba Chriſti, poſt verba ſanguis. Ibidem Cyprianus, In ſacerdote Melchiſedech ſacrificij Dominici ſacramentum præfiguratum videmus. Nam quis magis ſacerdos Dei ſummi, quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ſacrificium Deo patri obtulit, & obtulit hoc idē quod Melchiſedech, id eſt panem & vinum, ſuum ſcilicet corpus & ſanguinem. Ebrietas Dominici calicis & ſanguinis non eſt talis, qualis ebrietas vini ſæcularis. Quemadmodum vino iſto communi mens ſoluitur, & anima relaxatur, ita è poto ſanguine Domini, & poculo ſalutari, exponatur memoria veteris hominis. Proclus anno Chriſti 428. in Liturg. ſcripſit, vocatur Spiritus ſanctus, vt diuina ſua præſentia, panem & vinum aqua mixtum faciat ipſum Domini corpus, & ſanguinem. Theophylactus ad c. 26. Matth. αἰσχυνέσθωσαν οἱ Ἀρμένιοι οἱ μὴ παραχέοντες ὕδωρ τῷ οἴνῳ ἐν τοῖς μυστηρίοις. Cùm ſanguis & aqua de latere Chriſti exierit, pudeat Armenios, qui vinum aqua in myſteriis non miſcent. Concil. Trul. can. 32. Armenij vinum ſolum τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ προσάγουσι, ὕδωρ αὐτῷ μὴ μιγνύντες, οἱ τὴν ἀναίμακτον θυσίαν ἐπιτελοῦντες ὑδροπαραστάται μόνῳ ὕδατι χρώμενοι. ad ſacram menſam offerunt non admixta aqua, qui incruentum ſacrificium celebrant. Hydroparaſtatæ ſolo aqua vtuntur.

Impios communione arceri Clemens lib. 8. cap. 7. 8. 9. Conſtitutionum ſcribit iam ſua ætate moris fuiſſe vt presbyter, vel Diaconus ante conſecrationem exclamaret, μή τις μὴ δυναμένων προσελθέτω, ὅσοι περὶ κλίνωμεν γόνυ. μή τις τῶν κατηχουμένων, μή τις τῶν ἀκροωμένων, μή τις τῶν ἀπίστων, μή τις τῶν ἑτεροδόξων, μή τις κατά τινος, μή τις ἐν ὑποκρίσει. τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, λέγει ὁ ἐπίσκοπος. Ne quis accedat eorum qui non poſſunt, quotquot fideles flectamus genu. Ne quis interſit catechumenus, ne quis ex audientibus, ne quis ex infidelibus, ne quis ex alia ſentientibus. Ne quis contra aliquem male animatus ſit, ne quis in hypocriſi. Epiſcopus ante communionem dicebat, ſancta ſanctis. Chryſoſtomus homil. Ieiunium quadrageſimæ ad communionem non ſufficere. μηδεὶς τὸν ἔχοντα ἐχθρὸν προσίτω τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ, καὶ δεχέσθω τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ. Homil. 18. in 2. ad Corinthios, ἐπειδὰν εἴρξωμεν τῶν ἱερῶν περιβόλων τοὺς οὐ δυναμένους τῆς ἱερᾶς μετασχεῖν τραπέζης. Nemo eorum qui odia cum proximis & inimicitias exercent ad ſacram menſam accedat, & corpus Chriſti accipiat. Cum excluſerimus ſacris ſeptis eos qui ſacræ menſæ communicare non poſſunt. Alia patrum verba ſupra poſuimus.

SACRIFICIVM MISSÆ

PRO MORTVIS.

IN ſacrificio corporis Chriſti, non pro viuis modo, ſed & pro mortuis fieri ſolitæ, imo pro vtriſque ſacrificium oblatum. Cyprianus libr. 1. epiſtol. 9. Non offerretur pro eo, nec ſacrificium pro eius dormitione celebraretur. Neque enim ad altare Dei meretur nominari in ſacerdotum prece, qui ab altari ſacerdotes auocare voluit. Tertullianus de corona, oblationes pro defunctis, pro natalitiis annua die facimus. Chryſoſtomus libr. tertio de Sacerdot. Sacerdos pro vniuerſo terrarum orbe legatus intercedit, deprecatorque eſt apud Deum, vt hominum omnium non viuentium modo, ſed etiam mortuorum peccatis propitius fiat Homil. 41. in primam ad Corinthios καὶ βοηθεῖν δεῖ ὡς ἂν οἷόν τε ᾖ, οὐ δακρύειν, ἀλλ' εὐχαῖς καὶ ἱκετηρίαις, καὶ ἐλεημοσύναις, καὶ προσφοραῖς. οὐ γὰρ ἁπλῶς ταῦτα ἐπινενόηται, οὐδὲ εἰκῇ μνήμην ποιούμεθα τῶν ἀπελθόντων ἐπὶ τῶν θείων μυστηρίων, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν πρόσιμεν δεόμενοι τοῦ ἀμνοῦ, τοῦ λαβόντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, οὐδὲ μάτην ὁ παρεστὼς τῷ θυσιαστηρίῳ τῶν φρικτῶν μυστηρίων τελουμένων βοᾷ, ὑπὲρ πάντων τῶν ἐν χριστῷ κεκοιμημένων. Mortuos iuuare debemus quorum in nobis eſt, non eos lugere, ſed orationibus, ſupplicationibus, eleemoſynis opitulari & ſacrificiis. Non enim ſimpliciter hæc reperta ſunt, nec temere, ac fruſtra in ſacris myſteriis commemoramus eos qui exceſſerunt, & pro illis precamur agnum in altari propoſitum qui tollit peccata mundi. Neque fruſtra ſacerdos adſiſtens altari inter celebrandum tremenda myſteria exclamat, pro omnibus in Chriſto dormientibus. Homil. 26. in Geneſin, & homil. 26. in Matth. Ideo altari aſſiſtens ſacerdos pro vniuerſo orbe terrarum, pro abſentibus, atque præſentibus, pro his qui ante nos fuerunt, & poſtea futuri ſunt, ſacrificio illo propoſitu Deo nos gratias iubet offerre. Homil. 3. ad Philippenſes, οὐκ εἰκῇ ταῦτα ἐνομοθετήθη ὑπὸ τῶν ἀποστόλων τὸ ἐπὶ τῶν φρικτῶν μυστηρίων μνήμην γίνεσθαι τῶν ἀπελθόντων. Non temere iſta inſtituta ſunt ab Apoſtolis, vt in tremendis myſteriis eorum qui exceſſerunt mentionem faciamus. Ioannes Damaſcenus in orat. mortuos precibus iuuari, οὐ γὰρ ἂν ἡμῖν ἀφορμὴν ἐδεδώκει τὸ μνήμην ποιεῖν ἐπὶ τῆς ἀναιμάκτου θυσίας τῶν προλαβόντων, καὶ πάλιν τρίτα, καὶ ἔνατα καὶ τεσσαρακοστὰ καὶ τὰς ἐπετησίους μνήμας, καὶ τελετάς, ἅπερ ἅπαντα πάσης ἀντιρρήσεως ἄνευ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία ἀπαράλλακτα κατέχει καὶ ἀμετάβλητα, εἰ μὴ τοῦτ' ὀρθῶς ἦν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. Non enim nobis anſam dediſſet commemorandi in ſacrificio incruento defunctos, & faciendi rurſum tertio die ſolemnia, nouendialia, quadrageſimo die poſt obitum legitima, & anniuerſarias memorias, & celebritates, quæ omnia ſine contradictione Eccleſia Catholica tenet immota, immutabilia niſi id rectum eſſet in oculis Dei. Tertullianus de Monogamia, offerat annuis diebus dormitionis eius. Legendus Ambroſius oratione de fide reſurrectionis, Gregorius Nazianzenus de Cæſario. Chryſoſtomus homil. 21. in Acta. non incaſſum ſacrificia & preces, & eleemoſynæ pro defunctis offeruntur, nec fruſtra exclamat Diaconus, pro omnibus in Chriſto dormientibus: non hæc verba dicuntur à Diacono, ſed à Spiritu ſancto. Cyrillus Catecheſi 5. οὕτω καὶ ἡμεῖς ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων αὐτῷ τὰς δεήσεις προσφέροντες χριστὸν ἐσφαγμένον προσφέρομεν. Epiphanius in Anchorato pag. 466. ἐν ἁγίᾳ ἑβδομάδι ἐξ ὀνόματος τὰς μνήμας ποιοῦνται τῶν τελευτησάντων προσευχὰς τελοῦντες, καὶ λατρείας καὶ οἰκονομίας, In ſancta hebdomade nominatim defunctorum memorias faciunt, offerentes preces, cultus, & ſacrificium Miſſæ. Athanaſius homilia de Dormientibus, μὴ ἀπαίνου κηρὸν, καὶ ἔλαιον τῷ τάφῳ προσάψαι, δεκτὰ γὰρ ταῦτα θεῷ· τὸ γὰρ ἔλαιον καὶ ὁ κηρὸς ὁλοκαύτωσις, ἡ δέ γε ἀναίμακτος θυσία ἐξιλασμός, ἡ πρὸς τοὺς πένητας εὐποιΐα προσθήκη πάσης ἀγαθῆς ἀποδόσεως. Ne recuſes ceram & oleum ad ſepulcrum admouere. Iſta enim ſunt accepta Deo, quia oleum & cera ſunt holocauſtum, ſacrificium incruentum eſt propitiatio, beneficentia in pauperes cumulus omnis bonæ remunerationis Epiphanius in Panario pagina 386. ἐλπὶς ἐστιν ὑπὲρ ἀδελφῶν εὐχομένοις ὡς ἐν ἀποδημίᾳ τυγχανόντων. Aerius preces pro defunctis inanes & ineptulas eſſe aiebat, cui reſpondet Epiphanius, Nobis ſpes bona oſtentatur pro mortuis fratribus, quaſi qui peregre profecti ſunt, precantibus, ſi quid ab illis peccatum eſt precibus

noſtris

nostris iuuantur. Chrysostomus homil. de Lazaro. Si peccator fuit is qui excessit, eleemosynas, & sacrificia quæ cum solari & iuuare possint, offerre debemus, ἐν δυνάμεθά τινα παραμυθίαν αὐτῷ δοῦναι, ἐλεημοσύναις καὶ προσφοραῖς. Gregorius Nazianzenus in Cæsario, Pars eorum quæ tibi debentur iam soluta est, cætera persoluemus anniuersarios honores & memorias pro te offerentes. Ambrosius lib. 2. epistol. 8. ad Faustinum ostendit non lacrymas pro sorore eius mortua fundendas, sed preces, & eius animam per oblationes Deo commendandam. Augustin. lib. 9. c. 13. Confess. matrem suam Monicham ait expetiisse, vt sacerdos sui memoriam faceret ad altare Dei, vnde sanctam hostiam dispensari sciret. Idem lib. de cura pro mort. cap. 1. scribit, magnam Ecclesiæ auctoritatem esse, qua in precibus quas sacerdos facit ad altare Dei mortuorum animæ Deo commendantur. Hæc ego è patribus selecta nude ac simpliciter proposui, sine scena & pompa verborum, quibus eis lucem facerem, à quibus lucem mutuari debeo. Ipsi patres pro se loquuntur, non egent curione aut monitore. Tu candidè, & veritatis studio eorum verba expendito, nec decus tuum & animæ salutem Regis Angliæ studiis & partibus impendito. Qui patres accurate legit, & verum in Eucharistia Christi corpus, verum ad altare corporis eius sacrificium non agnoscit, is incurrenti veritati oculos claudit, & vltro se in exitium sciens, prudens præcipitat.

AD CAP. LIX.
EXERCIT. XVI.

VT more tuo solens auctoritati patrum deroges, de calice ἀμφωτῷ, quo Christus in mysteriis vsus sit, quique hodie Romæ in cultu habeatur, Bedæ fidem habendam negas, Nos in quibus solidior est fides, venerabili Bedæ fidem habemus. Quæ de præcipiti impetu S. Petri, quam προπέτειαν, θερμότητα, præsumptionem ἐλάττωμα, vitium vocas, aliter sentire patres suprà ostendimus, qui caritatis ac deuotionis ardorem interpretantur. Cœnam Paschalem hymno finiri solitam Rabbini monent, quod supra indicauimus. Quod in symposio Platonis conuiuæ vt accubuerunt, libarunt, & hymnum ᾖδον, cecinerunt, Romæ factum, cùm sublatæ mensæ essent. Virgilius 1. Aeneid.

Postquam prima quies epulis, mensaque remota
Crateras magnos statuunt, & vina coronant.
Dixit, & in mensa laticum libauit honores,

Vbi Seruius, tangit ritum Romanorum, qui paniceas, sacratasque mensas habebant, in quas libabant. In secundis mensis eiusmodi libationes cum votis & precibus fiebant. Hom. Iliad. 6. dixit εὐχετάασθαι. Iliad. 10. Nestor ad Græcos,

φέρτε δὲ χερσὶν ὕδωρ, εὐφημῆσαί τε κέλεσθε.

Afferte manibus aquam, & fauere ac bona verba dicere iubete. Iliadis 3.

εὔχεο νῦν, ὦ ξεῖνε, Ποσειδάωνι ἄνακτι.
τοῦ γὰρ καὶ δαίτης ἠντήσατε δεῦρο μολόντες.
αὐτὰρ ἐπὴν σπείσῃς τε, καὶ εὔξεαι ἣ θέμις ἐστί.

Votum nunc concipe, hospes, Neptuno regi. Ideo enim, cum huc venistis, conuiuio estis excepti. Cæterum postquam libaueris, & precatus fueris, vt fas est. Athenæus lib. 4. monet Naucratitis morem fuisse cum accubuissent, procumbere in genua dum sacrorum minister preces patrias recitabat. Chrysostom. homil. 56. in Matth. Monachos ait preces εὐχαριστηρίους fecisse. Idem ad eos qui deserunt Synaxes, indicat Christianos finito prandio hymnum Deo cecinisse. σωματικῆς μὲν τροφῆς ἀπολαύων μετὰ τὴν τράπεζαν ἐπ' εὐχὴν τρέπῃ. vbi cibum corporis cepisti, post mensam ad preces conuerteris. Iterum hic, vt es modicæ fidei, fidem venerabili Bedæ non habes. Idem Lamberas Ill. Baronium, quod auctore Ambrosio iuuenem nudum in sindone putet esse S. Ioannem, Tu iuuenem arbitraris cum Theophylacto ex illis ædibus fuisse, vbi Dominus pascha comederat, cumque linea sindone amictum electo se proripuisse, Maldonatum admordes, qui sindonem hanc aduersus frigus comparatam existimat. Arbitraria sunt ista, de quibus cum certi nihil habeatur ne digitū quidem mouerim. Christum ad Annam prius ductum, quàm ad Caiapham, quia Caiaphæ socer fuit Ioannes docet c. 18. Probo. Parum pie scribis Ioannis narrationem non videri sibi constare, vetustissimúmque in ea errorē hærere,

quem Beza emendarit. De ſciſſa veſte Caiaphæ optime Eucherius Lugdunenſis hom. in Ramis pal. Veſtimenta ſua ſcindit princeps ſacerdotum, ſe ipſum maximam & principalem cauſam eſſe ſignificans, cur Iudæorum ſacerdotium ſcindatur & deſtruatur. Bene Baronius è Leuitici 10. ait datum id pontificibus, ne veſtes ſibi ſcinderent. Quæ de Iuda Oecumenius affert, Baronius ex Oecumenio, infra ſcripturæ narrationem, ipſis non improbantibus, pono. De ficu ex qua pependit Iudas vetuſtam traditionem ſecutum Iuuencum arbitror.

Exorſuſque ſuas laqueo ſibi ſumere pœnas,
Informem rapuit ficus de vertice mortem.

De Iudæis an ferre ſententiam de capite potuerint videtur negare Chryſoſtomus homil. 12. in Ioannem. Illuſtriſſimus Baronius detulit Auguſtino tractatu 114. in Ioannem, Cyrillo lib. 12. c. 6. in Ioannem. Potuit, debuit. Optime Baronius Chriſtum non niſi à Romano Præſide crucis ſupplicio addici potuiſſe oſtendit. Ais cum Ianſenio albam veſtem fuiſſe Regiæ dignitatis inſigne, nec probas. Nam illud de diademate albo regum, de veſte alba non probat, vt nec quod Valerius Maximus lib. 1. c. 6. Imperatoribus in prælium exeuntibus paludamentum album, aut purpureum dari ſolere. Romæ certe, & in tota Italia fuere veſtes albæ in communi vſu, cretatæ per dies feſtos, aut in ambitu magiſtratuum. Ouidius lib. 1. Faſt.

Veſtibus intactis Tarpeias itur in arces,
Et populus feſto concolor ipſe ſuo eſt.

De purpura Imperatorum diximus in Imperatore noſtro. Olim Aulici omnes purpurati dicti, apud Liuium, & alios. Ciues Romani apud Herodianum Imperatoribus obuiam eunt λευχειμονοῦντες, albati, ſacerdotes candidatos ſacra feciſſe non dubito. Chriſtum candida veſte ab Herode indutum, purpurea apud Pilatum, regiæ & ſacerdotalis dignitatis argumento; non improbo. Coronam Domini è rubo, ἀπὸ βάτου fuiſſe Clemens Alexandrinus lib. 2. ca. 8. pædag. oſtendit, Marcellus Empiricus ex alba ſpina, Illuſt. Baronius è iunco marino, ὀξύσχοινον vocant. A quibus mutuatus ſit lotionem hanc manuum Pilatus, Iudæis, Græcis, an Romanis fruſtra quæritur, cùm ea gentibus pene omnibus in vſu fuerit. Apud Laertium Pythagoras ἁγνείαν εἶναι τὴν διὰ καθαρμῶν, καὶ λουτρῶν, καὶ περιρραντηρίων putabat, ſanctitatem eſſe quæ expiationibus, lauactis aſperſionibus quæreretur. Apud Euripidem Hippolytus verba quibus eius aures pudicæ violabantur, ſed fluentibus ac viuis aquis purgaturum ait, ἁ ἐγὼ ῥυτοῖς νασμοῖσιν ἐξομόρξομαι. Philo Iudæus lib. περὶ θυόντων, Moſes τὸ σῶμα λουτροῖς καὶ περιρραντηρίοις καθαίρει, corpus lauactis & aqua luſtrali purgat, καὶ οὐκ ἐᾷ περιρρανάμενον. Lego περιρραινόμενον, & non ſinit luſtratum. Euripides in elect. Hoſpites qui ad lauacta vocabantur dixere,

— — — ἀρτίως ἡγνίσμεθα
λουτροῖσι καθαροῖς ποταμίων ῥείθρων ἄπο.

Nuper expiati ſumus lauacris puris de fluuio. καθαρὰς χεῖρας Græci vocant à ſanguine puras. Herodot. lib. 1. ἀνὴρ μὴ καθαρὸς ἐὼν τὰς χεῖρας. Vir cuius manus puræ non erant, id eſt, qui hominem ceciderat. Seneca in Oedipo act. 3.

Licet iam tollere ad cœlum pie
Puras, nec vlla ſcelera metuentes, manus.

Lucianus lib. de ſacrific. καὶ τὸ μὲν πρόγραμμά φησι μὴ παριέναι εἴσω τῶν περιρραντηρίων, ὅστις μὴ καθαρός ἐστι τὰς χεῖρας. Et edictum erat nequis intra locum ſacrum eſſet, qui manus puras non haberet. Ioſephus lib. 12. Origen. c. 2. de ſeptuaginta Interpretibus, τῇ θαλάσσῃ τὰς χεῖρας ἀπονιπτόμενοι, καὶ καθαίροντες αὐτούς, οὕτως ἐπὶ τὴν τῶν νόμων ἑρμηνείαν ἐτρέποντο, qui aqua maris manus lauantes, & purgantes ſe ipſos, ita ad legum interpretationem conuertebantur. Cur autem Pilatus cruci Dominum addixerit, ipſe cauſam adſcripſit titulo crucis, Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. Quod maieſtatis crimen fuit, ſi quis non exſpectata Imperatoris voluntate regium nomen ſibi ſumeret. Diximus in Imperatore noſtro.

AD CAPVT LXXVII.

EXERCITAT. XVI.

De ſupplicio crucis ignotum illud fuiſſe Iudæis probo. In palo ſuffixerunt capite mulctatos ignominiæ cauſa, ſoli expoſuerunt, ſuſpendioſos è furca ſuſpenderunt. Romani proprie in cruce clauis fixerunt, quod ſupplicium ſuſtulit Conſtantinus magnus apud Sozomenum li. 1. c. 8. κρεμάζειν ἐπὶ ξύλου, ἀνασκευῶν, τὸ σωμα πλαγιον διὰ τῶν σταυρῶν ἀναπήξαι, ὅτι τέως σταυροῖς ἀναςκευ

ἀνασταυρῶσαι, erecto palo imponere ad ignominiam, in patibulum tollere ἀνασκολοπίζεσθαι, pendere in ligno, ἀνασκολοπισις. κρεμάσαι ἐκ διδύμου ξύλου, è furca suspendere. Suidas, οὓς ζῶντας ἐκ διδύμων ξύλων ἀπήρτων, quos viuos è lignis geminis suspendebant. δίκρανον furca, σταυροκόμισις, δικρανοφόρος, inserta in collum furca more maiorum, ait Suetonius in Nerone, ἐξηλιάζειν, soli exponere cadauer, παραδειγματίζειν, ἀναπῆξαι Philo, μετεωρισθέντας εἰς τὸ φανερὸν ἐπιδεῖξαι τῷ ἡλίῳ. Agnosco ista omnia nihil facere ad crucem Romanorum. De crucis signo, apud Ægyptos significasse vitam venturam docet Socrates lib. 5. cap. 17. Soluto, inquit, Serapidis templo, inuentæ literæ hieroglyphicæ lapidibus expressæ. ἦσαν δὲ οἱ χαρακτῆρες σταυρῶν ἔχοντες τύπους. ὧν ἰδόντες τῶν Ἑλλήνων οἱ ἱερογλυφικά τε γράμματα ἐπιστάμενοι διερμηνεύοντες τὸν σταυρικὸν χαρακτῆρα ἔλεγον σημαίνειν ζωὴν ἐπερχομένην. Characteres forma crucis fuere. Quidam Græci qui sciebant literas hieroglyphicas interpretati characterem crucis dixere significare vitam venturam. Idem scribunt Ruffinus & Sozomenus. Locum Ezechielis cap. 9. Signa Tau super frontes virorum gementium, patres de cruce exaudiunt. Aquila vertit σημειώσεις εἰς τὸ ταῦ ἐπὶ τὰ μέτωπα signabis Tau in frontibus. Septuaginta δὸς τὸ σημεῖον, da signum, quod crucis typum accipimus. σημεῖον Patres σφραγῖδα vocant. De Tau litera scribit Origenes, Tau Samaritanum (quod genuinum Hebraicum fuisse fateris) simile esse cruci, aut T Latino, vel Græco. Origenis verba, Ἑβραίων δὲ τις τῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκότων ἔλεγε τὰ ἀρχαῖα στοιχεῖα ἐμφερὲς ἔχειν τὸ ταῦ, τῷ τοῦ σταυροῦ χαρακτῆρι. Hebræus quidam in Christum credens dicebat antiquas literas (quas apud Samaritanos perseuerasse ais) habere literam Tau, similem figuræ crucis. Hieronymus ad cap 9. Ezechiel. scribit in hæc verba, vt antiquis Hebræorum literis quibus vsque hodie vtuntur Samaritani extrema, Tau, litera crucis habet similitudinem, quæ in Christianorum frontibus pingitur, & frequenti manus inscriptione signatur. Tau Hebræorum significat σημεῖον, signum, & Tiua, signauit. Tertullianus cap. 10. in Iudæos, scribe signum Tau in frontibus virorum qui gemunt. cap. 22. in Marcionem: Ipsa enim est litera Græcorum Tau. Nostra autem T species crucis, quā portendebat futuram in frontibus nostris, apud veram & catholicam Ierusalem. Crux describitur à Iustino in Tryphonem, μονοκέρωτος γὰρ κέρατα οὐδενὸς ἄλλου πράγματος ἢ σχήματος ἔχοι ἄν τις εἰπεῖν, καὶ ἀποδεῖξαι, εἰ μὴ τοῦ τύπου ὃς τὸν σταυρὸν δείκνυσι. ὄρθιον γὰρ ἓν τὸ ἓν ξύλον, ἀφ' οὗ ἐστι τὸ ἀνώτατον μέρος εἰς κέρας ὑπερηρμένον, ὅταν τὸ ἄλλο ξύλον προσαρμοσθῇ, καὶ ἑκατέρωθεν ὡς κέρατα τῷ ἑνὶ κέρατι παρεζευγμένα τὰ ἄκρα φαίνηται. καὶ τὸ ἐν τῷ μέσῳ πηγνύμενον ὡς κέρας καὶ αὐτὸ ἐξέχον ἐστὶν ἐφ' ᾧ ἐποχοῦνται οἱ σταυρούμενοι, καὶ βλέπεται ὡς κέρας καὶ αὐτὸ σὺν τοῖς ἄλλοις κέρασι συνεσχηματισμένον, καὶ πεπηγμένον. Monocerotis cornua nullius alterius rei aut figuræ possit aliquis ostendere aut dicere similia esse, quàm figuræ quæ ostendit crucem. Vnum enim lignum rectum est à quo est suprema pars in cornu sublata, quando aliud lignum applicitum fuerit, & vtrinque vt cornua vni cornu adiunctæ summitates apparuerint, & lignum in medio fixum vt cornu & ipsum eminet, cui insident crucifixi. Et cernitur vt cornu & ipsum istud lignum cum aliis cornibus figuratum, & cōpactum. Tria ligna cōmemorat, vnum directarium, cuius vertici impingitur titulus, aut αἰτία causa, qui vertex in cornu attollitur. Alterum lignum est illud ξύλον προσαρμοσθὲν, applicitum directario per transuersum, in quo brachia extenduntur & figuntur. Tertium est eminulum lignum in medio, cui insident & inequitant crucifixi: nisi enim in eo sederent, omnes compages neruorum mole ac pondere corporis disrumperentur. Lipsius verba Iustini non satis intellexit. Quartum addo ex Gregorio Turonensi lignum suppedaneum, in quo duobus clauis duo figuntur pedes. Ideo Nonnus in Ioannem dixit,

δούρατι θανάτοιο ταθεὶς τετραζύγι δεσμῷ.

Mortis in ligno inflictæ extensus quadruplici vinculo.

Item. ὑμεῖς τετραπόρῳ σφηκώσατε τοῦτον ὀλέθρῳ.

Vos quadriforatili mortis supplicio eum deuinxistis. Irenæus lib. 2. cap. 4. Ipse habitus crucis fines & summitates habet quinque: duos in longitudinem, duos in latitudinem, & vnum in medio vbi requiescit, qui clauis configitur. Vnus ille finis in medio, est lignum cui insidebat crucifigendus. Duo fines in latitudinem sunt duæ extremitates ligni transuersarij, in quo brachia fixa. Duo fines in longitudinem ligni sunt directarij extrema & fines, superior vbi titulus, inferior vbi lignum suppedaneum, in quod pedem ponebant, cùm insilerent in crucem, vnde crucisalus apud Plautum in Bacchidibus. Vt enim nos stapedam pede premimus, & sic in sellam insilimus, ita & illi pede prementes lignum suppedaneum insilibant in ligum illud medianum, quod fuit pro sella cui insiderent. Gregorius Turonensis de glor. Martyr. cap. 6. Clauorum Dominicorum quod quatuor fuerint, hæc est ratio: duo sunt affixi in palmis, duo in plantis. Cyprianus serm. de passione, clauis sacros pedes terebrantibus. Plautus Mostel.

Sed ea lege vt affigatur bis pedes, bis brachia. Gregorius Turonenſis cap. 6. In ſtipite erecto foramen factum manifeſtum eſt, pes quoque paruæ tabulæ in hoc foramen inſertus eſt. Super hanc vero tabulam tanquam ſtantis hominis ſacræ adfixæ ſunt plantæ. Innocentius ſerm. 1. de martyrio, fuerunt in cruce Dominica ligna quatuor, ſtipes erectus, & lignum tranſuerſum, truncus ſuppoſitus, & titulus ſuperpoſitus. Iuſtinus titulum fuiſſe vult in vertice ligni arrectarij, non in ligno tranſuerſario. Suppoſitus ille truncus eſt cui inſidebat & inequitabat cruciarius. Tertullianus lib. 3. in Marcion. cap. 19. Saluum fac me ex ore leonis vtique mortis, & de cornibus vnicornium humilitatem, de apicibus ſcilicet crucis. Auguſtinus in Ioan. tract. 118. Crux lata eſt in tranſuerſo ligno quo extenditur pendentis manus, longa eſt à tranſuerſo ligno vſque ad terram, vbi deorſum pedes figuntur. Alta eſt in cacumine quod tranſuerſum lignum ſurſum verſus excedit: omnino crucem Auguſtinus ex duobus lignis componit, directario & tranſuerſario, quem ſequitur Illuſtriſſ. Baronius, ex tribus Iuſtinus, ſi ſuppedaneum lignum addis, ex quatuor, ſi quod vult Innocentius in vertice directarij ſtipitis lignum tranſuerſum ponis, in quo ſit titulus, crux e quinque lignis conſtabit. Iuſtinum libentius ſequar, ideo Auſonius eam æquiparat literæ Græcanicæ Φ quam à Palamede inuentam volunt. *Hac crucis effigies Palamedica porrigitur Φ.* Iuſtinus Apolog. 2. Æneum ſerpentem forma crucis à Moſe factum ait, οὕτως παρέδωκεν ἀναγνοὺς Πλάτων, καὶ μὴ ἀκριβῶς ἐπιστάμενος, μηδὲ νοήσας τύπον εἶναι σταυροῦ, ἀλλὰ χίασμα νοήσας, τὴν μετὰ τὸν πρῶτον θεὸν δύναμιν κεχιάσθαι ἐν τῷ παντὶ εἶπε. Ita tradidit legens Plato, & non plane intelligens eſſe typum crucis, ſed decuſſationis formam quæ literam χ refert, virtutem quæ eſt poſt primum Deum decuſſatam eſſe in vniuerſo dixit. Duo tantum in decuſſatione ligna. In antenna duo ligna ſunt, directarium & tranſuerſarium, quæ crucem decuſſatam faciunt. Iuſtinus θάλασσα οὐ τέμνεται ἐὰν μὴ τοῦτο τὸ τρόπαιον ὃ καλεῖται ἱστίον ἐν τῇ νηὶ σῶον μείνῃ. Mare non ſcinditur niſi trophæum hoc quod antenna, vel malus dicitur ſaluum maneat. Nonnus

εἰς δόρυ τετράπλευρον ἐπήορον ὑψόθι γαίης
ὄρθιον ἐξετάνυσσαν.

In ſtipitem quatuor latera habentem elatum ſurſum procul à terra tectum extenderunt. Tertull. libro 3. in Marcionem, Madianitas victos eſſe ait trecenteno Gedeonis milite qui litera T ſignificatur. Romani autem moris fuiſſe quod Chriſtus crucem ſuam baiulauit, vulgò notum eſt. Artemidorus ὁ μέλλων προσηλοῦσθαι πρότερον σταυρὸν βαστάζει. Qui clauis figendus eſt, prius crucem ſuam baiulat. De vino myrrhato cuius meminit Matth. cap. 27. ἐσμυρνισμένῳ. Paulus Fagius iamdudum notauit datum fuiſſe crucifigendis, vt externati carerent ſenſu doloris, grana thuris aut myrrhæ vino miſcebantur: verbum non addo. Murrhina hic mihi non placent. Golgotha dictum autumat Illuſtriſſ. Baronius à capitibus decollatorum. Probas. De Hieroſolymitana vrbe, fueritne vmbilicus orbis an Iudææ, ſuperuacuum eſt quærere. Quæ de pallio & tunica Domini ſcribis amplector. Vtinam illa tantum quæ in antiquitate latent ſectareris, nec ea quæ ſupra inſtitutum tuum ſunt attingeres. In aliena meſſe falx tua fax eſt, in tua meſſe facris vbertas. Hæc igitur notas de veſtimentis Chriſti cum Illuſtriſſ. Baronio, cum quo hic tibi conuenit, Chriſto Domino non multitia, non byſſinas, carbaſinas, aut pellucidas veſtes, non multiplices fuiſſe, ſed pallium plebeium. tunicam inconſutilem deſuper contextam ſine interula linea. Pallium eiuſmodi, Latini togam, Græci ἱμάτιον, Hebræi mehil vocant. Tunicam à ſanctiſſima Virgine textã autumas. Solum pallium fuiſſe ſciſſum in 4. partes nullo negotio, cum è 4. pannis certo modo inter ſe iunctis conſtaret. τετράγωνον ἱμάτιον, Græcorum pallium quadrangulum fuiſſe Dionyſius Halycar. oſtendit. Chriſti tunicam talarem, manuleatam, quæ quia inconſutilis alia fuerit à communibus tunicis, quæ aut conſutæ, aut fibulatæ. Genus texturæ ignoras. Omnia iſta coniectanea ſunt, niſi ſi quæ nominatim ab Euangeliſtis exprimuntur. In ſortem tunica inconſutilis miſſa eſt, ne ſcinderetur. Titulum, αἰτίαν, cauſſam, elogia puniendorum ſuperdicta, Suetonius vocat. In Caligula cap. 38 præcedente titulo qui cauſſam pœnæ indicaret. Euſebius lib. 5. Hiſtor. cap. 1. πίνακος αὐτὸν προάγοντος, tabella ipſum producente. Apud Ioannem Inſcriptio tituli Hebraica principem locum obtinet, ſequitur Græca, & poſtremo Romana. Contra apud Lucam hæc ſeries, Græca, Romana, Hebraica. Parum illi ſolliciti de ordine fuere, nos ad nauſeam vſque. De altera potione apud Matthæum, acetum fuit, teſte Luca, ſicuti prima potio vinum myrrhatum. Ioannes acetum ori admotum ait, idque arundine, & ſpongia. Nihil præterea quærendum Matthæus ſpongiam arundini circumpoſitam, Ioannes hyſſopo. Cyrillus Alexandrinus, alios arundini, alios bacillo hyſſopi ſpongiam aceto imbutam circumpoſuiſſe prodit, eadem fini, quod idem auctor tragœdiæ Chriſti patientis ſcribit.

ἄλλοι

ἄλλοι δ' ὑσσώπῳ σπόγγον ἔχος ἔμπλεον
χολῇ κεκερασμένον ὄξει ἄνηγον εἰς στόμα.

Alij ſpongiam aceto plenam quod erat felle mixtum, hyſſopo attollebant, & ori eius admouebant. Apud Petronium cruciatius de cruce non depouitur, more Romano. Chriſtus permiſſu magiſtratus depoſitus more item Romano. Leuia ſunt iſta, & paleatum caſſa.

AD CAP. XCI.

IN veteri tabernaculo duo vela fuiſſe interius & exterius docetur cap. 26. & 36. Exodi. Duo item in templo quod Herodes inſtaurauerat fuere, vt Ioſephus libro 5. capite 14. In morte Domini exterius eſſe ſciſſum docet ex Hieronymo Baronius. De interiori quod inter ſanctum, & ſanctum ſanctorum pependit, Cyrillus veli ſciſſuram interpretatur. *ἰσχύν*.

AD CAP. XCI.

DE hac ſolis defectione Euſebius in Chronico loquitur in hæc verba. In aliis Ethnicorum cõmentariis hæc ad verbum ſcripta reperiuntur. Solis facta defectio, Bithynia terræ motu concuſſa, & in vrbe Nicæa ædes plures terræ motu corruerunt. Phlego lib. 13. Chronic. Olympiadis ducenteſimæ ſecundæ anno quarto fuit defectio Solis maxima omnium quæ antea vnquam extitiſſe dicuntur. Dies hora ſexta ita in tenebroſam noctẽ verſus, vt ſtellæ in cœlo viſæ ſint. Terræ motus quoque magnus in Bithynia contigit, qui Nicææ vrbis partem magnam ſolo æquauit. Origenes in Matth. tractatu 25. Phlego in Chronicis ſuis ſcripſit in principatu Tiberij factam eclipſim, ſed eam plena luna extitiſſe non ſignificauit. Tertullianus, eodem, inquit, memento dies medium diem ſignante ſole, ſubducta eſt, deliquium vtique putauerunt, quid id quoque ſuper Chriſto prædicatum non ſcierunt. Africanus *τοῦτο τὸ σκότος ἔκλειψιν ἡλίου Θάλλος ἀποκαλεῖ.* Has tenebras Thallus ſolis eclipſim vocat. Ioſephus libr. 6. cap. 31. *πρῶτον μὲν κινήσεως ἀντιλαβέσθαι ἔφασαν, καὶ κτύπου, μετὰ δὲ ταῦτα καὶ φωνῆς ἀθρόας, μεταβαίνωμεν ἐντεῦθεν.* Primum quidem motum ſenſiſſe, & ſonitum ingentem aiebant, poſtea & confertam vocem auditam, tranſeamus ex his ſedibus. Tacitus libro 5. hiſtor. Expanſæ repente delubri fores, & audita maior humana vox excedere Deos, ſimul ingens motus excedentium. Ioſephus id accidiſſe narrat ſub excidium vrbis viceſimo primo die menſis Maij, feſto Pentecoſtes. Scaliger ad Euſebium pag. 171. Notat Euſebij & Hieronymi allucinationem, quam tueri non poſſum. De ſanguinis & aquæ fluxu ex latere Chriſti probo illud Nonni,

πρῶτα μὲν αἷμα χύθη, μετέπειτα δὲ δίσκελον ὕδωρ.

Primum quidem fluxit ſanguis, poſtea diuina aqua, quæ vtraque à B. Virgine collecta ſcribit Metaphraſtes, & ante eum Gregorius Nazianzenus, ſiue is eſt Apollinaris Laodicenus,

ᾤμωξε δ' εὐθὺς, καὶ περιπτύξασα πόδας,
καὶ χερσὶν ἠρύσατο διχρυοῦ ῥοῆς,
κυνοῦσα τ' αὐτὰ τιάδε.

Statim eiulauit, & amplexa eſt pedes & manibus hauſit, & excepit duplicem fluxum, & oſculata hæc dicit. Fides ſit penes auctores. Quod ait Moſes Ægyptius lapidibus obrutorum cadauera ſuſpendi ſolere horas aliquot ſuper ligno eradicato, lignumque poſtea cum ſuſpendioſo ſepeliri, & lapidem quo noxius fuit lapidatus, gladium quo decollatus, mantile quo ſtrangulatus, omnia hæc cum iis qui perierunt ſepeliri, ſcitu dignum eſt, quod ab Illuſtriſſ. Baronio eſt obſeruatum, quemadmodum & quod ait in petra excidi ſolitas ſepulturas apud Iudæos. Lucas cap. 23. *μνημεῖον λαξευτὸν*, monumentum in ſaxo exciſum, Matth. 27. *μνημεῖον ὃ ἐλατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ.* Monumentum quod Ioſephus exciderat in petra. Manceps operæ excauabat cauum in petra longum 6. latum 4. cubitos, in quo aliquot foramina ad ſingula corpora reponenda, vt ipſe refert, ex parte quarta Talmud lib. 3. Baua batra cap. 6. lapis qui aduoluebatur ori monimenti dicitur golel. Euſebius lib. 3. Conſtantini, Monumentum Domini vocat antrum, quod *ὑπερανέχειν τῆς γῆς*, ſupra terram eminere negat Cyrillus catech. 13. Ideoque deſignati per lacum ſeterem. Threnor. cap. 3. & Pſal. 87. Docte Baronius è Rabbinis refert pollinctores capita ſepeliendorum tondere ſolitos, *ἐν χρῷ κείρειν*, vt tu ais, radere ad cutim. de quo Sozomenus lib. 9. cap. vlt. Bene item Illuſtriſſ. Baronius ait omnes

etiam

etiam principes legi ſumptuariæ adſtrictos ſuper veſtibus quibus mortui inuoluebantur, quas lineas fuiſſe, & haud magni pretij ex Rabbi Iacob oſtendit, eámque legem à Gamaliele ſeniore profectam. Reliquias rerum quæ ad Domini ſupplicium adhibitæ, in cultu fuiſſe docet Illuſtriſſ. Baronius ex Gregor. Turonenſ. lib. de glor. Martyr. cap. 7. Beda de locis ſanctis cap. 5. & 20. Quas tu cum Iudæis, Mauris, & Turcis cur deſpuas, pietatis Chriſtianæ ſtudioſi videriut. De Chriſti imagine quam Veronica, ſiue Berenicen mauis, excepit velo, Methodium Baronius auctorem habet vetuſtiſſimũ Chronographũ, de quo Marianus Scotus in chronico anni Domini 39. Laudo quod laudas & probas catecheſes Cyrilli, quarum Hieronymus, Theodoretus, Damaſcenus, Photius meminere. Quod Cyrilli & Paulini pietatem in cruce Chriſti veneranda non ſequeris, id neutiquam laudo. De reliquiarum cultu ſupra diximus. Abſtineo. De Irenæo piè ſentit Illuſtriſſimus Baronius, vt debuit. De cœna pura doctiſſime Baronius agit ex Auguſtino, & Tertulliano, quem hic admordere non debueras, vt neque in vite aurea, & ieiunio ſabbarico. Iudicet æquus lector.

AD CAPVT CX.

IOannes cap. 19. ſub horam 6. Marcus cap. 15. ſub horam tertiam crucifixum Dominum eſſe ait. Nonnus,

ἦν δ' ἠελιοφαὴς τριτάτη θανατηφόρος ἠώς,

Agebatur dies hora tertia mortem ferens.

Nonnus, Theophylactus, & Petrus Alexandrinus diſputatione de Paſchate horam tertiam amplectuntur. Hieronymus ſextam. Aliorum iudicium eſto. De ieiunio magnæ hebdomadis bene ſentis. Feria quinta magna, Sabbatum magnum eiuſdem hebdomadis vocantur. De ieiunio feriæ quartæ & ſextæ ab Apoſtolis inſtituto Epiphanius pag. 466. ſub finem libr. 3. *συνάξεις δὲ ἐπιτελούμεναι ταχθεῖσαί εἰσιν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τετράδι, καὶ προσαββάτῳ, καὶ κυριακῇ· τετράδι δὲ καὶ ἐν προσαββάτῳ ἐν νηστείᾳ ἕως ὥρας ἐνάτης, καὶ παρέδωκαν οἱ ἀπόστολοι ἐν ταύταις νηστείας ἐπιτελεῖσθαι· καὶ δι' ὅλου μὲν τοῦ ἔτους ἡ νηστεία φυλάττεται ἐν τῇ αὐτῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, φημὶ δὲ τετράδι καὶ προσαββάτῳ ἕως ὥρας ἐνάτης, δίχα μόνης τῆς πεντηκοστῆς ὅλης.* Synaxes autem quæ fiunt, ordinatæ ſunt ab Apoſtolis, quarta feria, ſexta, & Dominica. Die Mercurij & paraſceues quæ ſexta eſt feria in ieiunio ad horam vſque nonam, & tradiderunt Apoſtoli in illis ieiunia fieri. Et per totum quidem annum ieiunium ſeruatur in eadem ſancta Catholica Eccleſia, quarta & ſexta feria ad horam vſque nonam excepta tota Pentecoſte quinquaginta dierum, quibus neque geniculationes fiunt, neque ieiunium, *τὴν δὲ τεσσαρακοστὴν τὴν πρὸ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν τοῦ ἁγίου πάσχα ὡσαύτως φυλάττειν εἴωθεν ἡ αὐτὴ ἐκκλησία ἐν νηστείαις διατελοῦσα. τὰς δὲ ἓξ ἡμέρας τοῦ πάσχα ἐν ξηροφαγίᾳ διατελοῦσι πάντες οἱ λαοὶ, φημὶ δὲ ἄρτῳ, καὶ ἁλὶ, καὶ ὕδατι τότε χρώμενοι πρὸς ἑσπέραν.* Quadrageſimam ante ſeptem dies ſancti Paſcha ſimiliter ſeruare ſolet eadem Eccleſia, in ieiuniis perſeuerans. Sex autem dies paſcharis in ſiccorum eſu perſeuerant populi, dico, pane, ſale, & aqua tunc vtentes ad veſperam vſque. Sex dies Paſchatis vocat ſex dies maioris hebdomadis, in qua ipſo etiam Sabbato Græci ieiunabant, cum reliquis Sabbatis totius anni non ieiunarent. Concilio Leodicen. *δεῖ πᾶσαν τὴν τεσσαρακοστὴν νηστεύειν ξηροφαγοῦντας.* Oportet ieiunare omnem quadrageſimam in ſiccorum eſu. Chryſoſtomus de Pauli vinculis. *ἔθος ἐρωτᾶν κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν πόσας ἕκαστος ἑβδομάδας ἐνήστευσε, καὶ ἔστιν ἀκοῦσαι λεγόντων, τῶν μὲν ὅτι δύο, τρεῖς, τῶν δὲ ὅτι πάσας ἐνήστευσεν ἑβδομάδας.* Moris eſt interrogare per quadrageſimam quot vnuſquiſque ieiunarit hebdomadas, & audire eſt dicentes, alios ſe duas, tres, alios omnes ſe ieiunaſſe hebdomadas. Hieronymus epiſt. 54. ad Marcellam, Nos vnam quadrageſimam ieiunamus ſecundum traditionem Apoſtolorum. Tertull. in Phyſicos, Xerophagias obſeruemus ſiccantes cibum ab omni carne & iurulentia. Ambroſius ſerm. 37. In totum non ieiunare quadrageſimam ſacrilegium eſt, ex parte violare peccatum eſt. De conditura, & *ταριχεύσει* corporum conſulantur Herodotus, & Diodorus Siculus. Verbum non addo. In reſurrectione Chriſti Euangeliſtæ dicunt pias mulieres diei primæ diluculo Dominum iacentem non reperiſſe. Lucas *ὄρθρου βαθέος ἦλθον*, venerunt, cùm adhuc profundum eſſet mane. Ioannes, *πρωῒ σκοτίας ἔτι οὔσης*, mane cùm adhuc tenebræ eſſent. Marcus, *καὶ διαγενομένου τοῦ σαββάτου*, cùm intercesſiſſet ſabbatum, *καὶ λίαν πρωῒ τῆς μιᾶς σαββάτων*, valde mane prima ſabbati.

Nonnus, *τῇ δὲ μιῇ φαινομένῃ μετὰ σάββατον ἠριγενείῃ,*

Aurora prima ex oriente poſt ſabbatum.

Addit

Addit Marcus ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, orto iam sole. Gregorius Nyssenus serm. 2. de resurrect. ostendit melius legi, ἔτι ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, tantum quod exorto sole, atque significari, alium hunc esse aduentum mulierum ad monumentum præter priores. August. vertit, oriente iam sole. Eusebius in fine lib. 10. de Demonstrat. legit ἔτι ἀνατέλλοντος τοῦ ἡλίου. Quidam codices habent, ἐπανατέλλοντος ἡλίου. Explicat Marcus quod dixerat valde mane. Matthæus, ὀψὲ δὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, in fine hebdomadis, die exoriente qui futurus erat primus dies hebdomadis, vt ὀψὲ τῆς ἡμέρας in fine diei. Omnino conueniunt inter se Euangelistæ, & hoc voluit Illustriss. Baronius, qui Matthæum cùm græcè tum latinè loquentem ambabus vlnis amplectitur. De concilio Tridentino quod male sentis, facis cum Anabaptistis, Tritheitis, Lutheranis. Quod προκαθεδρίαν Petro des, primarum neges, errores tui, opinor, mirabuntur. Quod angelus dicit mulieribus Marci 16. Ite, dicite discipulis eius, & Petro, bene Theophylactus, Πέτρον ὡς κορυφαῖον κατ' ἐξοχὴν ὀνομάζων, Petrum vt Coriphæum per eminentiam separatim ab aliis, ἐκτὸς ἐκείνων, nominans.

AD CAP. CXVIII.

De numero & ordine apparitionum Christi postquam victa morte ad viuos rediit, neque tibi cum Augustino, neque cum Baronio conuenit. De prima Marc. 16. Apparuit primò Mariæ Magdalenæ. Secunda Matth. 28. Iterum Magdalenæ, & eius sociis mulieribus. Tertia Luc. 24. Marci 16. Discipulis in Emmaus. Quarta cùm Dominus à Petro est visus, Luc. 24. Quinta, nocte quæ secuta est diem resurrectionis Ioannis 20. nocte admodū iam prouecta vers. 19. Sexta post 8. dies, Dominica nempe proxima cui interfuit Thomas Ioan. 20. vers. 26. Septima ad mare Tiberiadis piscantibus. Octaua in monte Galilææ omnium celeberrima, vt verè ait Baronius Matth. 24. vers. 7. & 10. Nona in vrbe Hierusalem, Luc. cap. vlt. vers. 49. Decima in colle oliueti, vnde in cœlos Dominus ascendit. Hæc tu, de quibus luctentur tecum quibus visum erit. Abstineo. De sepulcro Domini multa de tuo affingis, nullo astipulatore. Vereor vt fidem reperiant. Quædam & de suo largitur Illustriss. Baronius. Omnia talia sunt arbitraria. De fonte medicamentoso apud Emmaus non fuit eleuanda fides Sozomeni, qui testis oculatus esse potuit. Nec enim sequitur falsam esse narrationem Sozomeni, quia Eusebius de ea reticuerit. De potestate ligandi & soluendi de qua agis cap. 127. taceo, quia iam hæc quæstio amplius à me auctoritate patrum, aut potius sententia definita est, & infra definietur clarissimè. Tu semper eandem terram reciprocas.

AD CAP. CXXIX.

Prætermitto iam ea quæ Romanum Pontificem, aut sacrificium corporis Christi spectant, quod abundè iam à nobis pluribus locis tractata sint, & argumentum tuum in te retorqueo, sicuti Sacerdotes sacrificare dicuntur, quia verè incruentam corporis Christi hostiam ad altare immolant, non modo quia sacrificij semel in cruce oblati memoriam faciūt, & propius annuntiant, ita remittere peccata dicuntur, non modo quia verbis Christi pœnitentibus remissionem pronuntiant, verumetiam quia vt ministri, & vicarij Christi vere peccata remittunt, aut verius sicuti Christus eorum ore ad altare sacrificat, ita & eorum ore peccata remittit. Chrysostomus homilia de ieiunio, ἐὰν ἀκούσητε τοῦ κυρίου λέγοντος, μετανοεῖτε, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς οἱ λεγόμενοι καθαροί. ταῦτα δὲ οὐ μόνον πρὸ τοῦ βαπτίσματος, καὶ ἐν τῷ νόμῳ, ἀλλὰ καὶ μετὰ βαπτισμὸν, καὶ ἐν τῇ χάριτι. αὐτὰ γὰρ ταῦτα ὁ δεσπότης χριστὸς ἐν ἑτέραις λέξεσι τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς παραδιδοὺς ἔλεγεν. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅσα ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, &c. καὶ οὐκ ἁπλῶς λέξεων τινῶν, ἀλλὰ καὶ πραγμάτων ἐξοχὰς ἐποίησε τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς τοῦ λύειν, καὶ δεσμεῖν. τί ἐροῦσι πρὸς ταῦτα οἱ καθαροὶ τῶν καθαρωτέρων, καὶ πάσης ἀκαθαρσίας ἀκαθαρτότεροι. οὐδεὶς γὰρ καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, οὐδ' ἂν μία ἡμέρα ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστι. τί οὖν ἐροῦσι πρὸς ταῦτα οἱ πολλοὶ, οἱ τὸν κενόδοξον λογισμὸν ἔχοντες, οἱ τολμῶντες λέγειν ματαιοποιοῦμαι, οὐκ ἀνέχομαι τῷ δὲ τῷ πρεσβυτέρῳ προσελθὼν, καὶ ἐξομολογήσασθαι αὐτῷ τὰς ἁμαρτίας μου, τῷ πολλάκις πλείονα μου πταίσαντι. πῶς δύναται οὗτος ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς ὑπάρχων τὰς ἐμὰς ἁμαρτίας ἐξαλεῖψαι. τοιαῦτα προφασίζονται οἱ ἐν ἁμαρτίαις καὶ ἐν ὑπερηφανίᾳ ὑψοῦντες ἑαυτούς. ἀλλ', ὦ ἄνθρωπε, ἑαυτῷ ἐπιβουλεύων τίς ἀλαζονεύει, καὶ ἀπατηλοῖς σου ῥήμασι, ὁ θεὸν παραπικραίνων διὰ τῆς ἀνοίας σου, καὶ ὑψηλοφροσύνης. μὴ γὰρ ἀνθρώπῳ προσέρχῃ, ἢ ἄνθρωπος ἀφίησί σου

τὰς ἁμαρτίας. τῷ δεσπότῃ καὶ βασιλεῖ τῶν ἁπάντων Θεῷ προσέρχῃ, τῷ διὰ τοῦ ἱερέως συγχωροῦντός σοι τὰ πλημμελήματα· μεσίτης γὰρ οὐκ αὐθέντης ὑπάρχει ὁ ἱερεύς· τί οὖν κρίνεις καὶ βδελύττῃ, ὃν ὁ Θεὸς οὐ καταγινώσκει. τὸ τίμιον αὐτοῦ σῶμα μελίζει, καὶ τὸ ἄχραντον αὐτοῦ αἷμα ἱερουργεῖ, ἕως ἐστὶν ἱερεύς, καὶ ὁ Θεὸς συγχωρεῖ αὐτῷ ἔχειν τὴν ἱερωσύνην· μὴ παραιτήσῃ παρ' αὐτοῦ λαβεῖν τὴν δωρεάν. οὐ γὰρ αὐτὸς παρέχει σοι τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, ἀλλὰ ὁ μέγας ἀρχιερεὺς Χριστός, ὁ πιστεύσας αὐτῷ τὴν ἱερωσύνην. ὅτι δὲ οὐ μόνον ἐν χάριτι, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς χάριτος ἐν τῇ παλαιᾷ ἀεὶ ὁ Θεὸς τοῖς ἀνθρώποις τὴν σωτηρίαν δι' ἀνθρώπου ἐποίει, τούτου χάριν ὁ δεσπότης ἡμῶν ἐνανθρώπησεν ὁ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου. Si audieritis Dominum dicentem pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum, nolite obdurate corda vestra, vt qui dicuntur puri. Id autem non modo ante baptisma & in lege, sed & post baptismum & in gratia. Ista enim ipsa Dominus Christus aliis verbis discipulis suis tradens, dicebat: Amen dico vobis, quorum remiseritis peccata in terra, erunt remissa & in cœlo, & quorum retinueritis in terra, &c. Et non simpliciter dictionum quarundam, verum & rerum legibus obstrictos fecit discipulos suos, vt soluerent & ligarent. Quid ad hæc dicent puri ex purissimis, & omni immunditia impuriores? Nemo enim mundus est à sorde, neque infans cuius est vnius diei vita super terram. Quid ad ista dicent multi, vanæ gloriæ ratiocinationem habentes, qui audent dicere ore vano, non sustineo ad hunc Sacerdotem accedere, & apud eum confiteri peccata mea, qui sæpius quàm ego offendit. Qui potest iste peccator existens delere peccata mea. Talia causantur qui in peccatis & in superbia se attollunt. Sed, ô homo, qui tibi insidiaris, superbis & deceptoriis verbis, qui Deum exacerbas tua stultitia, & superbia. Num enim accedis ad hominem, aut homo tibi peccata remittit. Accedis ad Dominum & regem omnium Deum, qui tibi per Sacerdotem peccata remittit. Sacerdos enim est mediator, non auctor. Cur igitur iudicas & abominaris, quem Deus non condemnat. Pretiosum eius corpus in partes tribuit, & impollutum eius sanguinem sacrificat, quandiu est Sacerdos, Deus permittit eum habere sacerdotium. Ne detrectes ab eo donum accipere. Non enim ipse tibi remissionem peccatorum præbet, sed magnus pontifex Christus, qui ei credidit sacerdotium. Quia autem Deus non tantum in lege gratiæ, verum & ante gratiam in lege veteri semper hominibus salutem per hominem impertiit, ideo Dominus noster homo factus est, mediator Dei & hominum. οἴδατε ἀκριβῶς τὴν ἱστορίαν κατὰ τὸν μακάριον Δαυίδ, τὸν ἀρτίως εἰρηκότα, ἐξομολογήσομαί σοι κύριε ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου. Πῶς ὁ αὐτὸς φόνῳ, καὶ μοιχείᾳ περιπεσὼν τοῖς ἄκροις κακοῖς ἔμενεν ἀνεξομολόγητος. Τί οὖν ποιεῖ ὁ Θεός, ἵνα καὶ τοῦτον πρὸς μετάνοιαν ἐλάσῃ, καὶ τοὺς μετέπειτα ποιήσῃ τὴν μετάνοιαν ἀσπάζεσθαι: Πέμπει πρὸς αὐτὸν Ναθὰν τὸν προφήτην. ὡς μόνον γὰρ ἤκουσε τοῦ προφήτου, ὅτι σὺ εἶ, βασιλεῦ, εὐθέως ἐξομολογήσατο, ἡμάρτηκα τῷ κυρίῳ. Ὁ δὲ Ναθάν, καὶ κύριος ἀφεῖλε τὸ ἁμάρτημά σου, μὴ ἀποθάνῃς. ὦ Ναθάν, τί ἐτόλμησας ἀποφήνασθαι; Μέλλεις γὰρ ὑπὸ Ναυάτου ἐγκαλεῖσθαι τοῦ ὑψηλόφρονος. Τῷ Θεῷ ἥμαρτεν ὁ Δαυὶδ αὐτῷ, καὶ ἐξομολογήσατο. Καὶ πόθεν οἶδας, εἰ συγχώρησιν ἔλαβεν, ὅτι σὺ ἀφεῖλες τὸ ἁμάρτημα. Πρῶτον μάθε, καὶ τότε μεταδὸς τῆς ἁμαρτίας τὴν λύσιν. Ὁ δέ, φησίν, ἐμοὶ ἐνεχείρησε ὁ Θεὸς τελείαν τὴν τοῦ Δαυὶδ προσοδείαν ποιήσασθαι. εἰ γὰρ οὐκ ἐβούλετο δι' ἐμοῦ αὐτῷ συγχωρῆσαι, οὐκ ἂν ἀπέστειλέ με πρὸς αὐτόν. Τίς ἐγκαλεῖ τῷ ἰατρῷ θεραπεύσαντι ἄνθρωπον νοσοῦντα, καὶ οὐκ εὐχαριστεῖ, καὶ ἀμοιβὰς ἀποδίδωσι; Σαφῶς τοίνυν ἀποδέδεικται, ὅτι περ οὐ μόνον ἐν τῇ χάριτι, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς χάριτος δι' ἀνθρώπων ὁ Θεὸς ἀνθρώποις συνεχώρει τὰ ἁμαρτήματα. ibidem. ὥστε, ἄνθρωπε, εἰ διὰ τοῦτο ἐβούλη προσελθεῖν τῇ μετανοίᾳ ὅτι ἄνθρωπός ἐστιν ὁ ἱερεὺς ἁμαρτωλός, μηδὲ βαπτισθῇς. Ἄνθρωπος γάρ ἐστιν ὁ βαπτίζων. Μηδὲ κοινωνήσῃς. Ἄνθρωπος γάρ ἐστιν ὁ τὸν ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ μελίζων. Εἰ δὲ ταῦτα πίστιν ἔχει, κἀκεῖνο πίστει καταδέξαι. Item. Ὁ γὰρ ἱερεὺς βαπτίζων καὶ προσφέρων τὴν ἀναίμακτον θυσίαν τὰς χεῖρας κιχρᾷ πρὸς τὸ προκείμενον, τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα ταῦτα ἁγιάζει, καὶ μεγαλύνει. Διὸ καὶ ἐνταῦθα μετανοοῦντός σου, καὶ ἐξομολογουμένου οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν γλῶτταν, κιχρᾷ, καὶ ὁ Θεὸς τὴν σωτηρίαν σοι, καὶ τὴν ἄφεσιν παρέχει. Scitis exacte historiam de Dauide beato qui recens illud inuenit. cõfitebor tibi Domine in toto corde meo, quomodo cùm ipse in homicidiũ & adulteriũ incidisset in summis malis manebat inconfessus. Quid igitur agit Deus vt eum ad pœnitentiam incitet, & posteros faciat pœnitẽtiam amplecti. Mittit ad eum Nathan Prophetã. Vt audiuit hoc tamũ à Propheta, Tu ipse es qui facinus patrasti, ô Rex, statim confessus est, Domino peccaui. Respõdit Nathan, Ideo & Deus remisit iniquitatem tuam, non morieris, ô Nathan, quid ausus es pronuntiare. Futurum enim est vt Nouatus te accuset superbus. Peccauit ipsi Deo Dauid, & confessus est, & vnde scis an remissionem acceperit? Quia tu abstulisti peccatum. Primum disceres quod peccatum est, & tunc dares peccati solutionem. Ille autem ait, mihi commisit Deus perfectam Dauid medicinam facere. Si enim noluisset per me peccatũ ei remitti, non me ad eum misisset. Quis accusat medicum sanantem ægrotum hominem, & ei gratias non agit, & præmium reponit. Liquido igitur ostensum est Deum non in lege gratiæ tantum, verum & ante gratiam hominibus per homines peccata remisisse. Itaque homo si ideo non vis accedere ad

pœnitentiam

pœnitentiam,quia ſacerdos peccator eſt,ne etiam baptizeris quia qui te tingit , is homo eſt. Ne communices,quia qui tibi agnum Dei diſtribuit , homo eſt.Quod ſi hæc fidem habent,& illud fide ſuſcipe. Sacerdos enim qui ſacro fonte tingit , & offert incruentum ſacrificium, manus commodat operi propoſito,Spiritus autem ſanctus res propoſitas ſanctificat ,& magnificat. Ideo & hic re pœnitente & confitente nihil aliud ſacerdos remiſſioni peccati quam linguam commodat, Tibi Deus ſalutem & remiſſionem præbet. Hæc ſuo momento expende bene,& audi Deum per ſacerdotem cum in baptiſmo , tum in confeſſione peccatum remittere, & ſacerdotem ,vt Dei vicarium , vere baptizare , vere peccatum remittere, non remiſſum modo peccatum pronuntiare.Cyprianus ſer. 5. de lapſis. Denique quanto & fide maiore , & timore meliore ſunt , qui quamuis nullo libelli , aut ſacrificij facinore conſtricti, quoniam tamen de hoc vel cogitauerunt, hoc ipſum apud Sacerdotem Dei dolenter & ſimpliciter confitentes exomologeſin conſcientiæ faciunt , animi pondus exponunt , ſalutarem medelam paruis licet & modicis vulneribus exquirunt. Vide Auguſtinum c 4.lib. de vera & falſa pœnit. Cuius verba ipſa iam non teneo, tem teneo. Hoc enim ait,Noli per aliam munus offerre à Moyſe imperatum. Sed qui per vos ipſi peccaſtis,per vos ipſi erubeſcite. Confitentes nuntium ne adhibere. In rubore pars eſt remiſſionis.Ita Dominus inſtituit,vt nullus de peccato dolor eſſet,qui alicui non inuoreſceret.In eo enim quod per ſe ipſe peccatum ſuum indicat ſacerdoti, & timore illius quem offendit ruborem ſuperat , veniam peccati conſequitur. Per confeſſionem enim res venia digna efficitur , quæ per opus crimen erat. Et ſi non ſtatim purgatur , id tamen efficitur veniale , quod admiſſum erat mortale. Ille enim magnam obtulit ſatisfactionem, qui pudore calcato nihil quod admiſerit nuntio Dei occultum habuit. Cyrillus Alexandrin.lib. 12. in Ioan. c. 5. Cum ſacerdos peccata remittit , non eſt ſacerdos qui peccata remittit,ſed Spiritus ſanctus quem accepit cum ordinaretur. Athanaſius hom.Ite in caſtel.Si nondum vobis peccati vincula remiſſa ſunt , ecce ſacerdotes qui vos ſoluant poteſtate à Deo accepta.Ambroſius lib. de pœnit cap.2 Cur baptizaris ſi per hominem peccata remitti non poſſunt. Gregor. Nazianzenus apud Maximum, ὅτι ἑνὸς οὐ θέλομεν ἀσχημονῆσαι ἐνταῦθα, ἐπεὶ δὲ μυριάδων ἐκεῖ τούτων τί ποιήσομεν. Nihil ita Deum placat ac propria peccata apud Sacerdotem confiteri.Nolumus hic erubeſcere apud vnum quid in iudicio illo poſtremo tunc facturi ſumus ,cum apud tot hominum millia peccata noſtra manifeſta fient? Hermias lib. 1. Eccleſ. hiſtor. improbat factum Nectarij Conſtantinopol. Patriarch. qui confeſſionem ſuſtulerat. πρότερον ὡς ἡγοῦμαι μεῖον ἁμαρτήματα ἦν ὑπό τ' αἰδοῦς τῶν ἐξαγγελλόντων τὰς σφῶν αὐτῶν πλημμελίας, καὶ ὑπ' ἀκριβείας τοῦ ἐπὶ τούτῳ τεταγμένου.Prius vt exiſtimo minus peccabatur propter ruborem confitentium ſua ipſorum peccata, & diligentiam eorum qui præerant confeſſionibus. Idem presbyterum qui confeſſionibus audiendis præpoſitus erat, vocat, τὸν ἐπὶ τῆς μετανοίας, τὸν ἐπὶ τῶν μετανοούντων τεταγμένον πρεσβύτερον. Gregorius Nazianzenus in carminibus.

χρήζων δὲ παθέεσσι ἀκέστορος, ἢν κακὰ κεύθῃς
οὔποτε σηπεδόνα φεύξεαι ἀργαλέην.

Cum egeas medico ad morbum curandum , ſi mala occultaris , nunquam vitabis luem , & putredinem moleſtam. Theodoretus lib. de ſacrificiis, ὥσπερ τὴν λέπραν ὁ ἱερεὺς διακρίνει, οὕτω χρὴ καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἁμαρτημάτων εἶναι κριτήν. Vt ſacerdos in lege Moſis diſcernit inter lepram & lepram, ita & ſacerdotem in lege gratiæ oportet de peccatis eſſe iudicem. Clemens Ro. in Conſtitut. Apoſtol. lib.2.cap.84. τοὺς ἱερεῖς τοὺς τῶν ἁμαρτιῶν λύσαντας ὑμᾶς, οἱ παρὰ τοῦ θεοῦ ζωῆς καὶ θανάτου ἐξουσίαν εἰλήφασι, ἐν τῷ δικάζειν τοὺς ἡμαρτηκότας, καὶ λύειν ἁμαρτιῶν τοὺς ἐπιστρέφοντας. Sacerdores qui vos exſoluerunt peccatis , qui à Deo vitæ , mortiſque poteſtatem acceperunt,in iudicando eos qui peccarunt , & ſoluendo eos qui conuertuntur ad pœnitentiam. Sacerdos igitur vtitur ipſiſſima Chriſti poteſtate in remittendis peccatis , imo ipſe Chriſtus per ſacerdotem peccata remittit,baptizat , corporis ſui ſanctiſſimum ſacrificium facit. Paulus, Sic nos exiſtimet homo ſicut miniſtros Dei. Pro Chriſto enim legatione fungimur. Primaria & ordinaria poteſtas eſt in Chriſto , delegata in ſacerdote. Admittimus ex Hieronymo ad Matth. cap. 16. Innocentes à ſacerdote fruſtra damnati. Sciunt Sacerdotes, ait Hieronymus , pro officio ſuo , cum peccatorum audierint varietates , qui ligandus ſit , quiſve ſoluendus.

AD CAPVT CXXX.

FAlsum est, inquis, credidisse Chrysostomum sacerdotes præstare dignitate ipsos angelos. Falsum esse fateor naturam hominis natura angeli sublimiorem, ac digniorem esse quod Baronius non ait, sed verissimum esse aio, dignius & sublimius hominibus datum ministerium quam angelis, vt ait Chrys. quia potestas sacerdotibus data est, vt verum Christi corpus sacro ore ad altare conficiant, vt peccata remittant, quæ vtraque potestas angelo data non est. Christus ipse per sacerdotem sacrificat, peccata remittit. ὁ ἱερεὺς τὴν ἑαυτοῦ δανείζει γλῶτταν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ παρέχει χεῖρα. Sacerdos commodat linguam suam, & manum præbet, ait Chrysostomus libr. 3. de Sacerdot. ἡ γὰρ ἱερωσύνη τελεῖται μὲν ἐπὶ τῆς γῆς, τάξιν δὲ ἐπουρανίων ἔχει πραγμάτων. καὶ μάλα γε εἰκότως. οὐ γὰρ ἄνθρωπος, οὐκ ἄγγελος, οὐκ ἀρχάγγελος, οὐκ ἄλλη τις κτιστὴ δύναμις. Etenim sacerdotium ipsum in terra quidem peragitur, sed in rerum cœlestium ordinem referendum est. Atque id per quam merito. Quippe non homo, non angelus, non archangelus, non alia aliqua creata potestas, sed ipse paracletus ordinem huiusmodi disposuit, qui mortalibus hominibus adhuc in carne positis auctor fuit, vt angelorum ministerium animo conciperent. ὅταν γὰρ ἴδῃς τὸν κύριον τεθυμένον, καὶ κείμενον, καὶ τὸν ἱερέα ἐφεστῶτα τῷ θύματι, cum videris Dominum immolatum, & illic situm, sacerdotem supra sacrificium stantem, ac preces fundentem, tum vero turbam circumfusam pretioso illo sanguine intingi, ac rubefieri, etiam ne te inter mortales versari, atque in terra consistere censes. O miraculum Dei, ô benignitatem, qui cum patre sursum sedet, illa hora omnium manibus pertractatur & dat se ipsum volentibus complectendum, & excipiendum! Faciunt autem omnes ipsis oculis. Deinde ait Eliam precibus ignem elicuisse de cœlo quo carnes victimarum consumerentur. ἕστηκε γὰρ ὁ ἱερεὺς οὐ πῦρ καταφέρων, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα ἅγιον. Stat Sacerdos non ignem adferens, sed Spiritum sanctum & preces diuturnas facit, vt gratia delapsa in sacrificium per illud omnium animas incendat. Quis igitur mysterium hoc tremendum (φρικωδεστάτης τελετῆς) negligere possit, nisi mente motus, &c. οἱ γὰρ τὴν γῆν οἰκοῦντες, καὶ ἐν ταύτῃ ποιούμενοι τὴν διατριβήν, τὰ ἐν οὐρανοῖς διοικεῖν ἐπετράπησαν, καὶ ἐξουσίαν ἔλαβον ἣν οὔτε ἀγγέλοις, οὔτε ἀρχαγγέλοις ἔδωκεν ὁ θεός. οὐ γὰρ πρὸς ἐκείνους εἴρηται, ὅσα ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς ἔσται δεδεμένα καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ὅσα ἂν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς ἔσται λελυμένα ἐν τῷ οὐρανῷ. Qui enim terram incolunt, & in ea commorantes, administranda ea quæ sunt in cœlis fidei suæ commissa accepere, & potestatem nacti sunt quam neque angelis, neque archangelis dedit Deus. Non enim ad eos dictum est, quæcunque ligaueritis in terra, erunt ligata & in cœlo, quæcunque solueritis in terra, erunt soluta & in cœlo. Reges vincire possunt, sed corpora tantum, non animas. Hoc vinculum attingit animam, & penetrat cœlum, & quæ hic deorsum fecerint sacerdotes, ea sursum firmat Deus, & Dominus seruorum suorum sententiam ratam habet. Et quid aliud quàm omnem ipsis cælorum potestatem dedit? Quorum, inquit, dimiseritis peccata, remittuntur illis, quorum retinueritis, retenta sunt. Quæ maior hac potestas esse possit. Omne iudicium pater dedit filio. Video omne illud iudicium à filio Deo illis traditum. ὁρῶ δὲ πᾶσαν αὐτὴν τούτοις ἐγκεχειρισμένην ὑπὸ τοῦ υἱοῦ. Ex his apparet te Illustrissimum Baronium falsis calumniis onerare, qui mentem D. Chrysostomi syncere exposuerit, cum tu contra verborum eius mentem corruperis, & offuciis tuis circumfundere conatus sis. Sed tuum illud sutorium atramentum in ipsis Chrysostomi verbis, velut in radio solis euanescit. Arbitrabar in te aliquid oris esse ingenui, & frontis, quam nullam esse deprehendo, & doleo. De Monarchia Papæ, & Hildebrandina doctrina, quæ tu toties allatras, supra satis superque latratum illum, si scripturæ, & patrum auctoritate compesci potest, compescui, ratione certe, vbi non auditur, compesci non potest. Verba Chrysostomi quæ recitas exscribam. τί δήποτε τοὺς ἄλλους παραδραμὼν τούτῳ περὶ τούτων διαλέγεται. Quid est cur Dominus cæteros prætérit, & cum Petro de his rebus loquitur? Erat inter Apostolos κορυφαῖος eximius, & discipulorum os, & chori caput ac vertex κορυφή. Propterea & Paulus aliquando ad eum præ cæteris visendum ascendit. Idem lib. 2. de Sacerdotio. διὰ τί καὶ τὸ αἷμα ἐξέχεεν; ἵνα τὰ πρόβατα κτήσηται ταῦτα ἃ τῷ Πέτρῳ καὶ τοῖς μετ᾽ ἐκεῖνον ἐνεχείριζεν. Quare fudit sanguinē? Vt oues acquireret quas Petro & successoribus eius cōmendauit. καὶ ταῦτα περιῆλθεν ἃ καὶ τὸν Πέτρον ποιοῦντα ἐφῆκε δυνηθῆναι, καὶ τῶν ἀποστόλων ὑπερακοντίσαι τοὺς λοιπούς. Cum præsertim ea agas quæ cum Petrus ageret illum Christus potestate præditum esse voluit, & reliquos Apostolos longe transcendere ac præcellere.

AD CAP.

AD CAPVT CXXXIII.

NOn debui huic capiti respondere, quia non Illustriss. Baronius, sed Illustriss. Bellarminus nominatim oppugnatur, qui omnium doctissimè tuas illas quisquilias volantes vno spiritu difflare potest. Vicariam tamen hic ei operam præstabo, quia infra dignitatem suam tibi nouitio Theologo respondere merito existimat. Non immorabor in voce προβάτια, ouiculas, quam admittunt Ambrosius, & Maximus, sed in verbis tuis hærebo quæ sic habent.

CASAVBONVS.

IAm quod Bellarminus oues interpretatur de Apostolis, & Episcopis, de his quidem verum est, at de illis noua interpretatio est.

BVLENGERVS.

ADmittis Episcopos vt Christi oues, pascendos Petro commissos esse, non item Apostolos. Non igitur credis Apostolos Christi oues fuisse. Quid amabo de te malè meruerunt Apostoli, vt eos è grege Christi summoueres? Cõmittit Petro Dominus oues suas. Apostoli aut in ouibus censentur, aut ouium numero eximuntur. Si non sunt in grege Christi, cui gregi debent accenseri. Chrysostomus certè Apostolos ipsos fidei Petri commendatos ostendit homil. 87. in Ioannem, αὐτῷ ἐγχειρίζεται τὴν προστασίαν τῶν ἀδελφῶν, Illi tradit fratrum præfecturam. Imo Christus ipse cap. 22. Lucæ, confirmandos ei fratres committit. Et tu conuersus confirma fratres tuos. Quæ malum insania est, qui furor eripere velle Petro præfecturam, quam ei Christus in agnos, in oues, imò, in fratres ore suo toties traditam, toties firmauit, Apostolos excludere numero ouium Christi, vt alteri gregi accenturientur. Christus Dominus, quanquam summus est ouium suarum pastor, & Monarcha, ipse tamen aliom ouibus suis vice sua præfecit, è cuius nutu penderent. Nouum est, putidum est, insolens est verbis Christi Christianum hominem obniti, eorum vim infringere, irrita facere. Bene Euthymius agni & oues dicuntur discipuli, propter simplicitatem ac promptitudinem, ad hoc vt immolentur. Et rursum agni quidem imperfectiores, oues autem imperfectiores.

CASAVBONVS.

CHristus in prima & tertia compellatione cùm dixerit βόσκε, Bellarminus in voce ποιμαίνειν, qua semel vsus est Christus, spem victoriæ ponit.

BVLENGERVS.

NOn in hac voce spem victoriæ ponit Bellarminus, sed in voluntate Christi, quia pastorem vicarium suarum ouium Petrum constituere dignatus est.

CASAVBONVS.

GRæci obseruant Christum his duabus dictionibus Apostolos admonuisse, vt tam humiles ouiculas, quàm validiores oues pariter curarent, quia ποιμαίνειν σκληροτέραν ἐπιστασίαν ἐμφαίνει, τὸ δὲ βόσκειν, τὴν ἠπιωτέραν. Poemainein acrioris imperij significationem habet, boskein curam mitiorem significat. Vide Theophylactum.

BVLENGERVS.

QVia suades, consulemus Theophylactum, verba eius sic habent, ἐπειδὴ τέλος εἶχεν αὐτοῖς τὸ ἄριστον, τῷ Πέτρῳ τὴν προστασίαν τῶν τῆς οἰκουμένης προβάτων ἐγχειρίζει, οὐκ ἄλλῳ δέ, ἀλλὰ τούτῳ ταύτην δίδωσι, πρῶτον μὲν ὡς πάντων ἔκκριτος, καὶ στόμα τοῦ χοροῦ παντός. Postquam finitum est ei prandium, Petro præfecturam ouium totius terræ habitabilis tradit, primum quidem

dem quia electus est ex omnibus, omniumque est maxime eximius, & os chori totius, deinde ostendens ei confidendum negationem eius esse deletam. Et negationem quidem ei non exprobrat, dicit autem, εἰ φιλεῖς με προΐστασο τῶν ἀδελφῶν, si me amas, præfectus esto fratrum. Iudice quem depoposceras, causa cadis, & aduersum te pronuntiat iudex tuus. Ait enim præfecturam datam Petro non alij, præfecturam, inquam, totius terræ habitabilis, quia ex omnibus erat electus, omnium maxime eximius, os chori totius, ideo iussus præesse, προΐστασθαι τῶν ἀδελφῶν, fratribus.

CASAVBONVS.

Defensores pontificiæ Monarchiæ, cùm verbum, ποίμαινε, vrgent, vt Hildebrandinam doctrinam stabiliant, quod facit Bellarminus, faciunt imperitè, ridiculè, absurdè.

BVLENGERVS.

Modestiam in te, & os probum commendari non vis, qui tam intemperanter fellis tui virulentiam in viros maximos, doctissimos, integerrimos euomas. De Monarchia ista Hildebrandina mendacium tuum impudens toties reuici, vt eadem inculcare sæpius me pigeat. De Pastoris officio assentior Chrysostomo lib. 2. de Sacerdotio, molliter habendas oues, si lenitate procurari possunt, vbi vlcus chitonium est, vrendum, secandum. ὥσπερ γὰρ εἰς ἀπόνοιαν αἴρονται πολλοί, καὶ εἰς ἀπόγνωσιν τῆς ἑαυτῶν καταπίπτουσι σωτηρίας ἀπὸ τοῦ μὴ δύνασθαι πικρῶν ἀνασχέσθαι φαρμάκων, Vt enim multi animum despondent, & salutem desperant, quod remedia acerba ferendo non sint, ita & nonnulli quibus pœnæ noxiis pares non irrogantur in contemptum deflectunt, & longe nequiores fiunt, ducunturque ad maiora peccata. ὁ μὲν γὰρ τῶν προβάτων ποιμὴν ἔχει τὴν ποιμνίαν ἑπομένην, ἧπερ ἂν ἡγῆται· εἰ δὲ καὶ ἐκτρέποιτό τινα τῆς εὐθείας ὁδοῦ, καὶ τὴν ἀγαθὴν ἀφέντα νομὴν, λεπτόγεα καὶ ἀποκρημνα βόσκοιτο χωρία. Pastor ouium habet gregem sequentem quocunque duxerit. Quod si quædam oues desciuerint à recta via, & relicto bono pabulo, sterilia atque abrupta loca depascant, satis habet pastor altius aliquantum inclamare, vt palantes ac dispersas reuocet, atque in gregem cogat. Si verò à recto Christianæ fidei tramite aberrauerit quis, hîc pastori magnum negotium incumbit, magna tolerantia. Hac tolerantia vtitur quotidie Pontifex maximus, vt errantes oues ad gregem cogat. Sed quid opis si obduruerunt? si destinata pertinacia in hæresi durant? ποιμαίνειν ais dici, quia pastores ἐν τῇ πόᾳ μένουσι, in herba manent vt oues pascant, & ego aio βόσκειν esse, βόας ἄγειν, exercere boues stimulo, vt vsibus hominum seruiant, vel melius, βοαῖς ἄγειν, id est clamoribus exercere greges. Quare & βόσκειν durius imperium significare videtur, quam ποιμαίνειν. Vt sit, Christus Dominus, pastor summus, vicarium pastorem instituit Petrum et oues in quibus Apostoli censentur pasceret, vt fratres confirmaret, lapsos erigeret, vt ligaret, solueret. Quid mirum si, vt pastor oues in pascua ducit, aberrantes agnos hibisco compescit, errantes ad gregem cogit, ita & oues tabidas segregat, morbidis ignem aut ferrum, ne contagio serpat, admouet. Pastoris est ouibus mederi lenibus remediis, si commodè potest, acerbioribus, si aliter non potest. Super ouium præfectura Petro data quid patres sentiant, si vacat, & lubet audi. Epiphanius in Anchorato, οὗτός ἐστιν ὃς ἤκουσε, ποίμαινε πρόβατά μου. Hic est qui audiuit pasce oues meas, cui concreditum est ouile. Chrysostomus ad Ioann. 21. λέγει ἀκολούθει μοι· ἐνταῦθα πάλιν τὸ κηδεμονικὸν αἰνίττεται καὶ τὸ σφόδρα πρὸς αὐτὸν οἰκείως διακεῖσθαι· εἰ δὲ λέγοι τις, πῶς οὖν ὁ Ἰάκωβος τὸν θρόνον ἔλαβε τῶν Ἱεροσολύμων; ἐκεῖνο ἂν ἀποίμι, ὅτι τοῦτον οὐ τοῦ θρόνου, ἀλλὰ τῆς οἰκουμένης ἐχειροτόνησε διδάσκαλον. Dicit ei Dominus sequere me. Inde rursus curam eius, & vehementem in eum affectum demonstrat. Quod si quis dicat, quomodo igitur Iacobus cathedram accepit Hierosolymorum? Respondebo, Petrum Dominus non throni alicuius, sed totius orbis constituit doctorem, &c. Qui enim in cœna Dominum interrogare ausus non est, sed id muneris alteri delegarat, οὗτος καὶ προστασίαν ἐνεπιστεύθη τῶν ἀδελφῶν. ἐπεὶ οὖν μεγάλα αὐτῷ προεῖπε καὶ τὴν οἰκουμένην ἐνεχείρισε καὶ τὸ μαρτύριον προανεφώνησε, καὶ ἀγάπην ἐμαρτύρησε πλείονα τῶν ἄλλων. isti & præfectura fratrum concredita est. Quoniam igitur ei magna Dominus prædixerat, & vniuersam terram habitabilem ei tradiderat, & martyrium ei denuntiarat, & amorem aliorum amore maiorem testatus erat. Ambros. cap. vlt. Luc. Quem eleuandus in cœlum amoris sui vicarium relinquebat. Maximus serm. de sanct. Petro & Paulo, Hic est Petrus cui Christus ascensurus ad patrem pascendas ouiculas suas, ouésque commendat. Leo magnus epist. 89. ad Episcop. Viennens.

Cui

Cui cum præ cæteris soluendi & ligandi potestas tradita sit, pascendarum tamen ouium cura specialius mandata est. Sermon. 3. de Assumptione sua ad Pontific. De toto mundo vnus Petrus eligitur, qui & vniuersarum gentium vocationi, & omnibus Apostolis cunctisque Ecclesiæ patribus præponatur, vt quamuis in populo Dei multi sacerdotes sint, multique pastores, omnes tamen proprie regat Petrus, quos principaliter regit & Christus. Gregorius lib. 4. epist. 32. Totius Ecclesiæ Petro cura commissa est. Ipsi quippe dicitur, pasce oues meas. Theophylactus in cap. 21. Ioann. ἐγχειρίζεται μὲν τῷ Πέτρῳ τὴν πάντων τῶν πιστῶν προστασίαν· τὸν θρόνον ἔλαβεν τῆς οἰκουμένης ἁπάσης. ἐπεὶ δὲ καὶ τοσούτων ἠξιώθη, ὡς καὶ τὴν οἰκουμένην ἐγχειρισθῆναι. Tradidit Petro præfecturam fidelium omnium. Thronum accepit Petrus vniuersæ terræ habitabilis. Postquam tantarum rerum dignus habitus est, vt & ei totus orbis committeretur. Hoc mihi nota, soli Petro non aliis dici pasce oues meas, vt ait Theophylactus, primum quia nominatim eum appellat, deinde quia ei dictum pasce oues meas, cui dictum diligis me plus his. Tertio, quia ter interrogatur, diligeret nec Dominum plus aliis; quarto cum sibi de firmitate & constantia amoris metueret, imbecillitatem suam in terna negatione expertus, contristatus est, quæ tristitia soli Petro propria fuit, vt & negatio. Adde quod illi dicitur pasce oues meas, cui prædicitur crucifixio, cum senueris extendes manum tuam. Omnino nunquam Petrus de Ioanne interrogasset, si putasset dictum omnibus, Pasce oues meas.

AD CAPVT CXXXVIII.

Exagitas quatuor illa capita quæ Illustriss. Baronius admonet peculiariter, & separatim ab aliis Apostolis in Petrum à Domino collata esse. Primum est. Tu vocaberis cephas, quod singulariter Petro tributum esse agnoscis. Alterum, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, quod supra satis ostendimus Petro proprie dictum. Tertium, Tibi dabo claues regni cœlorum, quod qui asserunt aliis Apostolis à Christo dictum, aut locum ex euangelio vbi dictum sit, afferant, aut imponere se fateantur. Quartum, Pasce oues meas, quod vel inuiti soli Petro, vt ait Theophylactus, non aliis Apostolis dictum, nisi falsi atttineri volunt, fateantur necesse est. Quæ priuilegia vbi Cyprianus in vnum contulit lib. de vnit. Eccles. subiungit, super vnum illum ædificat Ecclesiam suam, & illi pascendas mandat oues suas. Et quamuis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat & dicat, Sicut misit me pater & ego mitto vos. Accipite Spiritum Sanctum. Si cui remiseritis peccata remittuntur illi, si cui retinueritis, retinebuntur. Tamen vt vnitatem manifestaret, vnam cathedram constituit, & vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem sua auctoritate disposuit. Hoc erant vtique & cæteri Apostoli quod fuit Petrus pari consortio prædıti honoris & potestatis. Sed exordium ab vnitate proficiscitur. Primatus Petro datur, vt vna Christi Ecclesia & cathedra vna monstretur. Et pastores sunt omnes, sed grex vnus ostenditur, qui ab Apostolis omnibus vnanimi consensione pascatur. Quam vnam Ecclesiam etiam in cantico canticorum Spiritus Sanctus ex persona Domini designat, & dicit, Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ, electa genitrici suæ. Hanc Ecclesiæ vnitatem qui non tenet tenere fidem se credit? Qui Ecclesiæ renititur & resistit, qui Cathedram Petri super quam fundata est Ecclesia deserit, in Ecclesia esse confidit? Quæro de te bona venia, Casaubone, an hæc à Cypriano scripta esse fatearis. Non ita frontem exuisti vt neges. Quæro iterum cum Cathedram Petri super quam fundata est Ecclesia deserueris, an in Ecclesia quæ vna est, te esse confidas? Quæro negésne Cyprianum hic scribere, Christum super vnum Petrum ædificare Ecclesiam suam, & illi pascendas mandare oues suas. Quæro an Cyprianus diserte non asserat vni Petro Dominum dixisse, Tu es Petrus & super hanc petram &c. Quæro an Ecclesiæ vnitatem ab vno Petro Domini auctoritate originem ducere non doceat. Quæro negésne eundem Cyprianum dixisse, primatum Petro dari, licet cæteri Apostoli pari consortio dignitatis & honoris prædıti essent, vt vna Christi Ecclesia, & cathedra vna monstretur. Quæ, malum, intemperiæ te agunt, vt cum ista omnia Cyprianum dixisse admittas, clarissimis eius verbis tenebras offundere & certis incerta, claris obscura, indubitatis dubia opponere coneris. Non minus est irritus labor tuus in adulteranda Hieronymi sententia, cuius verba sic habent lib. 1. aduersus Iouinianum. At dicis, super Petrum fundatur Ecclesia, licet id ipsum super omnes Apostolos fiat, & cuncti claues regni cœlorum accipiant, & ex æquo super eos Ecclesiæ fortitudo solidetur, tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite constituto schismatis

matis tollatur occasio. Negas ab Hieronymo Petrum vocari caput? Quam esse corpori, sublato capite, vim & efficientiam putas? Vides ea quæ ex Augustino ad infringenda Hieronymi verba sublegisti, non esse cassæ nucis, cum Augustinus ipse Petri principatum disertissime agnoscat, vt supra ostendimus, vbi de clauibus Petro datis tam cumulate & ampliter egimus, vt eadem sæpius obtrudere me pigeat. Ibidem & de Chrysostomi verbis abunde diximus. Nihil adeo verum, adeo clarum est in literis sacris, aut patribus, cui nebulæ à tenebrionibus aspergi nequeant, sed illæ discutiuntur per se, & cadunt, veritas emergit, & sua luce fruitur. Bene Optatus Mileuitanus dixit lib. 2. Bono vnitatis beatus Petrus, cui satis erat si postquam negauit solam veniam consequeretur, & præferri omnibus Apostolis meruit, & claues regni cælorum communicandas cæteris solus accepit. Vis vno verbo expedire te, dic mentiri Optatum, & claues aliis Apostolis à Petro communicatas esse nega. Nos in capite totam iurisdictionem fuisse agnoscimus, à quo in membra deriuaretur. Addit Optatus, stant tot innocentes, & peccator accipit claues, vt vnitatis negotium formaretur prouisum est, vt peccator aperiret innocentibus, ne innocentes clauderent contra peccatores, & quæ necessaria est vnitas esse non posset. Aut Optatus male sentit, qui vni Petro quasi capiti claues tribuit, aut Casaubonus, qui Petro detractas cupit, errorem grauissimum errat. Idem lib. I. Igitur negare non potes scire te in vrbe Roma Petro primo cathedram episcopalem esse collatam, in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus, vnde & Cephas est appellatus, in qua vna cathedra vnitas ab omnibus seruaretur, ne singuli Apostoli singulas sibi quisque defenderent, vt iam schismaticus & peccator esset qui contra singularem cathedram alteram collocaret. Ergo cathedra vnica, quæ est prima de dotibus. Sedit prior Petrus, cui successit Linus. Quid ais, Optate? Petrum omnium Apostolorum caput esse defendis? Ne moue Camarinam. Exundat in te, Casaubonus, & pro limpida aqua sutorium atramentum offundit. Negat te, quæ dicis, dicere, verba tua luci subtrahit, tenebras suas aspergit, sed illæ euanescunt, tua lux liquidius micat. Schismaticus & peccator esse non dubitat Casaubonus, vt contra singularem Petri cathedram libere insurgat, & alteram collocare conetur. Sed abscedant iocularia, & serio agamus. Fateor patres eandem interdum Apostolis in grege Dei pascendo potestatem, eundem clauium vsum tribuere. Imo quilibet sacerdos, quilibet parochus, quilibet Episcopus pascere gregem suum eo studio debet, quod Petro Dominus commendauit. Sed vt patres agnoscant claues, & parochis & sacerdotibus cum ligandi & soluendi potestate datas esse, non tamen vnum in Ecclesia caput esse negant, à quo efficientia omnis & virtus in reliqua membra deriuetur. Id Hieronymus, Chrysostomus, Augustinus volunt, eum & in omnibus sacerdotibus ac Episcopis æquam ligandi ac soluendi potestatem esse asserunt, & iidem *Petrum* Ecclesiæ caput à Christo institutum esse declarant. Miror te, in quo & iudicium, & aliquis animi candor esse putatur, aduersus ea quæ clara sunt tantum obniti, & suffurari ac sublegere è patribus voculas aliquot ambiguas, vt clarissimis verbis fucum facias. Ecce tibi Bernardus ingenuæ vir nobilitatis, admirabilis sanctitatis, palpum obtrudere pontificibus haud ille quidem solitus, Epistol. ad Eugenium Roman. Pontificem de considerat. in hæc verba pronuntiat, Tu es cui claues traditæ, cui oues commissæ sunt. Sunt quidem & alij cœli ianitores, & gregum pastores, sed tu tanto gloriosius, quanto differentius vtrumque præ cæteris nomen hæreditasti. Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos. Tibi vniuersi crediti sunt, vni vnus, nec modo ouium, sed & pastorum tu vnus omnium pastor. Vnde id probem quæris. Ex verbo Domini. Cui etiam non dico episcoporum, sed & Apostolorum sic absolute, & indiscrete totæ commissæ sunt oues. Si me amas Petre pasce oues meas. Quas? Illius vel illius populosæ ciuitatis, aut regionis aut certe regni. Oues meas, inquit. Cui non planum, non designasse aliquas, sed designasse omnes. Quid tu ad hæc? Offucias, tritiuilitia, carduorum pappos. Opponis alia verba Bernardi, quibus dispensationem Petri successori, non possessionem datam ostendit. Quorsum illa? Ostende eum non dicere quæ tam diserte dicit, aut si felli tuo indulges, aude dicere sanctissimum patrem mentiri. Citius nodum hunc scideris, quam solueris. Audi Arnobium si Bernardus ad palatum non facit. Sic ille vel te negante vetustissimus auctor, siue sub Diocletiano quod negas, siue sub Constantio vixerit, quod tibi magis probari videtur ad Psal. 138. Apostolo pœnitenti succurritur, qui est Episcoporum Episcopus, & maior gradus redditur ploranti, quam sublatus est deneganti, &c. Quod vt doceam illud ostendo, quod nullus Apostolorum pastoris nomen accepit. Solus enim Dominus Iesus Christus dicebat, Ego sum pastor bonus, & iterum, me, inquit, sequuntur oues meæ. Hoc ergo nomen sanctum, & ipsius nominis potestatem post resurrectionem suam Petro pœnitenti concessit, & ter negatus negatori suo

ri suo

ti suo hanc quam solus habuit, tribuit potestatem. Quid ad hæc tu? Palearum cassa, & vitreas fractas. Implicas, explicas, meras affanias, & apinas opponis. Sanctus Leo epist. ad Anastasium Episcopum Thessalon. Inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis, & cùm omnium par esset electio, vni tamen datum est, vt cæteris præmineret, de qua forma Episcoporum est orta distinctio. Quid audio, beatissime Leo, à sancto Petro datum esse ais, vt cæteris Apostolis præmineret, vnde nata Episcoporum distinctio. Per Casaubonum id non licet. Æqualis omnium est potestas, si Casaubonus auditur. Nulla imperij forma, nulla ratio administrationis in Ecclesia constat. Monarchiam ille detestatur, ὀχλοκρατίαν non domi, sed foris probat. Fortè an Gregorij magni rationem haberi sinet. Audiatur libro 4. epist. 38. Certè Petrus Apostolus primum membrum sanctæ & vniuersalis Ecclesiæ est. Paulus, Andræas, Ioannes quid aliud quàm singularum sunt plebium capita? Vrunt hominem illa verba, diuerticula quærit. Frustra Gregorius verè magnus superiori patrum classi calculum suum addit, Casaubonum non moratur. Ille tamen nouum belli genus tentat. Petrum cum Paulo committit. Abstinete manus sanctissima Ecclesiæ columina. Suum vnicuique decus constat. Vos electi pares, & labor similes, & finis fecit æquales, ait sanctus Leo, sed impares primatus Petro, Christi voce attributus. Eucherius Lugdunensis homilia in Natalem Petri & Pauli. Æquales enim illos, ac pares per varia & diuersa virtutum genera dixerim. Petro quidem claues regni cœlorum Domino committente creduntur, sed Paulo siue in corpore, siue extra corpus vsque ad thronum tertium sublimato, cœlorum secreta reserantur. Sed ad rem, si doctrina spectatur Paulum Petro doctiorem fuisse fatemur, & magis expolitum, & quia longè latéque verbum Dei proseminarit, κατ' ἐξοχὴν vocari Apostolum. Augustinus lib. 3. ad Bonifacium cap. 3. Apostolus cùm dicitur, si non exprimatur quis Apostolus, non intelligitur nisi Paulus, quia pluribus est epistolis notior, & plus omnibus laborauit. Si principatum inter Apostolos spectas Petrus dicitur princeps Apostolorum, quia institutus est à Christo caput & pastor ouium. Origenes in cap. 6. ep. ad Rom. Petro cum summa rerum de pascendis ouibus traderetur, & super ipsum, velut super, στερεὰν, solidàm terram fundaretur Ecclesia, nullius confessio virtutis ab eo nisi caritatis exigitur. Eusebius in Chronico, τῇ θείας οἰκονομίας ἔτει μ΄ Πέτρος ὁ κορυφαῖος τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ πρώτην θεμελιώσας ἐκκλησίαν εἰς Ῥώμην ἄπεισι. τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπος μετὰ Πέτρον τὸν κορυφαῖον Λῖνος ἔτη ιη΄. Anno 40. à Christo incarnato Petrus vertex Apostolorum qui fundauit primam Ecclesiam Antiochiæ. Ecclesiæ Romanorum primus Episcopus post Petrum Coryphæum fuit Linus annos 18. lib. 2. histor. cap. 14. τὸν καρτερὸν καὶ μέγαν τῶν ἀποστόλων, τὸν ἀρετῆς ἕνεκα τῶν λοιπῶν ἁπάντων προήγορον Πέτρον, fortem, & Apostolorum maximum Petrum, qui virtutis caussa reliquorum omnium antistes ac proloquutor fuit. Basilius serm. de iudicio, ὁ μακάριος Πέτρος ὁ πάντων μὲν τῶν μαθητῶν προκριθεὶς, μόνος δὲ πλεῖον τῶν ἄλλων μαρτυρηθεὶς, καὶ μακαρισθεὶς, ὁ τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν πιστευθείς, beatus Petrus qui prælatus est omnibus discipulis, & cui Dominus dedit plura testimonia quàm aliis, cui commissæ sunt regni claues. Cyrillus Alexandrinus apud Thomam lib. contra Græcos, Sicut Christus accepit à Patre sceptrum Ecclesiæ gentium dux ex Israel egrediens super omnem principatum & potestatem, &c. Sic & Petro, & eius successoribus plenissimè commisit, & nulli alij quàm Petro Christus quod suum est plenum, sed ipsi soli dedit. Euthymius in cap. vlt. Ioann. Petrus accepit præsidentiam super discipulos. Si dicas quomodo Iacobus sedem Hierosolymis accepit, Respondeo, hunc Petrum totius orbis magistrum esse constitutum. Cyprianus epist. ad Quintum, nec Petrus quem primum Dominus elegit, & super quem ædificat Ecclesiam suam, &c. Apostolū Petrum in quo primatus Apostolorū tam excellenti gratia præminet. Epist. ad Iubaianum, nos vnius Ecclesiæ caput & radicem tenemus. S. Maximus serm. 3. de Apostolis, quanti ergo meriti apud Dominum suum Petrus erat, vt ei post nauiculæ paruæ remigium totius Ecclesiæ gubernacula traderentur. Ambrosius serm. 2. Hanc solam Ecclesiæ nauem ascendit Dominus, in qua Petrus magister est constitutus, dicente Domino, super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, &c. Sicut enim Noë arca naufragante mundo cunctos quos susceperat incolumes reseruauit, ita & Petri Ecclesia conflagrante sæculo omnes quos amplectitur, repræsentabit illæsos, & sicut tunc transacto diluuio ad arcam Noë columba signum pacis detulit, ita & transacto iudicio ad Ecclesiam Petri Christus gaudium pacis referet. Augustinus lib. 2. cap. 1. de Baptis. Quis enim nescit illum Apostolatus principatum cuilibet episcopatui præferendum. Idem, siue quis est alius auctor quæst. veter. & noui testamenti quæst. 75. Sicut in Saluatore erant omnes caussæ magisterij, ita & post Saluatorem in Petro omnes continentur. Ipsum enim constituit caput eorum, vt pastor esset gregis Dominici, &c. Manifestum est in Petro omnes contineri: rogans enim pro Petro, pro

omnibus rogasse dignoscitur. Semper enim in præposito populus aut corripitur aut laudatur. Sed de semita in viam. Petrus caput est Ecclesiæ, Paulus doctor gentium. Sanctus Maximus serm. vlt. de Petro & Paulo, Petro, inquit, clauis potentiæ, Paulo clauis sapientiæ data est. Beatus Petrus & Paulus eminent inter vniuersos, & peculiari quadam prærogatiua præcellunt: verum inter ipsos quis cui præponatur incertum est. Puto enim illos æquales esse meritis, quia æquales sunt passione. Eucherius Lugdunens. serm. in natalem Petri & Pauli, Paulus humanitatis & pietatis clauibus vsque ad tertiam cœli regiam penetrauit, æqualis per omnia virtutibus Petri. Nam & si ille primus, iste præcipuus.

AD CAP. CXLVI.

CASAVBONVS.

Baronium scio fuisse virum grauem & doctum, me tamen amor veritatis, & zelus gloriæ Dei cogunt intrepide pronuntiare, deliri hominis & mente capti verba ipsum vsurpasse potius quam grauis & docti.

BVLENGERVS.

ET tu non in Baronio modò, sed in omnibus & antiquis & recentioribus qui præter te senserunt, virulenti vituperonis, vel potius male dicentissimi calumniatoris verba vsurpas. Quid est enim in quo Illustrissimus Baronius tam aniliter peccauit, vt delirus & mente captus audire debeat. Ait ille Dominum oues suas Petro pascendas dedisse, Christum dicere, alias sibi oues esse, quas in ouile suum coacturus sit, illæ autem vocem eius audituræ sint, futurumq; vt fiat vnum ouile, & vnus pastor; An qui verè sentit, qui vera loquitur, delirus audire debet. Quæro de te, negesne Christi verba esse quæ Baronius eius esse dixit, negesne Christum ouium suarum curam fidei Petri credidisse, illas ne oues quas Dominus in ouile cogendas, & vocem eius audituras ait, eximas ouium numero quæ Petro commissæ sunt, & alium pastorem instituas. Si alium pastorem non instituis, quàm qui à summo Pastore Christo in cœlum abeunte institutus est, quæ tibi mens, vt delirum hominem, & mente captum voces eum qui vim suam verbis Domini, Ius suum Petro integrum esse cupit.

CASAVBONVS.

SCripturam interpretatione sua manifestissimè deprauat: sumit illud pro certo, soli totum Christi gregem esse commissum, & eius vnius imperio subiectum.

BVLENGERVS.

IMo tu verba Christi manifestissimè deprauas. Soli enim Petro dixit, Pasce oues meas, & tu aliis dixisse falsò asseueras. Theophylactus, οὐκ ἄλλῳ δὲ ἀλλὰ τούτῳ ταύτην δίδωσι. πρῶτος γὰρ ἦν πάντων ἔκκριτος. Non alij autem, sed Petro præfecturam ouium dat, quia omnium est eximius. Chrysostomus, ἵνα δηλώσῃ τῶν ἄλλων προδεδεγμένον τούτῳ περὶ τούτων διαλέγεται. Cur aliis prætermissis, de his talibus cum Petro agit. Erat inter Apostolos ἔκκριτος, eximius. Idq; ait Cyprianus, ait Optatus, vt vnitas Ecclesiæ seruaretur, ne singuli Apostoli singulas sibi quisque ecclesias defenderent, vt iam schismaticus & peccator esset, qui contra singularem Ecclesiam alteram collocaret. At, inquis, vnus pastor est Christus. Vnus est primaria auctoritate, Petrus secundaria, vnus est inuisibilis, Petrus vnius Ecclesiæ visibilis, vnus visibilis pastor. Corpori visibili visibile caput esse oportuit. Deus Rex vnus, iudex vnus est inuisibilis, alij tamen reges, alij iudices visibiles, & alij aliis superiores. Fateris Sacerdotem Diacono superiorem, Episcopum Sacerdote, Archiepiscopum Episcopo, Patriarcham Archiepiscopo, quidni ad vnũ deuenias, qui in Ecclesiæ administratione Patriarchis superior sit, vt vnitas seruetur? Ideo Christus Petro pascendas suas oues tradidit, Petrus successoribus suis, vt capite constituto, ait Hieronymus, schismatis occasio tolleretur. Nec enim aliũde obortæ sunt hæreses, ait Cyprianus epist. 55.

epist. 55. 65 69. ac nota schismata, quam inde quod vnus in ecclesia Dei sacerdos, qui Christi vice fungatur non cogitetur, ac pariter cognoscatur. August. in Ioannem tract. 50. & 124. docet Dei ecclesiam in Petro claues accepisse, & in se Petrum totius ecclesiæ figuram repræsentasse, ne videlicet tantum munus videretur in Petri personam solummodo esse collatum, ac cum illo pariter extinctum, sed potius in ipsum, tanquam in totius corporis caput mysticum, quod non extingueretur, sed viueret in successoribus. Idem epist. 165. Si ordo succesorum sibi succedentium considerandus est, quanto certius, & vere salubriter ab ipso Petro numeramus cui totius ecclesiæ figuram gerenti Dominus ait, super hanc petram ędificabo Ecclesiam meam, & portæ inferorum non vincent eam. Petro enim successit Linus, &c. Ita & Optatus lib. 1. Ergo cathedra vnica, quæ est prima de dotibus, sedit prior Petrus, cui successit Linus, &c. At, inquis, Tertull. lib. de præscriptionibus c. 21. omnes Apostolicas ecclesias matrices & originales fidei vocat. Admitto, sed non id prohibet in ecclesia vnum esse, caput vt vnitas seruetur.

AD CAPVT CXLIX.

CASAVBONVS.

PErgit Baronius, & ex epistola Augustini 165. hæc describit. In illum autem ordinem episcoporum qui ducitur ab ipso Petro vsque ad Anastasium qui nunc eandem cathedram sedet, etiam si quispiam traditor per illa tempora subrepsisset, nihil præiudicaret Ecclesiæ, & innocentibus Christianis, quibus Dominus prouidens ait de præpositis malis, quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite. Palam est hisce verbis Baronium Papis Romæ asserere ἀναμαρτησίαν in fide, & infallibilitatem.

BVLENGERVS.

ADmitto ἀναμαρτησίαν, & infallibilitatem ex Augustini verbis in Romano pontifice agnosci. Quid tum deinde? Dominus ait, Oraui pro te, Petre, ne deficeret fides tua, & tu conuersus confirma fratres tuos. Id causæ fuit cur cæteri gentium omnium episcopi si quæ super rebus fidei controuersiæ exortæ essent, Romanum pontificem appellarent, & ab eo dictata fidei acciperent. Cyrill. in Thesauro, Decet nos vt membra cum capite coniungi Romano Pontifice & Apostolico throno, à quo nostrum est quærere quid credere, quid sentire, quid tenere debeamus, τί πιστεύειν, καὶ τί δοξάζειν μέλλομεν, καὶ κρατεῖν. Quod ais Theophylactum, imo etiam Maldonatum, verba Domini, quæ dicunt facite, de præceptis Mosis accepisse, non efficiunt, vt de iis quæ præscribuntur à Romano pontifice accipienda non sint, cum diserte August. ad Romani Pontificis fidei dictata referat, quæ seruanda esse docet.

AD CAP. CL.

CASAVBONVS.

AVdiamus quæ sequuntur, Id ipsum de Petro, ac de Rom. ecclesiæ pontificibus testati sunt, quotquot ab exordio nascentis ecclesiæ extiterunt nostrarum rerum Catholici tractatores. Bone Deus! Adeóne quemquam suæ existimationis esse securum, vt quæ sciat falsissima esse, ea non dubitet ita asseueranter affirmare. Nos vero serio affirmamus, neminem fuisse è scriptoribus ecclesiasticis per annos sexcentos & plures, qui meminerit monarchiæ illius Petri & Romæ Pontificum.

BVLENGERVS.

REponam tibi verba tua. Bone Deus! Adeóne Casaubonum suæ existimationis esse securũ, vt quæ sciat falsissima esse, ea non dubitet ita asseueranter affirmare. Faciam vt vel cæci te falsa pro veris obtrudere videant. Negas per sexcentos annos monarchiæ Petri & Romæ pontificum quenquam è scriptoribus Ecclesiasticis meminisse. Falsum reuincit Irenæus lib. 3. capite tertio. Ad hunc Apostolatus Petri principatum propter potentiorem principalitatem

tem omnem Ecclesiam conuenire oportet. Tertullianus lib de pudicitia Rom. Pontificem vocat, Pontificem Maximum, Episcopum Episcoporum, acuedictum Papam, Apostolicum. Origenes hom. 5. in Exod. tractatu 5. in Matth. Petrum esse ait Ecclesiæ fundamentum, & petram solidissimam super quam Christus fundauerit ecclesiam suam. Homil. 17. in Lucam Petrum Apostolorum esse principem. Cyprianus ser. de bono patientiæ, & lib. 1. ep 8. vnum esse Deum, vnum Christum, & vnam ecclesiam, & cathedram vnam super Petrum Domini voce fundatam, aliud sacerdotium constitui non posse. Athanasius ad Felicem Pontific. Rom. ob id vos, prædecessoresque vestros Apostolicos præsules in summitatis arce constituit, omniúmque ecclesiarum curam habere præcepit. Hieronym. ad Damasum, Ego nullum primum nisi Christum sequens beatitudini tuæ, id est, cathedræ Petri communione consocior. Super illam petram Ecclesiam ædificatam esse scio. Prosper lib. 1. de ingratis,

Sedes Roma Petri, quæ pastoralis honoris
Facta caput mundo, quicquid non poßidet armis
Religione tenet.

Augustinus ep. 162. Qui posset non curare conspirantem multitudinem inimicorum, cùm se videret Romanæ Ecclesiæ in qua semper Apostolicę Cathedræ viguit principatus per communicatorias literas esse coniunctum. Hieron. dialog. in Luciferianos c. 4. Ecclesiæ salus à summi Sacerdotis dignitate pendet, cui si non exsors quædam & ab hominibus eminens donatur potestas, tot in Ecclesiis efficientur schismata quot Sacerdotes. Neque enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata schismata, quam inde quod sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur. In quarta Synodo patres ita definiunt, vt beatissimus Episcopus Romæ vrbis cuius sacerdotium supra omnes antiquitas nobis prodidit, locum & facultatem habeat de fide & sacerdotibus iudicandi. Quid ego hic vt mendacium tuum in re grauissima teneatur reliquorum patrum verba describam, quæ supra variis locis abunde sparsi. Quod de Dionysio Areopagita negas illum Petro præcipuũ aliquod decus arrogare, fugit te ratio. Verba eius hæc sunt de Diu. nomin. c. 3. καὶ πέτρος ἡ κορυφαία, καὶ πρεσβυτάτη τῶν θεολόγων ἀκρότης, Petrus summũ, antiquissimumque Theologorum fastigium. Atqui inter Theologos id temporis principem locum tenebant Apostoli. Petrus igitur summum antiquissimumque Apostolorum, & aliorum Theologorum fastigium. Monarchiam autem Petro & successoribus eius spiritalem tribuimus, non sæcularem & temporalem, nisi si forte per causam fidei. Frustra igitur eam tam intemperanter in inuidiam vocas, quam Pontifex ipse nisi in patrimonio Petri, respuit & aspernatur.

AD CAP. CLI.

CASAVBONVS.

SVbiicitur in Annalibus, Id ipsum testata sunt quotquot fuerunt vnquam sacra concilia in Spiritu sancto legitime congregata. Contra, affirmamus nos ne vnum quidẽ ad hanc diem concilium extitisse (Tridentinum excipio) in quo doctrinæ illius capita omnia sint confirmata.

BVLENGERVS.

QVid si falsi te in his capitibus teneri vinco, falsi ne pœnam subire paratus es. Velificaris labris, & nihil vltra. Ad rem. Nicænum concilium primum Oecumenicum esse fateris, vbi Canon sextus act. 16. Concilij Chalcedonensis ita concipitur. Ecclesia Romana semper habuit primatum. Mos autem perduret, &c. Secundum generale concilium Romanum fuit à Damaso congregatum, cuius meminit Theodoretus lib. 5. c. 9. ἐπειδὴ μὲν τὴν σύνοδον ἐν τῇ ῥώμῃ θείου βουλήσει συγκροτοῦντες καὶ ἡμᾶς ὡς οἰκεῖα μέλη προσεκαλέσασθε διὰ τῶν θεοφιλεστάτου βασιλέως γραμμάτων. Quandoquidem Synodum Romam Dei voluntate indicentes, & nos vocastis vt propria membra, per literas Imperatoris Deo carissimi. Tertio concilio generali quod Ephesi coactum est Cyrillus Alexandrinus episcopus Celestini Romani Pontificis locum tenet, τόπον ἐπέχων, apud Euagrium capit 4. libr. 1. Vbi Episcopi aiunt, se κατεπειχθέντες ἀπό τε τῶν κανόνων, καὶ ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἁγιωτάτου πατρὸς ἡμῶν, καὶ συλλειτουργοῦ κελεστίνου &c coactos canonibus, tum epistola sanctissimi Patris, & in sacro ministerio socij Celestini Romani Episcopi Nestorium episcopatu pellere. E quarta Synodo

supra

ſupra hæc verba poſuimus, ἵνα ὁ μακαριώτατος ἐπίσκοπος τῆς ῥωμαίων πόλεως, ᾧ τὴν ἱερωσύνην κατὰ πάντων ἡ ἀρχαιότης παρέσχε, χώραν καὶ ἐξουσίαν ἔχῃ περὶ πίστεως καὶ ἱερέων διακρίνειν, vt beatiſſimus Romæ Epiſcopus locum & facultatem habeat de fide & Sacerdotibus iudicandi, cuius ſacerdotium omnibus ſuperius antiquitas præbet. Item hæc verba, Quare ſanctiſſimus & beatiſſimus Epiſcopus Romæ Leo per nos, & præſentem ſynodum, vna cum ter beatiſſimo Petro, ὅς ἐστι πέτρα καὶ κρηπὶς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, καὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως θεμέλιος, qui eſt petra & fundamentum Catholicæ Eccleſiæ, & vaſis orthodoxæ fidei, ſpoliauit Neſtorium epiſcopali dignitate. Synodus Conſtantinopolitana Act. 4. per Menam Patriarcham ſynodi præſidem ita loquitur, Nos Apoſtolicam ſedem ſequimur, & obedimus, & ipſius communicatores habemus communicatores, & condemnatos ab ipſa, & nos condemnamus. Septima ſynodus Act. 2. probat epiſtolam Hadriani ad Tharaſium in qua hæc verba leges, Cuius ſedes per totum terrarum orbem primatum obtinens lucet, omniumque eccleſiarum Dei caput exiſtit, vnde & ipſe beatus Petrus Apoſtolus Dei iuſſu Eccleſiam páſcens nihil omnino prætermiſit, ſed vbique principatum obtinuit & obtinet. Lateranenſe concilium ſub Innocêtio III. Romana Eccleſia diſponente Domino ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatum, vt pote mater vniuerſorum Chriſti fidelium & magiſtra. Concilium Lugdunenſe ſub Gregorio X. in ſexto tit. de elect. cap. vbi periculum, vocat Romanum Epiſcopum Vicarium Chriſti, ſucceſſorem Petri, rectorem vniuerſalis Eccleſiæ. Item concilium Florentinum. Vides aſſertionem tuam à verò abludere, imò vero illudere, quæ tot conciliis improbantur.

AD CAPVT CXXXIX.

DE CLAVIBVS.

CASAVBONVS.

Reſpondeo, tradere claues, item ſoluere & ligare metaphoricas eſſe locutiones, quæ ſæpè ad poteſtatem aliquam deſignandam valent. Aliquando acquiſitio dominij, non autem dominatio intelligitur, *l. 74. ff. de contrahenda emptione.*

BVLENGERVS.

Non hic agimus de acquirendo rerum dominio, ſed de poteſtate aperiendi vel claudendi cœli, quæ Petro data eſt, & claues non ex vulgari vſu hominum, qui regibus vrbium claues tradunt, vt eos dominos agnoſcant, aut emptoribus ædium, vt poſſeſſionis ac dominij ius illis permittant, aut quæſtoribus, vt ærarium publicum adminiſtrent, accipimus, ſed de clauibus cœlorum Petro datis à Domino Ieſu. Obſeruas in literis ſacris duo eſſe loca vbi de clauibus agatur. Iſa. 22. Et dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat, & claudet, & non erit qui aperiat. Alter locus eſt Apocal. 3. Hæc dicit ſanctus & verus qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit, & claudit & nemo aperit. Ex quo Apocalypſeos loco rerum omnium poteſtatem Chriſto Domino datam eſſe agnoſcimus, maxime vt cœlum aperiat, & claudat, pro poteſtate & imperio. In Eccleſia duas tantum claues eſſe dicimus, ordinis, & iuriſdictionis, quæ vtræque Petro datæ veluti paſtori gregis Dominici, vicario Chriſti, capiti totius Eccleſiæ. Illi claues promiſſæ ſingulariter Matth. 16. Datæ communiter cum aliis Apoſtolis Ioan. 20. Vni tamen dictum, tibi dabo claues regni cœlorum, vt vnitas Eccleſiæ commendetur, & primatus in Petro conſtituatur. Cyprianus lib. de ſimplicitate prælatorum. Hoc erant vtique & cæteri Apoſtoli, quod fuit & Petrus, pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis, ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, & primatus Petro datur, vt Eccleſia vna monſtretur. Hilarius libro 3. de Trinitate. Vos ô ſancti & beati viri ob fidei veſtræ meritum claues regni cœlorum ſortiti, & ligandi, atque ſoluendi in cœlo & in terra ius adepti. Hieronymus lib. 1. in Iouinianum. At dicis ſuper Petrum fundatur Eccleſia, licet id ipſum in alio loco ſuper omnes Apoſtolos fiat, & cuncti accipiant claues. Omnino Apoſtoli, quanquam non inter ſe pares fuere, claues tamen accepere.

CASAVBONVS.

BAronius claues Petro promissas supremi dominij in Ecclesias symbola fuisse scribit, Bellarminus summæ potestatis in Ecclesiam, argumento clauium domus Dauid. Sed est in hac illorum argumentatione tenebrioni cuidam Sophistæ conueniens paralogismus. Ludunt enim nos ambiguitate verbi.

BVLENGERVS.

TIbi vt videtur, Casaubone, feralia dicta sunt floralia, qui Cardinales illustrissimos, doctissimos, Vettiana illa tua lingua tenebrionibus similes esse velis. Dicunt illi à Christo Domino potestatem summam Petro datam. Admitto, sed delegatam, sed à Christo summo capite haustam, & delibatam: fatentur illi aliam clauium potestatem significari Apoc. 3. quæ propriè Christo conueniat, aliam Isaiæ 22. quæ Sobnæ adimatur ærarij regij præfecto, vt Osorius, vel vt Arias Montanus, quæstori & præfecto regiæ domus, vt Eliacimo detur. Sed quid per claues Petro datas intelligendum putes non explicas. Caluinus de ministerio verbi, claues accipit, apud te altum ea de re silentium. S. Leo serm. 3. de anniuersario assumptionis suæ, opinor, tibi patrocinabitur his verbis, tibi dabo claues, Transiuit in alios vis potestatis istius, & ad omnes Ecclesiæ principes decreti huius constitutio commeauit. Vt è verbis tuis adhuc coniicere potui, Apostolis omnibus eandem clauium potestatem à Christo datam esse putas, imò omnes inter se pares, & simili potestatis, honorisque consortio coniunctos arbitraris. Audi quam prope ad sententiam tuam accedam. Omnes Apostolos eandem in oues Christi potestatem habuisse pronuntio, fuisse tamen inter se pares districtè nego. Abducit me ab hac sententia S. Leo epist. 84. ad Anastasium Episc. Thessalon. his verbis, Inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris sui quædam discretio potestatis, & cùm omnium par esset electio, vni tamen datum est, vt cæteris præemineret. Hæc mens est D. Cypriani lib. de simplicit. prælatorum, cùm ait, Sed exordium ab vnitate proficiscitur, & primatus Petro datur, vt Ecclesia vna monstretur. Quia vni tantum datæ sunt claues, vt ordinario & primo pastori & capiti cæterorũ, à quo vno secundum Christum cæterorum auctoritas & iurisdictio exordium sumit, vt Ecclesia vna demonstretur. Vt enim, ait ille, ab vno fonte plures riui, ab vno Sole plures radij, ab vna arbore plures rami, ita vt vnitas Ecclesiæ commendetur, ab vno Petro, Christi vicario, Ecclesiæ capite, aliorum auctoritas & iurisdictio deriuatur. Cyprianus lib. 1. epist. 3. ad Cornelium, Nauigare audent ad Petri cathedram, & Ecclesiam principalem, vnde vnitas sacerdotalis exorta est. lib. 4. epist. 8. ad Cornelium, Scimus hortatos nos esse vt Ecclesiæ catholicæ matricem & radicem agnoscerent, & tenerent. Epist. ad Iubaianum, Nos Ecclesiæ caput & radicem tenemus. Ecclesia quæ vna est, super vnum qui claues eius accepit voce Domini fundata est. Nam Petro primùm Dominus super quem ædificauit Ecclesiam, & vnde vnitatis originem instituit, & ostendit, potestatem istam dedit. Hilarius ad cap 16. Matth. O beatus cœli ianitor, cuius arbitrio claues æterni aditus traduntur. Sanctus Leo sermone 3. de anniuersario assumptionis. Si quid cum eo commune cæteris Christus voluit esse principibus, nunquam nisi per ipsum Petrum dedit quicquid aliis non negauit. Habent igitur à Christo Apostoli claues, sed per Petrum, habent potestatem ligandi & soluendi, sed per Petrum, vt cùm exordium ab vnitate proficiscitur, & primatus Petro datur, Ecclesia vna monstretur. Augustinus tractatu vltimo in Ioannem. Cuius Ecclesiæ Petrus Apostolus propter Apostolatus sui primatum gerebat figurata generalitate personam. Ad Psalmum 108. Cuius Ecclesiæ ille agnoscitur gessisse personam propter primatum quem in discipulis habuit. Serm. 13. de verbis Domini, Petrus à petra cognominatus, Beatus Ecclesiæ figuram portans, Apostolatus primatum tenens. Ex his verbis lucem facimus August. tractatu 50. in Ioannem, Si in Petro non esset Ecclesiæ sacramentum, non ei diceret Dominus, tibi dabo claues regni cœlorum. Si hoc tantum Petro dictum est, non facit hoc Ecclesia. Si autem hoc in Ecclesia fit, Petrus quando claues accepit, Ecclesiam sanctam significauit. Id est, accepit claues pro tota Ecclesia, vt ab illo tanquam capite in reliqua membra iurisdictio & potestas deriuaretur. Iam vero quod ais ligare & soluere metaphoricè dici, translatione ducta à magistratibus qui sontes vinciunt, insontes absoluunt, laudo te à Caluino hac in parte discedere. Illud è Iosepho quantiuis est libro 1. belli Iudaici cap. 4. Pharisæi simplicitati Alexandræ reginæ subeuntes ἤδη καὶ διοικηταὶ τῶν ὅλων ἐγένοντο, διώκειν τε καὶ κατάγειν οὓς ἐθέλοιεν, λύειν τε καὶ δεσ. id, dispensatores omnium fuere, vt in exilium pellerent, ab exilio reuocarent, soluerent, ligarent

garent quos vellent. Mihi tamen pluris sunt ista Augustini quæ subiicio, Tractat. 121. in Ioannem, Ecclesiæ caritas quæ per Spiritum Sanctum diffunditur in cordibus nostris participum suorum peccata dimittit, Eorum autem qui non sunt participes, tenet. Sed de his abunde supra egimus, aliò feramur.

AD CAP. CLII.

Scripserat Baronius, Quod in primis ad miraculorum virtutem spectat, nunquam ad falsæ doctrinæ attestationem ab hæreticis aliquod factum aliquando miraculum reperiri, quod vere miraculum dici posset. Vere scripserat, & ex sententia omnium Theologorum. Tu respondes, Quod ad miracula attinet mirari ipse satis non possum, tam frigide, tam ieiune, tam periculose locum illum in Annalibus esse tractatum. Satius enim erat nihil dicere, quàm ea dicere, quæ in gratiam planorum, impostorum, pseudoprophetarum & hæreticorum videri iure possint esse scripta, verba sunt aspera & dura. Quæro de te, an sit frigide, ieiune, periculose de miraculis scribere, in gratiam planorum, impostorum, pseudoprophetarum, hæreticorum scribere, cum ea scribuntur quæ ipsis Christi Domini verbis, totius Ecclesiæ fide firmantur. An frigide, ieiune, periculose loquebatur Dominus Iesus cum diceret, Si non venissem, & opera non fecissem quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Ioan 15. Vt sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tibi dico surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam Mat. 9. An planus erat Paulus cum diceret Heb. 2. Contestante Deo signis & virtutibus, An impostor Marcus cum scriberet c. vlt. Illi autẽ profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonẽ confirmãte sequẽtibus signis. An pseudopropheta Christus cum diceret Mar. vlt. Signa antẽ eos qui crediderint hęc sequentur. In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferũ quid biberint, non eis nocebit, super ægros manus imponent & bene habebunt. Omnino plani sunt, à fide transfugæ, pseudoprophetæ, qui miraculorum fidem eleuant, vt sua somnia rudibus obtrudant. Discant fanatici, quod Baronius erudite inculcat, Miraculum opus esse supra naturæ ordinem quod virtute solius Dei fit, vt veritati fides adstruatur. Diaboli miracula quæ supra naturæ ordinem sunt, patrare nequeunt, quia ipsi intra ordinem naturæ continentur, ipsi naturæ limitibus ac terminis includuntur. Possunt imponere oculis, imo vt naturæ præstantia, mentis acumine, rerum experientia plurimum valent, opera patrare possunt, quibus homines in stuporem & admirationem rapiantur, supra naturam aliquid patrare, mortuos ab inferis excitare, cæcis lumen restituere, ipsi naturæ ordine inclusi non possunt. Dicebat Domino tentator, si tu es filius Dei, dic vt lapides isti panes fiant. Sciebat ille miraculum, vt veritati testimonium reddatur, nisi virtute Dei fieri non posse. Vbi verum miraculum, ibi vera fides Isaias, Annuntiate quæ ventura sunt, & dicemus quia Dei estis. Prophetæ Baal ignem de cœlo elicere victimis adolendis ope Dæmonum irrito conatu voluerunt, ignem de cœlo Elias testimonio veritatis, ope & virtute Dei elicuit. In lege Moysis & Prophetæ miracula patrarunt, & oraculum fuit vrim & thumin, & probatica piscina, quæ omnia Christo Domino passo euanuere. Moses Exod. 4. vt se à Deo missum testaretur miracula patrauit, in lege Christi, Petrus, Paulus, cæteri Apostoli miracula patrarunt, hodieque veritatis testimonio in Ecclesia Dei quæ vna est, catholica est, sancta est, patrari perseuerant. Plani, magi, γόητες, imponunt oculis, illudunt sensibus, miracula non patrant. Non patrauit Lutherus, non Caluinus, non alia hominum propudia qui pietati bellum indicunt.

CASAVBONVS.

Si aliquis malus angelus, aut pseudopropheta ab vnius Dei adoratione aliò nos auertere voluerit, quid agendum erit?

BVLENGERVS.

Græca scis, antiqua scis, quæ Dei sunt nescis. Malus angelus cæco sensum oculorum integrare, mortuum ab inferis excitare non potest. Pseudoprophetæ verbis & ratiunculis, non miraculis grassantur. Psal. 71. Qui facit mirabilia solus. Psal. 85. Faciens mirabilia tu es Deus solus. Quod ais ætate Chrysostomi desiisse patrari miracula, admitto non vulgo

vulgo patrata esse, quia rei Christianæ bono & vtilitati non erant necessaria. Vbi tamen eiusmodi aliquid acciderat, quod astruendæ veritati miraculo egeret, miracula patrata esse pronuntio. Ruffin. li. 11. c. 4. Cùm Lucius Episcopus Arrianus Catholicos vbique durius acciperet, Monachos his verbis miracula patrasse scribit, In nomine Iesu quem Lucius persequitur surge, & ambula. Fortunatus in vita Hilarij, prodit Sanctum Hilarium exsilio mulctatum, insulam quam attigerat, pro imperio sola sua præsentia serpentium vexatione liberasse, imo quod amplius est, mortuum ad vitam reuocasse. Præfecti Prætorio currus à quo S. Martinus indignius habitus erat, cum equis ita constitit, vt nisi Martini iussa commoueri non potuerit, narrante Sulpicio. Basilius Ecclesiæ ianuam firmissimis repagulis clausam precibus suis puncto temporis aperuit, in qua diu multumque aperienda morati Arriani oleum & operam perdiderant, ait Amphilochius in eius vita. Sacras sanctorum Geruasij & Protasij martyrum reliquias multa miracula patrasse scribit Augustinus confessionum libr. 9. cap. 7. Item reliquias Sancti Stephani protomartyris libr. 22. de ciuitat. Dei capite 8. Victor Vticensis libr. 2. prodit à Sancto Eugenio cæco lumen redditum id temporis quo maxime Catholici ab Arrianis vexabantur. libro tertio, Catholicos ait disertissime loquutus quibus ab Arrianis linguæ radicitus euulsæ erant. Consule, si libet, Gregorium Turonensem lib. 2. Histor. Francicæ c. 3. & libris de gloria martyrum.

AD CAP. CLIII.

INgentem ais esse controuersiam verum è tot Ecclesiis toto mundo dispersis vna sit aliqua cui scripturæ fuerint traditæ, & cui soli ius illas interpretandi conueniat. Nos contra cum patribus asserimus vnam Ecclesiam esse Sanctam, catholicam, visibilem, cui scripturæ traditæ sint explicandæ, fidelibus insinuandæ. Chrysost. ser. 1. de Pasch. τὸ δὲ ὅλον ἐφ' ἑκάστης οἰκίας ἐσθίεσθαι, τὸ ἱερεῖον, καὶ μὴ ἐκφέρεσθαι τῶν κρεῶν ἔξω δηλοῖ μίαν οἰκίαν μόνην ἔχουσαν τὴν ἐν χριστῷ σωτηρίαν· αὐτὴ δὲ ἦν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία τῆς οἰκουμένης. ὥστε εἰ καὶ πολλαὶ αἱ τῶν ἑβραίων οἰκίαι, μίαν ἔχουσι δύναμιν, ὥσπερ αἱ κατὰ πόλεις καὶ χώρας ἐκκλησίαι αἱ πολλαὶ τῷ ἀριθμῷ οὖσαι μία ἐστὶν ἐκκλησία. Totam victimam in vna domo comedit, & nihil foras efferri significat. vnam esse domum quæ salutem in Christo habeat. Ipsa autem erat Catholica Ecclesia totius orbis. Itaque etsi plures sunt domus Hebræorum vnam habent vim, vt Ecclesiæ per vrbes & prouincias plures numero vna sunt Ecclesia. Vnus est enim ipsis Christus vbique ὁ τέλει⊙ καὶ ἀμέριστος perfectus, & indiuisus. Vni autem Ecclesiæ salutem competere scimus, & neminem extra Ecclesiam & fidem, posse Christi participem esse, aut seruari. Neque impiis hæresibus aliquid spei tribuimus, sed illis spem omnem præcidimus, vt quæ ne tantillum quidem Christo participent. Talesne. Christianos quidem appellamus, nemo cum illis communicet, non licet quia sacrificium extra domum offerretur. Clemens Alexand. lib. 7. stromat. μόνην εἶναί φημι τὴν ἀρχαίαν καὶ καθολικὴν ἐκκλησίαν εἰς ἑνότητα πίστεως μιᾶς, vnam esse aio antiquam & catholicam Ecclesiam in vnitatem fidei vnius. Chrysost. homil. 36. in 1. Corinth. καὶ γὰρ μίαν ἐν ἐκκλησίᾳ δεῖ φωνὴν εἶναι, καθάπερ ἑνὸς ὄντ⊙ τοῦ σώματ⊙. Vnam in Ecclesia vocem esse oportet, vt vno corpore existente. Sola Ecclesia scripturæ vera est interpres. Tertul. libr. de præscript. Neglexerit officium Dei villicus, Christi vicarius, sinens Ecclesias aliter intelligere, aliter credere quod ipse per Apostolos prædicabat. Et quid verisimile est vt tot ac tantæ Ecclesiæ in vnam fidem errauerint. Audeat ergo dicere errare eos qui tradiderunt. Aliquot Marcionitas liberanda veritas exspectabat (aliquot Casaubonos.) Interea perperam euangelizabitur, tot millia perperam tincta. De scripturis bene monet Ambrosius in Lucam, hæreses oriri è sententia Scripturæ quam hæretici adulterant, non è verbis, vt tineæ ex arboris substantia non è cortice oriuntur. Clemens lib. 7. stromat. κἂν χρήσωνται προφητικαῖς γραφαῖς καὶ οἱ τὰς αἱρέσεις μετιόντες, πρῶτον μὲν οὐ πάσαις, ἔπειτα οὐ τελείαις, οὐδὲ ὡς τὸ σῶμα καὶ τὸ ὕφος τῆς προφητείας ὑπαγορεύει, ἀλλ' ἐκλεγόμενοι τὰ ἀμφιβόλως εἰρημένα εἰς τὰς ἰδίας μετάγουσι δόξας, ὀλίγας σποράδην ἀπανθιζόμενοι φωνάς, οὐ τὸ σημαινόμενον ἀπ' αὐτῶν σκοποῦντες, ἀλλ' αὐτῇ ψιλῇ ἀποχρώμενοι τῇ λέξει. Etsi ausi fuerint ij qui hæreses sectantur vti scriptis propheticis, primum quidem non omnibus, deinde non integris vtuntur, neque vt corpus & textum prophetiæ suggerit, sed excerpentes quæ ambigue dicta sunt, ad suas opiniones traducunt, pauculas sparsim sublegentes voces, non sententiam earum spectantes, sed ipsa dictione nuda contenti. Consule Clementem eo loco pag. 322. Animaduertes quæ bene scripta sunt malo more corrumpi ab hæreticis: ideoque veterum scri-

tura

plurarum intelligentiam ab Ecclesia Catholica petendam. Hieronymus ep. ad Paulinum, Scriptura lucet in cortice, sed in medulla dulcior est. Frangat nucleum qui vult edere nucem. Nisi is qui habet clauem Dauid explicet scripturas, nemo eas aperire potest. Quæ subiicis de actis Pilati ferri possunt. De vestigio Domini quod eo loci impressum, vnde in cœlum ascendit, quodque neque auro, neque marmore ita regi potuit, quia omnibus integumentis reiectis semper existeret, S. Paulinum oculatum testem consulito, in eius opinor auctoritate acquiesces.

Hæc habui, Casaubone, quæ ad tuas exercitationes sine odio & maleuolentia respondere. Tu enim is es quem omnes eruditi diligere, & plurimi facere propter eruditionem debeant. Alia omnia quæ à te adhuc scripta sunt ita legi, vt semper aliquid didicerim, in istis nuperis nonnihil didici, multò plura dedidici, vt à pietate & fide aliena, in quibusdam plus studij tuarum partium, quàm synceri iudicij animaduerti. Nemini spero intemperantiam linguæ tuæ probatum iri. Tu pontificem maximum dignitate spectabilem, sanctitate venerandum. Tu Baronium, & Bellarminum Illustriss. Cardinales, & doctissimos, si vspiam occasio est non vellicas, sed laceras, palam eorum eruditioni blandiris, subdole aquam frigidam suffundis, in Maldonatum virum eruditissimum inclementissimè dicis, ne canæ illi quidem antiquitati veterum patrum parcis. Adductus sum autem vt hæc scriberem, non odio quod mihi tecum esse nunquam potuit, non gloriosæ cupiditate cuius caussam procul habeo, cùm in mustaceo gloriosa quærenda non sit, & aliunde nomen aliquod adhuc mihi fecerim, non spe præmij quod à Deo expeto & expecto, ille mihi merces magna nimis. Eius honori res cedat voueo, & Ecclesiæ bono, abundè mihi mercedis est. Primus ante quatuordecim annos Plessæi Mornaiei partiariorum Galliæ nostræ principis aduersus sanctissimum Missæ sacrificium, & alia fidei capita libellum horribilem scriptis meis fregi, primus eum veterum patrum scripta adulterasse probaui, primus falsi atttineri manifestè vici, Galliæ labor acceptus fuit, ego conscientia fretus ad Deum oculos fero, qui mihi solus amplissima merces est, aliam mercedem non expeto, non spero. Velificetur, si qui vult, honori suo, mihi Deo, & Ecclesiæ officium quod à tenuitate mea expectari potuit, præstitisse pro magna mercede est. Interea temporis obtestor te per Deum Immortalem cui in spiritu seruio, vt animæ tuæ saluti consulas, in lectione patrum sine ambitu & partium studio verseris, ne alienæ voluntati tuum decus, tuam salutem gratificeris. Loca patrum quæ recito adeo clara sunt, adeo firma, vt neque caligine obduci, neque vllis machinis euerti possint. Deum testor animi mei conscium & iudicem, me zelo fidei, veritatis amore, sola in Ecclesiam Dei deuotione, vt hæc aduersus te, cui bene ex animo semper volui, scriberem, adductum esse.

FINIS.





INDEX RERVM ET MATERIARVM.



N 2

Christiani

D

Diosco

Hoſtiam

M

Mysteri

preces

T

V

Z

FINIS.

Errata sic corrigito.

PAg. 1 l. 12. *sancita* l. 46 *decimia* p. 3 l. 27 [illegible] l. 13. [illegible] l. 16. *noctem* [illegible] l. 34. *Damascenum* l. 41 [illegible] l. 42 [illegible] 43 [illegible] p. 4 l. 7. *iudicamus* l. 10. *procedunt* l. 55. *inscribas* p. 5 l. [illegible] p. 6 l. 18 *quod* l. 22. *de primatu* l. 27. [illegible] l. 30. p. *fictione* p. 7 l. 8. [illegible] p. 12 l. 48 [illegible] p. 13. l. 10 [illegible] l. vlt. [illegible] p. 14 l. 10 *quia* [illegible] p. 15 l. 32. *procubuisse* p. 17 l. 34 *si regente* p. 24. [illegible] *Germanum*. [illegible] p. 26 *si Turcarum* p. 27. *quia tamen Ecclesia* p. 34. [illegible] *operuerit*. p. 36 *Eulab*. p. 37. *Antichristum*. *Imperatricem Romanis* p. 36. [illegible] p. 41. *Nam summum*. [illegible] 43. [illegible] p. 46. [illegible] p. 47. [illegible] *Simonis* [illegible] p. 50. *agnosco* & *meos Rom*. p. 52. l. 3. *ut* [illegible] p. [illegible] p. 53 *praesique munere*. 54 [illegible] p. 55. [illegible] p. 57. [illegible] p. 58. l. [illegible] p. 59. *Otho* *Imperator* [illegible] p. 63 [illegible] p. 65 l. 12. *tum quia* p. 68. l. [illegible] p. 70 l. 27. *quia Herodem* [illegible] *imperio*. [illegible] *dormitaui*. p. 71 *deserto* p. 72. *Pontifices alienigenas*. p. 74. [illegible] p. 75 l. 24 [illegible] p. 76. l. 39. [illegible] p. 78 l. [illegible] p. 8. l. 2. [illegible] l. 26 *à Tyri* p. [illegible] l. 52. *decem de centum*. p. 83. l. 14. [illegible] p. 84. l. 22. [illegible] *Correctorum*. p. 85 *Damnati* l. 49. *generationes adoptiuas* p. 86 l. 3 *sacerdotum*. p. 89. l. 21 *aliqua dicaretur* p. 94. l. 47. *non vides*. p. 97 l. 4 *erant*. p. 102 [illegible] *per annos*. p. 101. l. 12. *frustum è ligno*. p. 105. l. 23 [illegible] p. 107 l. 6. [illegible] p. 109 [illegible] *per antiq*. p. 111. l. 1 & 2. *iudicia* p. 113. [illegible] p. 119. l. 19 *ut has verba* p. 120. [illegible] *Sacerdotibus* [illegible] *senatus* p. 121 l. 4. [illegible] p. 124. l. 1. *B. Leonem* [illegible] p. 125 [illegible] p. 128. [illegible] *officarum* p. 130. l. 22 [illegible] p. 137 l. 18. [illegible] p. 142. l. penult. *verbo* [illegible] *complectentes*. p. 144 l. 52. *non moraliter modo*. p. 146. l. 40 *indignus quisque* p. 151. [illegible] l. 49 [illegible] p. 152. l. 43 *Diuinum professione* p. 156 l. 40. [illegible] p. 161. l. 7. [illegible] *sacrificatur*. p. 165 l. 2 [illegible] & [illegible] p. 165 [illegible] *verba retinas* p. 172 *mysterio Dei effectum* p. 174 [illegible] p. 158. l. [illegible] p. 189. l. vlt. *Christi* [illegible] p. 191 [illegible] p. 195. [illegible] p. 16, l. 2. *Daemones* pag. 102. p. 2 9 l. 13. [illegible] p. 211 l. 16 [illegible] p. 212 l. 52. [illegible] & *ad solum* p. 224 l. 8. [illegible] p. 229 l. [illegible] *amore*. p. 230. l. 4. & *docet*. p. 241. l. 3. *Apud Clementem* p. 245. l. 54 *Christum* [illegible] p. 243 *cap*. [illegible] p. 250. [illegible] *in quantum in corpore Christi* p. 258. [illegible] *preces* p. 260. [illegible] p. 263 [illegible] p. 267 l. 42 [illegible] p. 269. [illegible] *perfectiores*. p. 272 [illegible] *negamus*. p. 273. l. 14 *Casaubonum non* [illegible] p. 8 [illegible] l. 8. [illegible] *quaerenda*. *Alia* [illegible] *Lector* [illegible] & *per se corriges*, [illegible] *quae saepe alieno loco sunt*.